



Vniuersa Theologia Scholastica, Speculatiua, Practica

Ad methodum S. Thomæ, quatuor Tomis comprehensa

Tanner, Adam

Ingolstadii, 1626

Dispvtatio V. De Angelis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72856](#)

DISPUTATIO V.

De Angelis.

S. Thomas 1. p. à quest. 50. usque ad 64. inclusuē.

Magister & DD. in 2. dist. 2. usque ad 11. inclusuē.

Argumentum & ordo Disputationis.



Bsolvimus hactenus, post disputationem proæmialem, tribus disputationibus ea, que ipsum esse intrinsecum & substantiale Dei concernunt; sive spectetur, ut unus est in essentia, & secundum attributa absolute & essentialia; sive consideretur ut trinus est in personis, & secundum attributa relativa. Sequitur nunc, ut progressum faciamus ad considerandum Denim secundum respectum operationis alicuius transeuntis ad creaturas. In quo genere prima est consideratio Dei, velut Creatoris, seu principij efficientis rerum omnium. Sicut enim in rebus creatis esse ipsarum & existentia supponitur ad cetera, quæ eis aduenire possunt predicata: ita etiam consideratio Dei, velut Creatoris, antecedit considerationem eiusdem in ordine ad alia opera, quæ circa suas creaturas ipse operatur.

Quare etiam S. Thomas 1. part. quest. 44. post explicatum SS. Trinitatis mysterium, mox gradum facit ad considerationem Dei Creatoris; hac ordinis & connexionis ratione redditus: Post considerationem, inquit, diuinorum personarum, considerandum restat de processione creaturarum à Deo. Et quamvis ipse ibidem eam tractationem tripartitam facit, ut primo, inquit, consideretur de productione creaturarum; secundo de earum distinctione; tertio de conseruatione & gubernatione; eaq; de causa etiam ante tractationem de Angelis, usq; ad questionem 50. qua tractationem de distinctione creaturarum incipit, aliqua generatim de creaturarum productione afferit: Quia tamen, cum multa in hoc genere mere Philosophica à S. Thoma intermisceantur, animus non est, totam hanc de processione creaturarum materiam, iuxta S. Thomam methodum pertractare; & qua de productione rerum in genere, ante materiam de Angelis, à sancto Thoma differuntur, commodius ad disputationem sequentem de creatione mundi, & operibus sex dierum referuntur; idcirco visum est conuenientius, hanc tractationem de Deo Creatore à materia de Angelis inchoare; cum præsertim aliqui in descriptione creatoris mundi & operum sex dierum, nulla de his expressa à Moyse mentio facta sit; & à nonnullis Angeli etiam ante mundum corporeum creati existimentur.

Quod

Quod video etiam à Francisco Suarso in sua summa, sive in Disputationibus ad primam partem S. Thoma obseruatum; ubi post primum tomum, qui finitur materia de Trinitate, mox subiungit tomo secundo recens edito, Tractatum de Angelis in octo libros diuisum. Quem et si nondum videre poteram; cum hanc materiam in scholis prælegerem, & sive in commentarium, sive in Disputationis & thesism formam redigere, non pigebit tamen, his quasi secundis curis, subinde consulere, & citare: quod eo faciam libentius; quod in plenisq; video eandem ab eo doctrinam iam nunc luculentissime explicari, quam in scholis, eo nondum viso, ipse etiam tradidi, & disputatione edita proposui. Ex Patribus autem, banc materiam de Angelis præcipue tractant Dionysius in lib. de cœlest. hierarch. & de diuin. nom. Theodoretus lib. 3. græcan. affect. subfin. & Augustinus de ciuit. Dei lib. 9. 10. 11. & 12.

Sex autem omnino questionibus hanc de Angelis disputationem complectemur. I. agetur de existentia, & productione Angelorum, eorumq; substantia, varietate, & numero. II. De loco, & motu locali Angelorum. III. De Intellectu Angelorum. IV. De voluntate; deq; locutione & illuminatione Angelorum; quasi actibus quibusdam communibus intellectui & voluntati Angelica. V. De eorundem potentia locomotiva, atque operativa transente. VI. De Esse morali; sub bonitate & malitia; merito & demerito, premio & pœna, statu beatitudinis & damnationis, studijsq; bonis & malis eorundem.

Cuius distributionis hac est ratio. Quia Angeli aut considerantur secundum esse naturale; aut secundum esse morale, puta bonitatis, malitia, meriti, demeriti, glorie, damnationis, &c. De esse morali, quod posterior est naturali, agitur questione ultima. Quod vero ad esse naturale spectat, rursum aut spectantur quoad essentiam & substantiam, substantiaq; existentiam & productionem; aut quoad proprietates & potentias; quales in Angelis prater locum, motumque localem, tres distinguuntur; intellectus nimirum, quo spectat memoria; voluntas, & potentia executiva, seu operativa ad extra: ex his ad substantiam spectat questione prima; ad locum secunda; ad intellectum tercia; ad voluntatem quartam; ad potentiam executuam quintam.

Q V A E S T I O I.

De existentia & productione Angelorum; eorumque substantia, varietate, & numero.

S. Thomas i. p. q. 50. & 61.

Absolutetur hec questio sex dubitationibus. I. An dentur in rerum natura Angelis; & à quo, quando, & ubi sint producti. II. Sintne Angelii corpori, an planè incorpori. III. Virtùm Angelii natura sua sint corruptibiles vel incorruptibiles; atque etiam entia necessaria. IV. Virtutem Angelii sint substantiae intelligentes, & quidem nomine superiores. V. Quot sint hierarchie & ordines Angelorum; & an, ac qua ratione inter se specie ac numero different. VI. De multitudine Angelorum; & speciatim de septem Angelis, qui adstant dicuntur coram DEO.

D U B I U M I.

An dentur in rerum natura Angelis; & à quo, quando, & ubi fuerint producti.

S. Thomas i. p. q. 50. a. i. & q. 61. aa. 4.

Agit quidem S. Thomas de productione Angelorum primū post explicatam eorum naturam: sed quia res hæc omnis ad existentiam eorum dñm, & questionem, An est, pertinet, commodiū hoc loco tractatur. Intelligentur autem nomine Angelorum in hac tractatione substantiae quedam finita intelligentes, cōpletæ, inuisibilis; qua proinde nec Deus sunt, nec homo, aut anima humana; nec omnino quicquam eorum, quæ oculis cernimus; sed quiddam ab his omnibus distinctum; de quibus quod ad præsentem dubitationem spectat, sequentes assertiones statuimus.

Assertio I. De fide est dari Angelos; hoc est, substantias quasdam finitas, Deo subordinatas, intelligentes, completas, à Deo ac homine distinctas; & extra censum omnium rerum harum visibilium positas; qui etiam in scripturis administratorj spiritus dicuntur. Hęc assertio sub his terminis videtur extra controversiam; nec illus est, qui eam neget, præter Atheos, qui etiam Deum negant; & præter Sadduceos, qui dixerunt, non esse resurrectionem, neque Angelum, neq; spiritum, vt refertur Act. 23. v. 8. & notauit etiam S. Thomas q. 50. a. i.

Probatur aperte ex Scriptura. Psal. 90. v. 11. & Matth. 4.v.6. dicitur, *Angeli suis mandavit de te. Vbi de Angelis sit mentio, tanquā de substantijs ad capessenda diuina mandata Deo subordinatis, adeoque intelligentibus, distinctis ab homine animaq; hominis; utpote quorum custodes homines dicuntur deputati.* Item Psal. 103. v. 4. *Qui facit Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vorantem.* Quod etsi ad literam imediate etiam intelligi possit de vento & igne, ad quemuis nutum Dei quodammodo paratis; principali tamen sensu ad Angelos, de quibus agimus, pertinet, vt constat ex Hebræorū c. 1. v. 7. Vbi Apolotus eundem locū citans ait: *Et ad Angelos quidem dicit; Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.* Huc spectat illud Heb. 1. v. 14. *Nonne omnes sunt administratorj spiritus.* Et v. 6. ex Psalmo 96. v. 8. referrur illud, *Et adorant eum omnes Angeli eius.* Omitto alia innumera testimonia in-

ferius suis locis referenda; in quibus semper mentione est de Angelis, tanquam de substantijs quibusdam sua natura inuisibilibus, intelligentib; à Deo homineque distinctis. Huc spectat etiam decretum Concilij Lateranensis sub Innocentio III. vt refertur cap. Firmiter, de sum. Trinit. & fid. Cathol. inferius referendum. Idem agnoscent omnes Patres. De ratione mox videbimus.

Quare de Angelorum existentia eorumq; conditione breuiter & præclare Bernardus l. 5. de considerat. c. 3. Primo quidem, inquit, *spiritus ciues esse illic, potentes, gloriosos, beatos, distinctos in personas, dispositos in dignitates, ab initio stantes in ordine suo, perfectos in genere suo, corpore atberos, immortalitate perpetua, impaf- sibles, non creatos, sed factos, id est, gratia, non natura, mente puros, affectu benignos, religione pios, castimonia integros, unanimitate individuos, pace securos, à Deo conditos, diuinis laudibus & obsequijs deditos: hęc omnia legendo compenimus, fide tenemus.* Quanquam de corporibus horū non modo unde sint, sed an aliquatenus sint, hęc sententia aliquorum. Vnde si quis inter opinabilia magis id ponendū censuerit, non contendit. Ita Bernardus. De qua rem plura dub. seq.

Assertio II. Angelos esse, tamēt ratione aliqua physica, aut metaphysica, ex solis naturalium rerū effectis, aut ipsa rerum naturā deprompta, demonstrari evidenter non possit; moraliter tamen, & ex effectis quibusdam moralibus, id satis certo & euidenter demonstratur. Hęc assertio sumitur ex S. Thoma l. 2. cont. gent. c. 46. & 91. Ferrariensi ibid. Vasquez disp. 178. cap. 1. Suarez Metaph. disput. 35. & hic lib. 1. cap. 1. num. 8. & cap. 7. cap. 1. num. 7.

Probatur & declaratur. Rationes enim S. Thomæ cit. c. 91. sunt istæ. I. Quia quod est perse, prius est eo, quod est per accidens; sed dantur substantiae intelligentes incompletæ, quæ per accidens separatae sunt à corpore: Ergo dantur aliae, quæ perse expentes sunt corporis. II. Nō est de ratione substantiæ intellectualis ex suo genere, vt sit corporivita; Ergo dantur aliae substantiae intellectuales, quæ corpori

corpori sua natura non vniuntur. III. Datur substantia quædam corporea, puta homo, cuius supremus gradus & perfectio est, esse intelligentem; Ergo datur substantia quædam creata superior, cuius infima, & inter omnes sui generis communissima sit perfectio esse intelligentem; quæ proinde non potest esse corporeat: quia natura superior in suo infimo contingit naturam inferiorem, in suo supremo, omissis imperfectionibus cum hac excellentia pugnantibus. IV. Perfectum in suo genere natura prius est imperfecto; at verò anima rationalis in genere substantia intellexualis est imperfecta: Ergo datur aliqua substantia in eo genere perfecta; quæ proinde sit mere intellectualis, & incorporeta.

8. V. Datur gradus substantia creatæ corporeæ; Ergo etiam dabitur gradus substantia creatæ penitus in corporeæ; quandoquidem ratio substantiaæ vt à quantitate, ita etiam à corpore independens est. VI. In homine composito ex corpore & spiritu, alterum eorum, quod est imperfectius, nèpe corpus, seu gradus corporis datur per se, & sine adiuncto spiritu sua natura existens: Ergo etiam spiritus aliquis dabitur sine corpore sua natura existens, cum spiritus sit præstantior, & ex suo genere minus dependeat à corpore, quam corpus à spiritu. VII. Intelligere solum per phantasmatæ & adminicula corporis, est in suo genere quiddam imperfectum: Ergo datur aliquod intelligere creatum per se ac suâ natura independentem planè à corpore; quod non potest esse nisi in substantia spirituali. VIII. Iuxta discursum Aristotelis 12. Metaph. Motus cœlorum sunt à motoribus immobilibus, indeficientibus, adeoque incorporeis, & simul tamen intelligentibus: Ergo dantur substantia incorporeæ intelligentes, adeoque Angeli.

9. Hæ rationes tametsi optimæ congruentia sint, ad hanc veritatem persuadendam, præsertim quæ ex gradu substantia creatæ spiritualis, ad perfectionem vniuersi requisito petitur; non tamen planè coniuncta intellectum. Tum quia earum creatio, etiam supposito decreto Dei communicandi se creaturis, fuit libera; sicut & arbitriarum Deo fuit, qualcum voluit perfectionem mundo tribuere. Tum quia nec iam quidem vndiqueque certū & euidentis existimatur, Angelos esse substantias mere spiritualis; vt dicetur dub. seq. cum tamen omnia hæc argumenta eo tendant, vt non solum probent, quounque modo Angelos esse, sed etiā spiritualis & incorporeas substantias esse. Tum denique quia gradus Entis mere spiritualis nihil minus in Deo habiturus fuisset locum, etiam si Angelii creati non fuissent; præterquam quod fortasse euidenter non constat, cum in creatura possibilem esse. Atque hanc partem assertiois tueretur etiam Gregorius de Valentia hic q. 1. punct. 1.

10. Nihilominus tamen, quæ erat altera pars assertiois, Angelorum existentia, sub notione superiorius explicata, euidenter, saltem morali quadam evidenter, demonstratur ex effectis quibusdā moralibus, atque à libero arbitrio procedentibus, vt indicant etiam Vasquez & Suarez loc. cit. Non solù quia energumeni ea saepè agunt & dicunt, quæ cum mala sint, & non minus vires proprias, quam

animæ separatae excedant, necessario videntur malis spiritibus tribuenda: hæc enim cum ipsiis energumenis libera non sint, adeoque ex parte eorum culpa vacent, possent forte materialiter, certum ob finem, à solo Deo effici; sicut in comedijis quædoque similia absque peccato representantur; vt quod hoc sentit etiam Gregorius de Valentia loc. cit. sed vel maxime; quia tum occulis suggestionibus, saepè ab omni humana natura inclinatione alienis; tum manifestis apparitionibus & effectus, moraliter fit euidentis, homines etiam sui compotes, ad malum libera voluntate patrandum, ab extrinseco, coquæ alias inuisibili suasore impelli; medijisque nonnunquam plus quam humanis (vti præcipue in magorum incantationibus & veneficijs, alijsue admirandis eorum operibus videre est) promoueri & adiuuari. Quod cum neque Deo, neque bono spiritui vlla ratione tribui possit; neccesse est ab aliquo creato spiritu, seu substantia inuisibili mala, & quidem ab animabus separatis distincta profici sci. Quare etiam loc. cit. notat Vasquez, hoc argumento & experimento plurimos hoc nostro tempore in Gallia & Anglia ab Atheismo reuocatos: et si Gregorius de Valentia loc. cit. nec hoc argumentum plusquam probabile iudicet.

11. Neque enim, vt bene notauit etiam Suarez hic lib. 1. cap. 1. num. 8. eiusmodi effectus possunt tribui animabus separatis defunctorum; quia iuxta veram Philosophiam, anima separata sua natura non plus potest circa materiam externam, quæ posset coniuncta; imò fortasse minus: siquidem corpori coniuncta saltem per illud poterat, intraceritos limites, alia corpora immutare; quod iam non potest. Quare etiam infideles & gentiles omnes iam olim etiam pro comperto habebant, et si aliquas substantias inuisibilis humine superiores; qui & homini benefacere, & male possent; à quibus proinde & oracula exspectabant, & beneficia petebant; vt videre est apud Cyprianum lib. de idolor. vanit. Lactantium lib. 2. diuin. Instit. cap. 15. Theodoretum lib. 3. græcan. affect.

12. Assertionem III. Angelii neque ex se existunt; neq; eorum alijs ab alijs; sed omnes à Deo fuerunt produci. Ita S. Thomas 1. p. q. 6. a. 1. & consentient omnes Doctores; & est de fide contra obloquias quædam heræles; in quibus olim Valentiniæ trinitatiæ AEones (spirituales quædam substantias) alias ab alijs progenitas dicebant, apud Irenæum lib. 1. cont. heræf. c. 1. itē contra Hermannu Rissiu hereticu, qui circa Annū Christi MDXII. inter alia absurdæ dogmata negabat, Angelos sive bonos, sive malos fuisse à Deo creatos, vt refert Alphonsus à Castro lib. 2. cont. heræf. verbo Angelus. Omito Manichæos, & Priscillianistas, qui Angelos, ex Dei substantia extitisse docuerunt, contra quos est Canon. 5. Concilij Bracharen sis I. in quo dicitur: si quis animas humanas, vel Angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema.

13. Probatur assertio aperte ex Scriptura. Psal. 103. & Heb. 1. supra cit. Qui facit Angelos suos spiritum, Et Ioā. 1. v. 3. Omnia per ipsum facta sunt. Coloss. 1. v. 16. In ipso condita sunt vniuersa, in celis, & in terra, vñibilia

*E*n inuisibilis, siue throni, siue dominationes siue principatus, siue potestates; omnia per ipsum; *E*t in ipso creata sunt; & ipse est ante omnia, *E*t omnia in ipso constat. Adde illud Iob 40. vers. 10. iuxta communem expositionem Hietonymi & Gregorij. Ecce Behemoth, quem feci tecum. Quibus accedit Symbolum Nicænum, in quo profitemur, Deum creatorem visibilium & inuisibilium; & definitio Ecclesiæ cap. Firmiter superius citata. Ratio est evidens. Quia omne ens, quod vere & realiter est & Deus non est, à Deo productum est. Accedit, quod Angeli sunt substantia spirituales, quæ generandi aut aliam substantiam producendi vim nullam habent ut partim dub. seq. partim quæst. 5. dub. 4. dicetur: Ergo non à se, sed à solo Deo; nec ex villa præexistente materia, sed per productionem ex nihilo, siue creationem producuntur; vii etiam in cit. cap. Firmiter definitur.

14 **Assertio IV.** Angeli non fuerunt producti, nec extiterunt ab æterno; sed aliquando incepérunt esse. Ita Sanctus Thomas quæst. 61. a. 3. & Scholastici omnes, cum Magistro in 2. dist. 3. consentientibus omnibus SS. Patribus; contra Aristotelem, alioſque nonnullos Philosophos, qui mundum, motum, & motores Angelos posuerunt ab æterno; adeo ut contrarium absque errore defendi non possit. Probatur ex Scriptura, quæ docet, Deum antecessisse duratione omnem rem creatam, cit. Coloss. 1. v. 16. Proverb. 8. v. 22. Dominus posseit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret. Eccli. 24. v. 5. Primogenita ante omnem creaturam. Ioann. 17. v. 5. Quam habui priusquam mundus ficeret. Ephes. 1. v. 4. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Idem definitur citat. cap. Firmiter: Ratio est. Quia nec potuit creatura esse ab æterno, ut dicetur disp. seq. nec si potuisse, erat admodum conueniens, esse, ut ibidem dicetur. Sanctus Basilus autem hom. 1. Hexaëmeron, quando Angelum vocat *æternum*; de æternitate à parte post, & ingenita natura incorruptibilitate accipiendus est.

15 **Assertio V.** Angeli non fuerunt producti, ante mundum corporeum; nec primum post creatum cœlum & terram; sed simul cum creatura corporea, cœlo nimirum & terra in principio temporis creatis. Ita habet communis omnium Scholastico-rum sententia, cum Magistro in 2. dist. 3. & S. Thomas hic q. 61. a. 3. quam speciatim etiam tuncuntur. Caietanus & Thomistæ ibidem, Ferrariensis 2. cōt. gent. cap. 83. Gregorius de Valentia hic q. 12. pun. 2. Molina cit. q. 61. a. 1. Vasquez disp. 204. cap. 1. Suarez lib. 1. cap. 3. contra diuerſas quorundam hac de re opiniones.

16 Primo enim multi ex Patribus, tam græcis, quam latinis, senserunt, Angelos fuisse creatos ante mundum corporeum; speciatim Origenes homil. 4. in Isaiam, & tract. 9. in Matth. Basilius loc. cit. Gregorius Nazianzenus orat. 3. de Natiuit. & orat. 42. in Pasch. Damascenus lib. 2. de fid. cap. 3. Nicetas in orat. 39. Nazianzeni. Ex latiniſ, Clemens Romanus lib. 8. Constit. capit. 12. Ambroſius lib. 1. Hexaëm. Hilarius lib. 12. de Trinit. Hieronymus ad Tit. 1. & Cassianus collat. 8. capit. 7. Idem habetur in manuscripto libro

Reuelationum B. Amadei reuel. 1. vbi dicitur, Angelos simul cum cœlo Empyreo fuſſe creatos, per multa ſeculorum curricula, ante mundum hunc ſenſibilem. Quem librum etiſ quidam magni aſtimant, ego tamen cum dudum diligenter perlegiſsem, ſuppoſitum, aut deprauatum existimau. Citantur etiam à nonnullis Chrysostomus & Augustinus; ſed quos ab hac opinione vindicat Vasquez disp. 204. cap. 1.

Secundo aliqui, in quibus Genadius lib. Eccles. dog. cap. 10. idemque & Achatius apud Lipomanum catena in Genes. cap. 1. & Rupertus lib. 1. in Genes. cap. 11. dieunt, Angelos creatos post cœlū & terrā, qua à Deo in principio creata Moyses di-xerat, licet ante reliquū opus creationis, nimirum ante primū diē, vel primo die, quando lux fuit creata. Et fauent alij, qui nomine lucis primo die creatae Angelos intellexerunt; quos refert Gregorius de Valentia q. 12. pu. 2. cum tamen ante lucē productā, iam creatum fuerit cœlum & terra, & tenebrae efficiunt ſuper faciem abyſſi, Genes. 1.

17 Probatut assertio primo ex Scriptura Eccl. 18. v. 1. vbi dicitur, *Qui vivit in æternum, creavit omnia simul.* Quod etiam iuxta proprietatem verborum, facile intelligi potest, ſi de totius yniuersi ſubſtantia, ſeu de ſubſtantij proprie creatis, completiſq; intelligatur, hoc ſenſu, Deus omnia quæ proprie ac per ſe creauit, ſeu quod idem eſt, totam mundi ſubſtantiam, qoad perfectionem eſſentialem, ſimul creauit. In quem ferè ſenſum etiam S. Thomas q. 74. a. 2. ad 2. eum locum explicans dicit, *quod Deus creavit omnia simul, quantum ad rerum ſubſtantiam quodammodo informem; ſed quantum ad formationem, qua facta eſt per diſtinctionem & ornatum, nō simul, unde signanter oriuit verbo creationis.* Ita S. Thomas. Et conſentit huic explicationi etiam Gregorius 32. Moral. cap. 9. Eam denique ob causam Augustinus lib. 4. Genes. ad lit. cap. 33. & 34. omnia uno momento creata existimat. Quanquam alij, cum hunc locum promiscue de toto opere ſex di-erum accipiant, voculam *simul*, ita explicent, vel ſit idem ſolum, quod *pariter*, ſeu ex a quo, ut exponunt etiam Gregorius de Valentia & Vasquez locis citatis; vel ut *simul* intelligatur moraliſter, hoc eſt eodem breuissimo tempore, ſex dierū, quod ipſum tamen auctoribus oppoſitæ ſententiae aduerſatur, qui volunt Angelos multo admodum tempore ante mundum corporeum creatos.

18 Huc spectat etiam locus Genes. cap. 1. vers. 1. *In principio creauit DEUS cœlum & terram.* Vbi illud *In principio*, inter alia significata, ad literam in primis etiam significat. In principio temporis ſeu durationis, ut explicatur etiam cit. cap. Firmiter. vel etiam, *Ante omnia*, nimirum reliqua, quæ creata ſunt à Deo, vt etiam multi Patres explicant. Cum ergo mundus corporeus sit creatus in principio durationis, ſeu temporis; neque Angelos ante principium durationis ſeu temporis fuerint producti (cum tempore enim Angelico, non ab æterno producti ſunt) conſequens eſt, Angelos non fuſſe productos ante mundum corporeum. Eodemque argumento etiam Augustinus l. 11. de ciuit. c. 6. & Epiphanius hæref. 65. docet, nihil fuſſe productum ante cœlum & terram. Denique,

Valde verisimile est, quod docet etiam Procopius praefat. in Genesin, Moysen in illis verbis sub nomine *Celi* tacite & indirecte etiam significare voluisse Angelos, velut incolas cœli; ne si eorum postea saepius mentionem fecisset, & productionem tamen penitus tacuisse, increata substantia videtur possent; præsertim cum etiam David Psal. 148. v. 1. *Laudate Dominum de celis*, sub nomine *celorum* Angelos comprehendisse videatur, ut ex sequenti contextu verborum colligitur: sicut & sub nomine *cœli* & *terræ* Moysen tacite insinuasse etiam cætera elementa disp. seq. dicetur. His accedunt contra alteram sententiam superius relatam, duo specialia loca scripturæ inferius obiect. 1. & 2. referenda.

20 Secundo probatur eadem assertio ex SS. Patribus. Ita enim ex Græcis docent Epiphanius hæres. 65. Theodoretus quest. 3. in Genes. Procopius praefat. in Genes. Ex Latinis ita docet Augustinus lib. 11. de ciuit. Dei cap. 6. 9. 32. & 33. & lib. 22. cont. Faust. cap. 10. & in Genes. opere, imperf. cap. 3. & lib. 2. de Genes. ad lit. cap. 8. & in psal. 89. quicqđ pseudonymus liber de Deit. & Incarnat. cap. 6. rem sub dubio relinquat. Idem docet Gregorius lib. 32. Moral. cap. 9. siue 10 & cap. 18. seu 24. & lib. 26. cap. 7. siue 14. & lib. 27. cap. 24. vel 25. vbi dicit, Moysen Genes. 1. v. 1. percolum intellexisse Angelos. Consentient Beda tom. 4. Hexaem. & tom. 8. lib. quest. in Genes, item Hugo Victorinus lib. 1. de sacram. part. 1. cap. 5. & part. 5. à cap. 1.

21 Tertio idem probatur ex decreto Concilij Lateranensis, sub Innocentio III. vt refertur cir. cap. Firmiter de sum. Trinit. & fid. Cathol. vbi ita de Deo dicitur: *Qui sua omnipotenti virtute simul, ab initio temporis, utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, Angelicam videlicet & mundanam; & deinde humanam.* Quæ verba postrema satis indicant, voculum *simul*, in proposito significare similitatem durationis. Qua de causa etiam Ferariensis lib. 2. cont. gentes cap. 83. censet contrariam sententiam modo esse erroneam in fide, & hæreticam: *Canis autem lib. 5. loc. Theolog. cap. 5. Bannes & Molina quest. 61. articulo. 3. Gregorius de Valentia quest. 12. punct. 2. & Suarez lib. 1. cap. 3. num. 15. ex communi recentiorum, sentiunt, saltem esse temerariam;* At vero Vasquez disp. 234. cap. 3. post Caietanum cit. quest. 91. articulo. 3. & Sixtum Senensem annot. 5. existimat nostram quidem sententiam esse probabilem, sed contrariam nulla grauiore nota dignam. Quod etiam ita sensisse videtur Sanctus Thomas hic loc. cit. articulo 3. vbi hanc sententiam vocat *probabiliorum*; & infra ait, *contrarium non esse reputandum errorem, præcipue propter sententiam oppositam Gregorij Nazianzeni; cuius, ut ex Hieronymo ait, tanta est in doctrina Christiana autoritas, ut nullus unquam eius dictis calumniam inferre presumperit:* & tamen vix negari potest, S. Thomam viduisse citatum Capitulum Firmiter. Accedit, quod Augustinus, Theodoretus, & Hugo Victorinus, eam sententiam solum ut probabilem tradiderunt, vt videre est apud Vasquez cap. 3.

Qua ratione vero ex cap. Firmiter contraria sententia non convincatur erronea, non codem modo omnes explicant. Vasquez loc. cit. aliorum responsionibus relectis, putat voculum *simul* non significare similitatem durationis, sed solum id esse, quod pariter: quod tamen certe non cohæret cum contextu verborum, præsentium cū vocula *deinde*, vt dictum. Caietanus igitur, Sixtus Senensis, Gregorius de Valentia, & Suarez locis citatis rectius respondent id quod de similitate durationis dicitur non fuisse ex instituto definitum. Quod probari potest. Tum quia nulla certa regula, nec ex scriptura, nec ex traditione supperebat, qua hoc definiretur: tame si nihilominus absolute definiri potuisse, existimet Suarez. Tum quia nulla erat huius definitionis necessitas: neque enim ad fidem aut mores Ecclesiæ intercessit, hanc veritatem habere ex fide competam. Tum quia non est credibile, propositum fuisse Concilio, aut Pontifici, totum gravium & antiquorum Patrum oppositam sententiam damnare. Seclusa uero Ecclesia definitione, non est, unde opposita sententia erroris aut temeritatis arguitur; nisi ob consentientem scholasticorum Doctorum authoritatem; qua de causa ipse etiam sine temeritate oppositū defendi non posse existimo.

22 Quarto probatur eadē assertio ratione S. Thomæ loc. cit. Quia valde consentaneum erat ratioñ vt Deus, cuius perfecta sunt opera, iuxta Deuter. 32. v. 4. statim ab initio crearet uniuersum non imperfectum; sed potius perfectum, in suo genere: Angelia autem non sunt ipsum uniuersum perfectum, vt patet, sed potius pars uniuersi perfecti, constantis ex utroque gradu corporeæ & incorporeæ natura; propterea enim utraque natura ad se inuicem coordinatur: Ergo non est verisimile, Deum creasse Angelos ante naturam corpoream; sed simul cum natura corporea. Accedit, quod decens non erat, Angelos in nihilo & ante ac extra congruum cœli habitaculum creari. Denique ex scriptura constat, Angelos peccasse in ipso cœlo, ex quo mox pulsii sunt, iuxta Luc. 10. v. 18. *Videlicet satanas tanquam fulgor de celo cadens.* & Isai. 14. v. 12. *Quonodo cecidisti de celo Lucifer;* & iuxta probabilem multorum explicationem Apocal. 12. v. 4. *Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli.* Et v. 7. *Et factum est primum in celo: Michael & Angeli eius prælibabantur cum Dracone, & Dracopugnabat, & Angeli eius: & non valuerunt; neque locus inuenitus est eorum amplius in celo.* Et vero tamen interim certum etiam est, Angelos ab initio peccasse, adeoque post productionem non diu in veritate fetisse, iuxta Ioann. 8. ver. 44. Ergo fieri non potest, vt quod opposita sententia auctores volunt, Angelis longo admodum ante creationem mundi corporei tempore fuerint proditi.

23 Obicitur primo illud Iob 38. vers. 4. & 7. *vbi eras, quando ponebam fundamenta terra, &c.* Cum me laudarent simul atra matutina, & iubilarent omnes filii DEI.

Respondeo hinc tantum colligi, Angelos simul fuisse creatos, simulque in codem instati laudasse Deum (hoc enim opus cum internu ac spirituale sit, non

fit, non indiget tempore) dum mundus crearetur: quod est contra alteram sententiam superius relatam & refutatam.

25 Obijicitur secundo illud Job 40. vers. 14. Vbi de Behemoth dicitur, *ipse est principium viarum Dei;* vbi de Luciferi creatione sermo est, iuxta communiorum interpretationem Patrum, a-pud Pinedam ibidem.

Respondeo, Luciferum dici *principium viarum DEI*, seu processionis ad extra & productionis, quia & ordine temporis nulla cum creatura antecessit, & simul ipse ordine dignitatis antecessit ceteras, vt explicant etiam Gregorius lib. 3. Moral. cap. 18. vel 24. Isidorus lib. 1. de summi bono, cap. 10. & Beda quæst. 9. ex varijs. Quare etiam eodem cap. 40. Job. v. 10. dicitur, *Ecce Behemoth quem feci tecum*, nempe quasi in radice, dum mundus & elementa crearentur.

Obijicitur tertio, illud Tit. 1. v. 1. *Quam promisit, qui non mentitur Deus, ante tempora secularia:* Ergo ante tempora secularia necesse est saltem fuisse, Angelos, quibus id Deus promitteret.

Respondeo, aut nomine promissi intelligi propositum, iuxta similem locum 2. Timoth. 1. vers. 9. *Secundum propositum suum & gratiam, qua data est nobis in Christo IESV, ante tempora secularia:* vel per tempora secularia, non rotum tempus durationis mundi, sed quod à prima promissione de futura salute per Christum, ad primos parentes facta Genes. 3. vers. 5. verbis illis, *Ipsa conteret capitum, elapsum est,* vt bene Suarez citat. cap. 3. num. 33. Reliqua Cassiani loc. cit. non sunt magni momenti.

27 Aſſertio VI. Angelii non fuerunt producti in aere; nec in celo sydereo, aut Empyreo propriæ; sed in celo tamen ac supremo corporum. Antequam explicetur & probetur haec aſſertio, obſeruandum est, fuisse, atque etiamnum esse de hac re variam Doctorum sententiam: cum enim omnes in eo conueniant, Angelos fuisse creatos in aliquo corpore, iuxta dicta aſſert. præced. valde tamen discrepant, circa particularem determinationem eius corporis, sive loci.

28 Prima & communis Scholasticorum sententia est, Angelos fuisse creatos in celo Empyreo. Ita ſentient Magister, & alij Doctores in 2. diſtinct. 2. Alenſis 2. quæſt. 19. mem. 3. articulo 2. cum. Glosſa initio Genes. Hugone Victorino in sum. tract. 2. cap. 1. & Beda in princip. Hexaëm. & ſignificat S. Thomas quæſt. 6. art. 4. vbi dicit, fuisse creatos in supremo corpore ſive id dicatur, inquit, *cælum Empyreum, ſive qualitercung nominetur.* Quod hoc etiam ſensu tradunt & ſequuntur Caieranus, alijque Thomista, & Molina ibidem, & ex probabili Vazquez disp. 225. cap. 2.

29 Secundo alij Angelos vniuersim creatos existimant, in celo sydereo, ſive eo, quod sub Empyreo proxime collocatum est. Ita Lorinus in 2. Pet. 2. Suarez hic lib. 1. cap. 4. num. 7. & fauet Hieronymus lib. 6. in Isaï. cap. 14. & Innocentius III. ſuper Psalm. 5. poenit. vbi dicit, *Angelos peccasse in cælo, in quibus sunt sydera & luminaria.*

Tertio nonnulli ſentient, Angelos vniuersim creatos infra cœlos, in regione aëris. Ita Ruper-

tus l. 1. in Genef. c. 11. & Eugubinus l. 7. perenn. Philosoph. c. 38. Sed nituntur falſo fundamento, Angelos esse corporeos, de quo dub. seq.

Quarto alij quidam ſentient, aliquos quidem Angelos fuſſe creatos in celo Empyreo, alios vero in alio loco: in quo tamen rurſum variant. Nā aliqui dicunt, bonos in loco cœlesti, malos in aere fuſſe productos: quam ſententiam refert, nec improbat Augustinus lib. 3. de Genef. ad lit. cap. 10. Alij vero diſtinguit inter Angelos ſuperiores, & inferiores, qui vel motores ſunt orbium, vel elementis praefunt: hos enim in iſdem illis locis inferioribus, in quibus ſuum munus obeunt, creatos volunt; illos autem in celo Empyreo. Ita videtur ſentire S. Thomas cit. q. 61. art. 4. ad 2. Quamuis enim in corpore vniuersim dixerit, Angelos fuſſe creatos in ſupremo corpore, tamen inſolut. 2. motu auctoritate Augustini loc. cit. ait: *Nihil autem prohibet dicere, quod ſuperiores Angelii, habentes virtutem elevatam & vniuersalem ſupra omnia corpora, ſint in ſupremo creature corpore creati;* alij vero habentes virtutes magis particulares, ſint creati in inferioribus corporibus. Idem cum ſancto Thoma doceat Gregorius de Valentia quæſtion. 12. punct. 3. Ex quibus patet, non eundem inter Doctores Scholasticos de loco determinato productionis Angelorum esse conſenſum, qui eft de tempore productionis, vt dictum.

Ego vero cum prima & communis ſententia in eo conſentio, quod Angelos creatos exiftimo in ſupremo corpore, non in aliquo inferiori: cum ſecunda vero in eo, quod non determinate & particulatim in ipſo celo Empyreo productos exiftimo: quod indicat eftiam videtur S. Thomas loc. citat. vbi cum dixifet in ſupremo corpore fuſſe creatos, addit, ſive id dicatur *cælum Empyreum, ſive qualitercung nominetur.*

Et primo quidem fuſſe creatos vniuersim in celis, ſive in celo, non in aere, aut loco inferiori, praeter communem conſenſum Doctorum, colligitur ex cit. loco Coloff. 1. v. 16. & indicant ea ſcriptura loca, quibus dicitur, Angelos per peccatum de celo fuſſe lapsos, vt ſuperius vidimus. Accedit dignitas naturæ Angelicæ, que ut omnem ſubtantiam corruptibilem longe antecedit, ita etiam merito locum ſibi dignorem vendicat.

Secundo, quoad hoc nullum eſſe diſcriben- faciendum inter Angelos bonos & malos, ſuperiores & inferiores, probatur insuper ex eo; tum quia non conueniebat, malos Angelos ante peccatum puniri, & ob ſolum præviſum peccatum inferiori loco creari; vt in ſimili etiam doceat Augustinus lib. 11. in Genef. cap. 17. Tum quia in productione Angelorum, nondum erant producta ſydera, aut cœli ſyderei & mobiles, quibus mox praeficiendi eſſent Angelii; cum ſydera primum quartuſ die creationis fuerint producta; cœli autem mobiles ſecundo priuum die, cum produceretur firmamentum, eſſent consolidati, vt colligitur ex Genef. 1. v. 6. In quem ſenſum bene etiam Molina cit. art. 4. dicit; *Cum Angelii ſimul cum mundo corpore ſint conditi, neque ſtatim à principio Deus orbes mobiles creauerit, fit, ut Angelii etiam qui orbes celeſtes mouent, in celo etiam Empyreo,* (ſive

supremo illo quali quali corpore) sunt conditi, una cōm ceteris Angelis; inde uero descendenter ad mouendū orbes sibi commissos, cum primum orbes conditi sunt, & moueri coepiunt. Et forte defensus ille, & deputatio Angelorum ad mouendos orbes, fuit post finitam Angelorum viam, atque adeo post peccatum quorundam & beatitudinem reliquorum. Ita Molina; cum quatenus in eo minime consentio, quod solum cœlum Empyreum in principio cum terra creatum existimat.

34 Quare tertio etiam probari non potest, Angelos in cœlo sydereos aut ullo alio mobili cœlo fuisse productos, loquendo de cœlo sydereos seu mobili propri, qua cœlum sydereum, aut mobile est; cum tale nullum tunc extiterit, vt dictū, & mox ulterius declarabitur. Nec verum est, quod dicit Suarez num. 7. et si in primo momento creationis Angelorum cœli nondum mouerentur, tamensidereum cœlum immediate post suis se motum: quia non poterat moueri ante consolidationem secundo primum die acceptam.

35 Sed nec quarto in ipso cœlo Empyreo proprios creatos fuisse dixerim. Tum quia iuxta communem & probabilem expositionem Isai. 14. v. 13. In cœlum confundam, Lucifer iam creatus ascensum ad hoc cœlum intempestive ambiuit; et si Sanctus Thomas cit. quest. 61. articulo 4. ad 3. respondeat, hoc non de cœlo aliquo corpore, sed de cœlo (spirituali) sanctæ Trinitatis accipendum; in quod, inquit, Angelus peccans ascendere voluit, dum velut aliquo modo Deo equiparari; qua tamen explicatio valde impropria & metaphorica est. Tum quia non decebat, locum adeo excellentem peccato Angelorum quasi infici & dehonestari. Tum quia sicut homo non fuit productus in ipso paradiiso, sed primum post productionem in eo positus, vt eo magis beneficium natura indebitum agnosceret; ita verisimile est, Angelos non in ipso loco beatitudinis productos, sed postea primū finitā viā eo eleuatoris. Quæ oñia procedunt, etiā dicam⁹ in primo statim momēto productionis cœlum Empyreū fuisse à ceteris cœlis propria superficie ambiente & iam consolidata distinctum.

36 Ex quibus omnibus manet, quod in assertione dictum, Angelos non in ipso cœlo empyreo aut sydereo propri, neque in loco aliquo inferiori fuisse productos. Addidi vero nihilominus, productos in supremo corpore, quod ita declaro, suppositis ijs, quæ de cœlorum productione dispensati differuntur. Nam vt ibidem ex instituto probabitur, in primo momento, sive etiam die productionis, quando cœlum & terra fuerunt creata Genes. 1. vers. 1. nondum facta erat aliqua distinctio cœlorum superiorum & inferiorum; quia tunc nullum adhuc cœlum erat consolidatum; sed omnis consolidatio, adeoque distinctio cœlorum facta est, primum secundo die, quando productum est firmamentum. Erat igitur totum cœlestis corpus initio unum quoddam continuum & liquidum corpus; quod, vt cum terra alijsque etiam elementis accidit, distinctionem & ornatum, in suo genere seu ordine primum sequentibus diebus, nominatim secundo & quarto die accepit. In hoc igitur cœlesti adhuc in-

distincto corpore, (quod proinde verè etiam erat supremum omnium corporum) creati sunt Angelii; non quidem ea parte supraea eiusdem corporis, quæ postea, facta distinctione, cœlo Empyreo respondebat; sed in aliquo loco inferiori, sub illo; eo nimurum, qui nunc cœlo mobilis sine sydereo responderet.

Qua ratione optime & facillime conciliantur omnia loca Scripturae. Sic enim propriæ & ad literam intelligitur illud, *In cœlum confundam*, nempe in superiore eius partem; vt vulgo dicere solet in inferiori parte ædium constitutus, descendam in ædes &c. sive in ipsum cœlum Empyreum iam ab alijs discretum, si quidem lapsus Angeli factus ponatur post diem, aut ipso die creationis secundo, post productum firmamentum. Et addit, *super astra Dei*; hoc est supra ceteros, Angelos omnes &c. sive supra locum astrorum: siquidem astra ipsa tunc nondum erant producta. Ita intelliguntur etiam Angelii propriæ in ipso cœlo producti, & de cœlo lapsi &c. Fauet huic sententia etiam Innocentius III. in psalm. 5. penitent. vbi dicit, Angelos peccasti in cœlis, in quibus sunt sydera & luminaria, & ideo probabile esse, illos etiam cœlos esse immutandos & purificandos in fine mundi; quod de cœlo Empyreo dici non potest, vt bene Suarez numero septimo. Plura disp. seq. q. 2. dub. 2. & q. 3. dub. 1.

D V B I V M II.

Sintne Angelii corporei, an plane incorporei; atque etiam simplifices, & sine compositione.

S. Thom. 1. 2. q. 50. aa. 1. & 2.

CVm præcedenti dubio constitutum sit, Angelos existere, & quidem esse quasdam substantias intelligentes, perfectas, & compleatas: quando vbiique scriptura de illis, sicut de hominibus loquitur, eisque velut perfectis agentibus vita & intelligentia munia ac functiones tribuit; neque unquam Angelos alicuius corporis, sive subiecti formas natura sua informantes facit; nec eos vspianas animas vocat, vt notauit etiam Augustinus lib. 1. retract. cap. 10. & 16. & lib. 2. cap. 14. sicut nec ullius compositi substantialis meminit, quod ex Angelo veluti forma, & alio quodam subiecto constet; inonc nec ipsum nomen Angelii, quod in omni lingua masculinum est, facile patitur, vt eo imperfecta aliqua forma significetur; superest inquirendum, qualis substantia sit Angelus. In quo genere primum occurrit diuisio substantiarum in corpoream & incorpoream, de qua proinde hoc loco differendum. Duobus autem modis substantia aliqua potest esse corporea; primo vt totaliter & adæquate secundum omnes suas partes sit corporea, sive simplex, vt sunt elementa; sive composita, vt sunt substantiae rationis expertes; secundo, vt

secun-

secundum ynam quidem sui partem; nempe materialē, sit corporea; cum tamen alterius pars, scilicet forma, sit incorporea, ut est homo; qui constat corpore & anima: & vtroque sensu de Angelis querimur, an sint substantiae corporeæ.

2 Qua de re prima sententia est, Angelos totaliter & adæquate esse corporeos; ita ut nulla etiam plane substantiali parte incorporeæ constent; et si corpora eorum sint subtilioris naturæ, quam humana, ut in puro igne, & aëre liquido accidit; qua de causa etiam respectivæ, viti de ventis quoque subinde loquitur scriptura, Spiritus vocentur. Ita præter Sadduceos dub. præcedent. relatos, & Philosophos quosdam gentiles, qui nihil esse putabant, præter corpora, ut referunt Aristoteles lib. 1. Metaph. & lib. 1. physic. & lib. 4. Physic. tex. 52. & 67. & Sanctus Thomas opusc. 13. cap. 1. sensisse videtur Tertullianus, etiam Deum faciens corporeum, ut colligitur ex lib. de carne Christi cap. 6. & testatur Augustinus epist. 158. & lib. 10. Genes. ad lit. cap. penult. & vlt. & Isidorus lib. 8. Etymolog. cap. 5. Alij vero saltem res alias præter Deum, faciunt corporeas. Ita docet Cassianus collat. 7. cap. 18. vbi ait: *Licet pronunciemus, nonnullas esse spirituales naturas, ut Angeli, anima nostra, & aer subtilis, tamen incorporeæ nullatenus estimandas sunt; habent enim secundum se corpus, quo subsistunt.* Faut Hilarius can. 5. in Math. & Joannes Thessalonensis, in septimafynodo relatus act. 5. cui Patres cæteri non cōtradixerunt, quia de illa re non agebatur.

3 Secunda sententia est Angelos non quidem totaliter & adæquate esse corporeos, nec mere etiam esse spirituales & incorporeos; sed constare corpore & spiritu; qua de causa etiam animalia rationalia immortalia appellantur. Ita sensit Origenes lib. peri archon proœmio, & lib. 1. cap. 7. & lib. 2. cap. 2. & 8. Item Cæsarius dialog. 1. in tomo, 2. operum Nazianzen. Idem sentire videntur Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 16. Athanasius lib. de communī essentiā. Patris Elias Cretenis in orat. 1. Nazianz. Methodius serm. de resurrectione, & ex Latinis Augustinus lib. 83. qq. q. 47. & lib. 7. de Genes. ad lit. cap. 17. & lib. 3. cap. 10. & lib. 9. de ciuit. cap. 12. & 13. & lib. 11. cap. 23. & lib. 13. cap. 16. & lib. 3. de Trinitat. cap. 10. & lib. 3. de lib. arbit. & epist. 115. & in psal. 85. item Bernardus lib. 5. de confid. ca. 4. & serm. 5. in Cant. Et aperte etiam Rupertus lib. 1. de Trinitat. cap. 11. & lib. 1. de vict. Verbi cap. 28. atque ex recentioribus, Eugubinus lib. 8. perenn. Phil. capit. 27. 30. & 41. Augustinus Niphus lib. 3. de dæmon. cap. 3. Franciscus Georgius lib. problem. capit. 57. & 74. & Caetanus in Epistol. Ephes. cap. 2. Ex Philosophis autem idem sensit Plato cum suis, & Averroes lib. 1. de anima, faciente non parum Aristotele, lib. 5. Metaph. cap. 8. & plures alij, præsertim Platonici philosophici apud Eugubinum loc. cit.

4 His opponitur tercia sententia, quæ docet, Angelos nulla sui parte esse corporeos, sed plane spirituales, & vndique incorporeos. Ita omnes Scholastici, ut dicemus, qui tam rursum in-

ter se variant: quidam enim nihilominus dicunt. Angelos esse compositos ex materia & forma; plures negant. Nostra sententia sequentibus assertionibus continetur.

Assertio I. Angelii non sunt omni ex parte corporei. Ita contra primam sententiam, haber communis, rum omnium eorum, quos pro sequenti assertione citabimus; rum etiam eorum, quos pro secunda sententia recitatimus; adeo ut hæc assertio plane videatur certa, quæ citra errorē vix possit negari. Probatur præter testimonia & argumenta pro sequenti assertione referenda, hac peculiari ratione. Angelus sua natura est superior homine, ut sequenti dubio probabitur; & tamen homo nō est omni ex parte corporeus, sed constat anima saltem incorporeæ; Ergo nec Angelus esse potest omni ex parte corporeus. Consequētia patet. Quia esse incorporeum, est grad⁹ quidam superior substantiæ, quam corporeum; ac proinde quod merè corporeum est, inferius est sua natura illo; quod aliqua sui parte substantiali, & quidem primaria incorporeum est. Animam autem hominis esse incorpoream, est de fide, ut recte etiam existimat Suarez lib. 1. cap. 5. num. 7. & definiri videtur in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. Firmiter, de sum. Trinit. & fid. Cathol. vbi dicitur humanam naturam ex spirituali & corporali esse compostam. Idem colligitur ex Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 8. vbi definitur, animam rationalem esse natura sua immortalem, adeoque independentem à corpore. Quod asseueranter etiam tradit, ea quæ de causa inuehitur in Tertullianum secus sententem Augustinus epistol. 157. & in psalm. 145. & lib. 10. de Genes. ad lit. cap. 24. vbi concludit: *Nemo audeat dicere, animam esse corpus.* Idem prosequitur fusus ibidem capitibus sequentibus. Quare etiam Isidorus lib. 8. Etymologiæ hereticis accenset etiam Tertullianos, quod animam corpoream, eti immortalem esse dicent.

Assertio II. Angelii nullo modo sunt corporei; sed vndique plane spirituales & incorporei. Ita cum Magistro in 1. dist. 8. & cum Sancto Thoma hic quæst. 50. art. 1. & 2. & quæst. 51. art. 1. Scholastici omnes. Idem docent sanctus Thomas quæstione 16. de malo art. 1. & lib. 2. contra gent. cap. 49. & cap. 90. 91. Ferrariensis ibidem; Albertus in sum. 2. part. tract. 2. quæst. 6. item Alensis, Altisiodorensis. Ex recentioribus autem hanc assertiōnem ex instituto tueruntur præter Caietanum, & alios Thomistas cit. quæst. 50. art. 1. Molina ibidem, Gregorius de Valentia quæst. 1. pun. 2. & quæst. 2. punct. 1. Vasquez disput. 178. cap. 3. Suarez Metaph. disput. 35. sect. 3. & hic lib. 1. cap. 6. adeo ut hæc sit communis inter Theologos sententia.

Probatur primo ex Scriptura, quæ Angelos constanter vocat spiritus; quod cum proprio accipi possit, nihil est cur in sensum alienum rapiat. Psalm. 103. vers. 4. & Heb. 1. v. 7. *Qui feci Angelos tuos spiritus.* Heb. 1. v. 14. *Nonne omnes sunt administratori spiritus?* Ephes. 6. vers. 12. *Non est nobis collectatio aduersus carnem & sanguinem;* sed aduersus principes & potestates, &c. contra spiritualia

nequitia. Item, Luc. 6. v. 18. & passim alibi dæmones vocantur *immundi spiritus*. Luc. 10. v. 20. *spiritus subiunguntur vobis*. Et cap. 11. v. 26. *Afsumit septem alios spiritus nequiores se*, &c. Accedit quod eadem ratione etiā anima rationalis vocatur *Spiritus*. 1. Cor. 5. v. 5. *ve spiritus saluus sit in die Domini*. Iacobi 2. vers. 26. *Corpus sine spiritu mortuum est*. Et de utrisque generatio dicitur, Psal. 150. v. 6. *Omnis spiritus laudet Dominum*. & Daniel. 3. v. 86. *Benedicte spiritus, et anima in uestiis Domino*. Quibus accedit citatus locus Act. 23. v. 8. vbi refertur, Sadduceos dixisse, non esse resurrectionem, neque *Angelum, neq; spiritum*; quasi diceretur, nec nullum omnino *spiritum*: quia Sadducei non alia ratione negarunt Angelos, nisi quia negarunt spiritus: imo Suarez lib. 1. cap. 5. num. 3. cum nonnullis dubium existimat, an pro suis ac directe negauerint Angelos, an solum eos esse spiritus. Quæ proinde omnia simul sumpta satis, hanc rem ex scriptura testatam faciunt.

8

Secundo probatur assertio auctoritate SS. Patrum. Ita enim plane sentit Dionysius cap. 4. de diuin. nom. vbi ait: *Dei gratia substantia intelligibilis omnes spiritualesque substantiae*. Et infra: *In corporales omnino aquae materia carentes intelliguntur, et tanquam spiritus supra mundanum intelligent modum*. Et inferiorius etiam de dæmonibus: *Sine corpore, inquit, malitia potest irreperere, sicut in dæmonibus*. Quare eti S. Thomas question. 16. de malo art. 1. ad 3. dixerit, probabile esse, Dionysium credidisse, dæmones esse corporeos, nimis propter verba quædam eiusdem capititis, quibus furorem & indomitam concupiscentiam dæmonibus tribuit, longe tamen verius est, quod sanctus Doctor mox ibidem subiungit, Dionysium ea metaphorice accepisse; sicut etiam capit. 2. ecclæsiæ hierarch. similes affectus Angelis, ipsique D. e o tribui, docet.

9

Similiter Ignatius epist. ad Trallianos, Angelos vocat *incorpores creaturas*. Item Irenæus lib. 3. cap. 23. ait: *Sine carne Angeli sunt*. Athanasius relatus in VI. Synodo art. 4. *Angeli, inquit, spiritus & ignes sunt, ab omni corpore figurae et natura alieni*. Gregorius Nazianzenus orat. 2. de Theolog. *Ne hanc quidem, tametsi corporis expertem, incorporeo modo cernere possumus*. Gregorius Nyssenus lib. de orat. *Omnis, inquit, creatura rationalis partim in incorpoream naturam, partim in corpoream divisa est*. *Est autem Angelica quidem incorporeas, altera vero species nos homines sumus*. *Atque illa quidem incorporea cum sit, sola mente comprehendetur*. Similia habet lib. de vita Moysis. Basilius homil. 9. quod D. e. s. non sit auctornali, *Natura eius (dæmonis) incorporeas est, secundum Apostolum dicentes, Non est nobis colluctatio* &c. Epiphanius hæref. 26. *Demon spiritus est incorporeus*. Chrysostomus homil. 22. in cap. 6. Genes. Inuidit, (dæmon) quia à superna gloria in extremam ignoriam dicentis est, licet esset incorporeus. Et saepius ibidem vocat Angelos incorporeos, Angelicam vero naturam incorpoream et spiritualem. Similia habet homil. 44. in Matth. Idem docent Cyrilus lib. 4. in Ioann. cap. 10. & lib. 3. in Genes. & expresse Theodoretus qu. 20. & 47. in Genes.

& Didymus l. 1. & 3. de Spir. sancto, & Damascenus lib. 1. de fid. cap. 17. & lib. 2. c. 3. & Anastasius Nicænus in quæstionibus sac. script. q. 20. vt plane constet, hanc veritatem fuisse in Ecclesia græca iam olim communiter receptam.

Sed & ex latinis Patribus idem tradit Ambrosius ad Heb. 1. *Qui facit Angelos suos spiritus: Quæris huic natura nomen? spiritus est. Quæris officium? Angelus est. Ex eo quod est, est spiritus; ex eo quod agit, Angelus est*. Hieronymus epistol. ad Auit. inter errores Origenis numerat, quod dæmones ob delicta atriæ corporibus sint uestiti. Leo epistol. 93. ad Turibium capit. 6. *Fides vera, inquit, qua est Catholicæ, omnium creaturarum sine spiritualem, siue corporalium bonam confitetur substantiam*. Gregorius lib. quarto, dialog. capit. 29. *Dic, quæsio te, Apostolus spiritus à caelesti gloria dicitos esse corpores, an incorporeos sufficiat? Quis sanum sapiens, esse spiritus corporeos dixerit?* Idem ex instituto propagnat Richardus Victorinus lib. 4. de Trinit. cap. vltim.

Tertio probatur assertio auctoritate Ecclesiæ. Nam in Concilio Lateranensi citat. cap. Firmatus de sum. Trinit. & fid. Cathol. definitur: *Simul ab initio temporis, (Deus) utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, Angelicam videlicet & mundanam; & deinde humanam, quasi communem ex spiritu & corpore constitutam*. Vbi vocabulum *spirituale* proprie accipi, ex contextu, ac præserbit ex postremis verbis liquidissimum est. An vero ideo sit de fide, inferius dicetur.

Quarto probatur ratione. Tum quia non implicat contradictionem, substantia incorporea, etiam perfecta, vt ex anima rationali colligere est; & simul ad perfectionem vniuersi pertinet, eiusmodi substantia gradum condere, vt argumentatur etiam S. Thomas q. 50. a. 1. Tum quia corpus non vnitur spiritui, propter se, sed vt defueriat illi ad functionem intelligendi, quam si absque corpore habere naturaliter possit, nunquam corpus naturaliter depositat; at vero corpus hoc sine Angelis vniiri non potest; quia cum sint substantiae incorruptibles, adeoque expertes sensus, & organorum sensus, sicut & vita vegetativa, scientiam suam non possunt accipere a cognitione sensitiva seu phantasmatis & sensibus, ministerio corporis, qua sola ratione corpus deseruit anima ad intelligendum, sed habent species intelligibilis sibi naturaliter inditas, vt, suo loco docetur. Discursus sumitur ex Sancto Thoma quæst. 51. art. 1. & quæst. 70. a. 3. Quibus accidunt omnes congruentie, quibus art. præced. ex S. Thoma probatum est, dari substantias incorporeas completas & perfectas; quæ non possunt esse alia, quam Angeli. His accidunt alia rationes, quali à posteriori. Nam secundum oppositam sententiam explicari non potest, quomodo Angelis etiam malinaturaliter cœlos solidos, & alia quevis corpora penetrant, aut olim in suo casu penetrarint: aut quomodo tot centuriæ spirituum simul vnum aliquem hominem obsideant, vt pluribus deducit Suarez loc. cit.

Assertio III. Neque tamen haec tenus est error in fide, dicere, Angelos pro vna sui parte, constare

constare ex corpore: tametsi id quidem absque temeritate asseri non possit. Ita Carranza annot. ad 7. Synod act. 5. Canus lib. 5. locor. Theolog. c. 5. Sixtus Senensis lib. 5. Bibliothec. annot. 8. Caietanus, Barnes, & alij Thomistæ q. 50. a. 1. & q. 51. a. 1. Molina quest. 50. a. 1. Vasquez disp. 178. cap. 3. Suarez lib. 1. cap. 6. num. 10. Gregorius de Valencia q. 2. pun. 1. qui tamen addit.; et si non sit haereticum, nihilominus putari etiam posse erroneum. Idem docet sanctus Thomas quest. 16. de malo, articulo 1. cui tamen, vt etiam dubio præced. dictum, decretum illud Concilij Lateranensis vix potuit esse incognitum. Rationem omnes assignant; quia tametsi quidem oppositum asseratur in dicto decreto Concilij Lateranensis cit. cap. Firmiter. non tamen fuisse propositum. Concilio, ijs verbis id ex instituto definire; sed solum tam corporalem quam spiritualem naturam fuisse a D E O productam initio temporis; cætera ad pleniorum intelligentiam, iuxta receptionem eo tempore doctrinam, obiter addidisse. Quod potissimum etiam suadet auctoritas Patrum, qui vt vidimus, contrarium olim satis frequenter docuerunt.

Quia tamen & scripturæ testimonia satis perspicua in oppositam partem suppetunt, & communior SS. Patrum sensus ita tradit, & Ecclesiæ auctoritas non parum virget, & iam dudum, atque etiamnum Scholastici Doctores omnes in eam sententiam conspirant, certe absque temeritate non potest oppositum asseri, vt citati omnes annotant.

15 Assertio IV. Angeli sunt compositi, non quidem ex materia & forma; sed ex esse tamen & essentia; item ex natura & subsistentia; ex genere & differentia; ex potentia & actu, sive substantia & accidente. Ita quoad priorem partem, quæ negativa est, sanctus Thomas quest. 50. art. 2. & omnes Commentatores ibidem; & communis Doctorum cum Magistro in 2. dist. 3. item Gregorius de Valencia quest. 1. pun. 4. Molina & Vasquez citat. q. 50. art. 2. Suarez lib. 1. cap. 7. contra Auicebron, apud S. Thomam cit. a. 2. & opusc. 15. c. 5. item contra Alensem 1. part. q. 20. memb. 2. Bonaventuram in 2. dist. 3. 1. part. art. 1. q. 2. Richardum art. 1. q. 2. & Aureolum apud Capreolum in 2. dist. 3. q. 1. a. 2. Qui dixerunt, licet Angeli sint incorporei, constare tamen materia & forma; quâ de causa etiam Vasquez prudenter notauit, à S. Thoma sigillatim fuisse propositam art. 2. hanc questionem, *virum Angelis constent materia & forma*; cum ea tamen alias, supposito primo articulo, quod Angeli sint incorporei, videri potuisset superuacanea.

16 Probatur assertio quoad hanc primam partem primum auctoritate. Ita enim docet non solum Aristoteles 12. Metaph. cap. 6. Sed etiam Dionysius c. 4. de diuin. nom. & alij Patres pro prædicti assertione citati, dum Angelos dicunt esse incorporeos, spirituales substantias, mentes, & puras naturas, vt loquitur etiam Nazianzenus orat. 34. & Sophronius orat. de sanct. Ang. tom. 2. Bibliothec. eos vocat diuinos D E I exercitus, materiae expertes, mente rationeque prædictas intelli-

gentias: Quo prouinde etiam sensu ad hoc propositum accommodari possunt scriptura ibidem citatae.

Denique accedit ratio. Quia cum materia sit proprium subiectum quantitatis, & extensionis corporeæ, compostio ex materia & forma proprie non conuenit nisi substantijs quantis & corporeis. Deinde etiam generatum & abstracte loquamur de materia, sane necesse est, vt si aliquid re ipsa realiter distinguitur à forma, quam proinde etiam per modum subiecti recipiat: sed nec hoc conuenire potest Angelis: quia vel hac materia esset eiusdem rationis cum materia rerum corporalium, vt quidem dicitur Auicebron; vel non, vt citati Theologi dicunt. Non primum; quia sic Angelus esset intrinsecè corruptibilis; ac simil etiam quantus & corporeus, vt dictum. Nec secundum; quia aut ea esset intrinsecè spiritualis; aut non: neutrum potest dici. Non primum; quia cum spiritualis entitas vel maxime sit ens in actu, plane absurdum videtur, aliquam materiam esse intrinsecè spiritualem. Nec secundum, quia tunc Angeli non essent plane incorporei & spirituales; sed ex parte una etiam materiales.

17 Et fortasse Theologi in contrarium citati, materiam solum improprie acceperunt; sive pro gradu generico; sive pro subiecto determinabili quacunque forma etiam accidentalis. Certe Aureolus in 1. dist. 3. quest. 1. art. 3. ybi affirmat, Angelos componi ex materia & forma, materiali explicita esse intellectum possibilem. Ait enim, *In istis substantijs intellectualibus, & in anima sunt vere substantiae due, quarum una est mere potentialis, & alia est mere actus, ex quibus intrinsecè componuntur; una dicitur intellectus possibilis, & quicunque substantia (qua) patitur, id est, recipit intellectuonem aliorum a se. & per consequens, quo formaliter intelligit alia. Quibus verbis ipsem indicat se substantiae vocem improprie accipere. Certe aliter intelligi ea sententia vel admitti non potest.*

Posterior autem pars assertionis ab omnibus itidem admittitur, nisi quod Durandus in 2. distinct. 3. quest. 1. negat, in Angelis compositionem ex genere & differentia; cum tamen fateatur, Angelum esse in genere vel sub genere; quod cum altero non cohereret; quia hoc ipso utique constat ex genere & differentia. Ut bene Suarez. cap. 7. num. 7. Ratio generalis est. Quia de Angelis essentia non est existentia; nec subsistencia; nec ipse est extra omne genus; nec purus actus; aut omnino immutabilis; mouetur enim loco; & nunc hoc, nunc aliud intelligit, & vult, vt ex scriptura constat: quicquid Averroes 12. Metaph. com. 25. & Simplicius de qualit. Omne accidentis ab Angelis remouerint. Ceterum compositionem ex genere & differentia, vt & ex essentia & existentia esse rationis; cæteras autem reales, constat ex dictis supra disput, 2. q. 3. dub. 1.

18 Sed contra utramque assertiōnē, secundam & quartam, obijicitur primo auctoritas SS. Patrum, qui docuerunt, Angelos esse quadam parte

corporeos & materiales, quos supra satis magno numero retulimus.

Respondeo primo, Suarium Metaph. disput. 35. sect. 3. & hic lib. 1. cap. 6 numero 28. plerisque ex relatis patribus speciatim Basiliūm., Athanasiūm., Augustinūm. (secus sentit de Origene, Cæsario, Eliā Cretensi) in mihiorem partem interpretari. Et sane fieri potest, vt nonnulli nomen corporis latiori significacione acceperint pro substantia finita & mutabili, non propriè & stricte pro substantia ex materia & forma composita, & quantitatue extensa. In quem sensum etiam Augustinus epist. 28. cum animam rationalem dixisset esse incorporam, addit tamē: *Nec verbi controvèrsiam vel superflue faciam, vel innutus patiar: si corpus est omnis substantia vel essentia, vel si quod apud nuncupatur, id, quod aliquo modo est in seipso, corpus est anima.* Item si eam solam placet incorporam appellare naturam, qua summi incommutabilis, & ubique tota est, corpus est anima, quoniam tale aliquid ipsa non est. Porro si corpus non est, nisi quod per locis patrum aliquam longitudine, latitudine, altitudine statuitur, vel mouetur, ut maiori sui parte maiorem locum occupet, & breuiore breuiorem, minusque sit in parte, quam in toto, non est corpus anima. Ita Augustinus. Sed quia Gregorius de Valentia, Molina, Vasquez locis citatis plane admittunt Patres plerisque, pro ea sententia citatos, ita sentire, vt retulimus;

21 Respondeo secundo, etiamsi plerique ex citatis ita senserint, id tamen non debere prædicare veriori sententia; tum quia plures oppositum docuerunt, vt vidimus: tum quia illi ipsi, qui ita senserunt, id non tanquam rem certam, & ex principijs fidei compertam, sed velut opinabile dogma idque forsan ex Platonis Philosophia haustum, tradiderunt, cōtempore, cum res ex principijs fidei nondum satis esset discussa. Id quod maximè videre est in Bernardo & Augustino locis citatis; qui valde dubie de hac re locuti sunt; imò Augustinus lib. 15. c. 23. Angelos uniuersim spiritus esse docet; & solum de malis dubitat, an non habeant corpora aërea.

22 Obijciuntur secundo quedam scriptura loca, è quibus colligi videruntur, Angelos habere corpora; eo quod corporeas functiones & actiones exercuisse referantur. Ita Jacob vidit in scala Angelos ascendentēs & descendētēs. Ita Abraham & Loth, Angelos viderunt, & hospitio exceperunt, &c. Ita Angelus Tobiam iuniorē cōmittatus, visus est edere, & bibere, &c. Præcipue vero huc spectat illud Genes. 6. v. 4. Postquam ingressi sunt filii Dei ad filias hominum. Vbi LXX. legunt, Angeli DEI. Quo modo etiam id intelligunt non solum Philo libro 4. de gigantibus, & Iosephus lib. 1. Antiquit. cap. 4. Sed etiam multi ex Patribus apud Pamelium in Tertulliani paradoxo 1. speciatim Iræneus lib. 4. cap. 70. & Laclantius lib. 2. diuin. Instit. cap. 14.

23 Respondeo, prioris generis loca non habere difficultatem; intelliguntur enim vel de Angelis solum, in somno, secundum apparentiam quandā imaginariam, & phantasiam repræsentatis; vt Iacob nocte dormienti accidit: Genes. 28. v. 12.

Vel intelliguntur de Angelis in assumpto corpore aspercebilibus, vt cum Abraham, Loth, Tobias &c. accidit. Quamvis enim vt probauimus, Angelis non habeant corpora naturaliter sibi unita, possunt tamen ea assumere, & mouere, suo arbitratu, vt dicetur q. 5. Quare ipse etiam Tobias Angelus c. 12. v. 19. ait. *Videbar quidem vobis sum manducare, & bibere, sed ego cibis insuffisibilis, & potu quidem hominibus videri non possem, visor.*

24 Ad locum ex Genesi obiectum respondeo, eum duobus modis recte explicari, & neutrūm veritati à nobis probatae quicquam obesse. Primus est, vt per filios Dei intelligantur descendentes ex Seth per Enos; qui cum sua familia cōpī peculiari modo ac studio inuocare nomen Domini, Deumque colere. Gen. 4. v. 26. per filias autem hominum fāmina ex impia pōsteritate Cain progenitae. Ita exponunt Athanasius quæst. 19. & 98. ad Antioch. Cyrillus lib. 9. cont. Julian. & 1. 3. in Genes. Chrysostomus homil. 22. in Genes. Augustinus lib. 15. de ciuit. cap. 23. Cassianus collat. 8. cap. 1. & ipse etiam Ambrosius lib. de Noe & Arca cap. 4. si bene expendatur; & ad eum sensum intelligi etiam potest versio LXX. quia eriam homines sancti Angelī DEI in scriptura vocantur Malach. 2. v. 7.

25 Secunda explicatio est, vt per filios Dei intelligentur viri robusti, & viribus pollentes: solet enim sāpe scriptura, quod in vñquoque genere excellens, & quasi singulare est, additio D E I nomine, indigitare, vt Montes D E I, Cedri D E I. Atque ita etiam notauit Cyrillus loco citat. & fusius prosequitur Pineda in Iob. 1. v. 6. circa verba illa, *Cum venissent filii D E I.* Certe quidem cum eiusmodi consuetudinem cum faminis habere non poterint, siue in corpore assumptio, siue in naturaliter coniuncto, nūl Angelī mali, ipsique adeo dæmones, neque his tamen nomen filiorum Dei competit; satis colligitur, id de Angelis non posse intelligi. Et si Angelis ita communī & consueto more cum temporis id factitassen, cur non idem similiter ab eis sāpius postea fuisse perpetratum?

26 Obijciuntur tertio alia quædam loca scriptura quibus significatur, Angelos, præsertim malos, peculiarem quandam symphatiam, vel antipathiam habere cum rebus quibusdam corporeis. vt cum ad pulsum cytharae Davidis diabolus à Saulo recessit, eumque infestare desit, 1. Reg. 16. v. 23. & cap. 19. v. 9. Item cum fumo iecoris seu cordis, ex pīce Tobiae, maleficium depulsum est. Tob. 6. v. 8. & cap. 8. v. 2. Quorum priore loco plane naturalis quædam efficiencia eius rei ad hunc effectum, satis aperte describitur: *Cordis eius particulam, inquit Angelus, si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genu dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere, ita ut ultra ad eos non accedat.* Et in posteriori loco iuxta LXX. dicitur, dæmonem fugisse ad odorem fumi &c. Quibus accedunt varia experimenta; vt cum varijs antipharmacis & amuletis corporeis dispellit aliquando videntur, aut arceri dæmonum infestations.

Respondet

27 Respondeo, quicquid nonnulli dixerint nālam veram & mere naturalem esse antipathiam, inter Angelos, & res corporeas, sed videri solum idque varijs de causis. Prima est, quia Deus damnatos spiritus ad hanc etiam subinde pœnam, viderit damnare, vt refugere res quasdam corporeas cogantur (etiamsi nullum forte interim ipsi significatum rei aduersæ apprehendant) auctor, semper; aut aliquo certo casu: vbi præfertim simul arcani alicuius mysterij dæmonibus aduersi significatio, ex diuina mente interuenit. Vt in icoore illo pīcis prunis imposito, Christique patientis humanitatem significante accidit. Tob. 8. v. 2. vbi proinde iuxta Latinum & Hebraicum textum non dæmon sponte fugisse, sed ab Angelo apprehensus & religatus dicitur; licet ante ita de ea re locutus videatur fuisse Angelus, ac si per se a naturā sua vim ad pellendum dæmonem haberet; tum quia secundum effectum ita apparebat; tum quia ea ratione vis & efficacia Christi patientis ad seruitutem diaboli disoluendam allegorice significabatur.

Secunda causa est, quia naturalibus subinde medijs terrena illa, & Diabolice illusioni magis obnoxia, humani corporis, vel cordis complexis, affectiōne corrigitur & mitigatur: quo factō diabolus ultro cedit; vt in Saule ad citharam Davidis mulceri solito accidisse videretur; & in maniacis à melancholico humore purgatis accidere sēpius experimur. Tertia causa est patētum occultum vel apertum cum dæmoni; quod in eiusmodi corporalium amuletorum genere, facile potest interuenire: vt cum certis gemmis aut lapidibus pretiosis vel radicibus ex sola rei natura vis attribuitur arcendi dæmones: quibus licet effectus quandoque respondere videatur, id simulatione tamen sola diaboli, eaque sēpe non constanti accidit, &c.

28 Tertio speciatim objici potest ex Trithemio lib. 8. quest. mag. quest. 5. vbi ait: *Dæmones, qui labentes sedibus alius, terra magi coniuncti, cavernas speluncasque inhabitant, ceterū profecti sunt obviosores; usque adeo, quod gladios metuant, & virgas, minusque moueri videntur territanū hominum: quemadmodum in his contueri licet, quos energumenos appellamus.*

Respondeo hanc doctrinam Trithemij non probari: tum quia incredibile est, quod de tanta stupiditate dæmonum asserit, vt dicemus dub. seq. Tum quia facile hæc simulate à dæmonibus fieri possunt, præfertim quando ad gladiorum vibrations, vt fieri assolent, adduntur maledicta & blasphemias. Virgæ autem & similes vel humiliactionis, vel castigationis corporalis modi, adhibiti energumenis, aut ijs, qui à diabolo infestantur, pellunt quandoque seu compescunt dæmonum infestationes: aut quiahi contemni se non ferunt; aut quia hoc ipso fit, vt obseci eorum voluntati minus velint obtemperare; aut quia etiam subinde corpus per inediā, sanguinis diminutionem, aliaque afflictiones alteratum, meliorique temperie restitutum, minus dæmonum illusionibus redditur obnoxium, vt dictum. Ut de virtute supernaturali nihil dicam, qua constat, per S. Benedictum dæmonis infestationem,

à fratre quodam, qui dæmonis impulsu intempestive solebat ex diuino officio excedere, admotā virgā depulsā, vt est apud S. Gregorium lib. 2. dialog. c. 4.

Obiectit quarto Caietanus in Comment. script. loco citat. Ad perfectionem vniuersi spectare, vt sint etiam quædam substantiae intelligentes, corporeæ quidem & quanta, adeoque loco mobiles, instar aliorum corporum; sed incorruptibles & impassibiles, adeoque & insensiles.

Respondeo, frustra fingi gradum illum substantiarum intelligentiarum corporearum insensibiliæ. Nam vt recte notauit Sanctus Thomas quest. 51. artic. 1. Corpus intelligenti natura non conuenit, nisi vi sensuum ministerio cognitioni intellectuali subserviat; qui hinc sublatissimis sensibus ac sensibiliæ cognitione planè tollitur, vt superius etiam dictum.

D V B I V M III.

Vtrum Angelinatura sua sint corruptibles, vel incorruptibles; atque etiam entia necessaria.

S. Thomas 1. p. q. 50. a. 5.

Habet hæc dubitatio connexionem cum præcedenti, non solum quia ratio entis corruptibilis, vel incorruptibilis, adhuc communis admodum & genericæ est, adeoque prior gradu seu ratione intelligentiarum, vel non intelligentiarum naturæ; cum eterque utriusque communis esse possit, imò recipit sit, vt in homine & bruto; & rursus in anima rationali & cœlo pater; sed etiam quia incorruptibilitas spiritualis substantiarum, si qua est, ex hac ipsa ratione spiritualis & incorporearum substantiarum nascitur, vt dicemus; Potest autem hæc questio dupliciter institui, primo vt directè ac potissimum de re ipsa queratur; Vtrum Angeli, quantum est ex naturis rerum; vlla potentia creatura naturali possint corrupti, aut ullo modo destrui; seu quod idem est, vtrum sua natura, vt cetera entia corruptibilia, tendant ad corruptionem & destructionem; an vero ex se & sua natura apti sint perpetuò durare, adeoque etiam perpetuo duraturi sint, nisi per ipsam diuinam potentiam annihilentur & destruantur. Et hoc sensu non est inter orthodoxos vlla questio seu controversia, vt dicemus. Secundo questio potissimum esse potest de nomine & modo loquendi; vtrum, cum Angeli saltem per diuinam potentiam possint destrui & annihilari, dicendi sint natura sua corruptibles, an incorruptibles; item vtrum absolute ac simpliciter dici possint Entia necessaria, vel non necessaria, &c.

De qua re est quidem nonnulla inter Scholasticos Doctores controversia; quæ nata potissimum videtur esse tum ex diuerso modo loquendi SS. Patrum; tum ex diuersa acceptione & significacione terminorum, vt dicemus. Etenim Vasquez hic disputat. 182. cap. 2. & sequentibus prolixè contendit, si loquamur respectu potentiarum

2

DEI

DEI, & nominatae mortale & corruptibile sumantur pro eo, quod desinere potest, sicut per destructionem & annihilationem, & immortale & incorruptibile significant negationem oppositam, nullam creaturam esse natura sua immortalem & incorruptibilem, sed potius natura sua, ex potentia reali, (passiva) in ipsa existente, esse corruptibilem & mortalem, licet interim Angelum, & anima rationalis respectu creatae potentiae planè si corruptibilis & immortalis, quounque modo incorruptibile & immortale accipiatur. Ita loquitur cap. 2. numero 4. Et infra numero 7. addit., Angelum non esse sua natura immortalem, sed sola gratia DEI, si immortale & incorruptibile referatur ad potentiam DEI conservantis & potestis destruere; idque esse dogma fidei, & contrarium erroris notam mereri. Et rursus numero 17. Esi non licet, inquit, utendo his nominibus, asserere, Angelos, aut animas rationales sua natura mortales esse, aut sua natura non esse immortales; quia nisi aliud explicaretur, significaremus has substantias à creato aliquo agente posse corrumpi; cum additamento tamen dicere debemus, non esse incorruptibiles respectu DEI, sed respectu illius corruptibles, & mortales natura sua; non modo potentia agentis (DEI) verum etiam potentia reali passiva ipsarum, &c. Quare mox etiam concedit, Angelos & animas dici debere natura sua destruibilis & annihilabilis; quia natura sua subduntur potentiae DEI ut possint destrui & annihilari; non autem natura sua indestructibilis; quia nomen hoc negaret, inquit, potentiam ad non esse respectu cuiuscunque agentis, quod est proprium solius DEI. Ita Vazquez.

3 Qui pro hac sententia cap. 2. numero 5. citat etiam Alensem 1. part. questione 4. memb. 3. Bonauenturam in 1. distinct. 8. part. 1. articulo 2. questione 2. Richardum articulo 2. quest. 2. Scotum quest. 5. & in 4. distinct. 49. quest. 6. Ockam in 2. quest. 7. Gabrielem in 2. distinct. 2. quest. 1. articulo 2. conclus. 6. Qui omnes, inquit, pronuntiant omnem creaturam ex se mutabilem esse, non tantum secundum accidentia, sed etiam secundum substantiam, definiendo, idque suapte naturae creature conuenire: quo sensu etiam speciatim Bonaventura & Richardus dicunt, nulli creature eam immutabilitatem, quam ipsi inservitabilitatem (nimirum in nihilum) vocant, conuenire per naturam, sed per gratiam tantum. In contrarium est sancti Thomæ, & communis Thomistarum sententia, ut dicemus. Nos quid tam de re ipsa, quam de modo loquendi sentiamus, sequentibus assertiobibus explicamus.

4 Assertio I. Angeli ex sua natura, hoc habent, ut nulla potentia creata naturali possint corruptibilem destruere. Hæc assertio rem ipsam in primis concernit, ut dictum, & est extra controveriam apud omnes, non solum Scholasticos Doctores; (quicquid Gabriel infra durius haec de relatus sit, ut dicemus) sed etiam SS. Patres. Quamvis enim ut vidimus, nonnulli Angelos fecerint corporeos; & quidam etiam dixerint, natura esse corruptibiles, nullus tamen in ordine ad potentiam seu agens creatum naturale, eos dixit esse corruptibiles, sed solum in ordine & per respectum ad Deum, qui eos potest annihilare.

Imò S. Thomas citat. quest. 50. a. 5. ad 2. nec Platonem quidem in ea fuisse sententia concedit, quasi dixerit, Angelos esse natura sua corruptibiles. Cum enim obiecisset dictum Platonis in Timæo, vbi ita Deum loquentem facit: o Dy Deorum, quorum opifex Paterque ego; Opera siquidem vos mea dissolubilia natura: Id quod à Platone de Angelis dictum videatur. Respondet S. Thomas, Platonem per Deos intelligere corpora celestia, quæ existimabat esse ex elementis composta. Et ideo secundum suam naturam (ex eâ Platonis sententia) erant dissolubilia; & secundum voluntatem DEI, semper conservabantur in esse. Eodemque modo Platonis sententiam retulit & intellexit Aristoteles libro 1. de cœlo tex. 109. & Eusebius Cesariensis libro 1. preparat. Euang. cap. 17.

Neque vero idcirco, quod nonnulli SS. Patres, Angelos existimarent esse corporeos, necessario sentire cogebantur, esse etiam corruptibiles aut dissolubiles natura sua, etiam per respectum ad agens naturale creatum: quia incorruptibilitas naturalis, eti quidem sequatur etiam ex conditione & gradu incorporei, ut dicetur, non tamen ex eo solo, cum etiam substantiae quædam corporeæ sint incorruptibiles, ut de cœlis in dissertatione propria cap. 5. diximus, & rursus, dicetur disp. seq.

Probatur nunc assertio primo ex scriptura, quæ peculiarem quandam perennitatem, tum Angelis, tum cœlis, rebusque celestibus tribuit psal. 148. v. 1. & seqq. Laudate Dominum de cœlo laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes Angelie, laudate eum omnes virtutes eius, &c. Quia ipse dixit & facta sunt; ipse mandauit & creata sunt. Statuit ea in aeternum, & in seculum seculi: præceptum posuit, & non præteribit. Vbi cœlos & Angelos ex ipsa creatione & productione naturali perpetuatam habere significatur. Huc spectant ea scriptura loca, quibus docetur, Angelos esse incorporeos, ut dictum dub. præced. omnique alia creatura superiores, ut dicetur dub. seq.

Secundo idem probatur ex SS. Patribus. Dionysius cap. 4. de diuin. nom. in principio ita loquitur de Angelis: His (diuinæ bonitatis radjis) consenserunt omnes, & qua ratione cernuntur, & qua mente prædicta sunt essentia; atque virtutes & actiones. Horum vi sunt, vitamque habent sempiternam, & qua imminui non potest, ab omni interitu, morte, materia, ortuque solute ac libera; nec in eadis instabilis & fluxa, & qua alias alter fertur mutatione; eademque & ut corpore ac materia vacantes intelliguntur; & ut mentes præstanti modo intelliguntur, &c.

Athanasius quoque tractatu de definit. Angelis, inquit, non dicuntur sine principio; dicuntur autem aeterni; quandoquidem immortales sunt, & aeternum vivunt. Basilius in psal. 44. ait, Angelos perpetuo seruare simplicem, & eandem immutabilem propriam naturam substantiam.

Theodoretus lib. 3. de Diis & Angelis ita scribit: Mortale itaque animal (homo) instrumentum hoc (generationis) habet ad immortalitatem tuendam, sibi a creatori Deo tributum, quo filios ex segignere potest; eaque ob rem mortuorum quidem homini famina & sum necestari.

sarium esse cognoscimus. Angelis vero, quas immortales Deus creauit, fæminæ ille fecis omnino superfluerunt: neque enim augeri propagarie indigent, qui decessere communique non possunt: neque item commissari opus habent, qui corporum sunt expertes. Et Damascenus lib. de decreto & placito, cap. 7. ait: *Quod vacat corpore id rationis est particeps & immortale, ut anima, Angelus, & demon.*

Ex latinis Augustinus libro 12. de ciuit. cap. 15. Angelos vocat *creaturæ immortales*. Et addit: *Quarum immortalitas in tempore nec præterita est, quasi iam non sit; nec futura, quasi nondum sit.* Isidorus quoque lib. 1. sent. cap. 1. *Animæ*, inquit, & *Angelii immortales sunt: sed immutabiles non sunt: ideoque solus Deus dicitur immortalis, quia solus est incommutabilis.* Et Julianus Toletanus libro 1. de orig. hum. mort. cap. 2. tom. 9. Biblioth. dicit, Angelum ita à Deo esse conditum, ut licet peccaret, omnino mori non posset; hominem vero ita, ut si obediens esset, non moreretur, sed Angelicum immortalitas sequeretur. Denique in VI. Synodo act. II. dicitur, *Deum animas & Angelos condidisse immortales & incorruptibiles.* Qui vero ex Pateribus altera quandoque locuti videntur, ad sensum sequentis assertionis intelligendi sunt, ut dicemus.

Tertio idem probatur ratione. Primo, quia Angelii sunt substantiae plane spirituales, incorporeæ, ac simplices, non constantes materia & forma: vt dictum dub. præced. Ergo non possunt naturaliter ab ullo agente naturali corrupti, sive destruci. Consequentia probatur. Tum quia omnis destrucción ab agentibus naturalibus ex eo prouenit, quod in materiam passi inducuntur dispositiones contrariae, & repugnantes formæ in ea materia præexistenti. Tum quia nullum agens naturale per se intendit corruptionem alterius; sed solum per accidens, quatenus ex materia passi conatur producere sibi simile. Vbi ergo nulla est materia receptiva dispositionum contriariorum; aut in potentia existens ad aliam formam, non habet locum naturalis corruptio substancialis ab agentibus naturalibus efficienda. Secundaria ratio sumitur à simili, seu potius à minori ad maius. Nam anima rationalis naturaliter est incorruptibilis, vt constat ex Concilio Lateranensi sub Leone X. scilicet 7. vbi damnantur omnes, afferentes animam esse mortalem: Ergo multo magis id sentiendum est de Angelo, qui natura superior est homine, vt dicetur dub. seq.

Huc etiam spectat duplex ratio sancti Thomæ citat. quæst. 50. art. 5. ex quibus priorem ita format Caïtanus ibidem: omne quod corruptitur, per hoc corruptitur, quod eius forma separatur à materia: Ergo Angeli carentes materia sunt incorruptibiles. Antecedens probatur. Esse conuenientia formæ: Ergo inseparabile est à formâ; Ergo in omni corruptione fit separatio à materia, &c. Sed sane hæc ratio, quicquid in explicatione satagit Caïtanus, non caret difficultate, nisi ad sensum primæ argumentationis nostræ reducatur. Altera ratio est. Quia cuius operatio est ex se æterna, & excedens tempus, sive inde-

pendens à tempore, id etiam sua natura & secundum substantiam est perpetuum sive perenne: sed operatio intellectualis Angeli est ex se æterna, & excedens tempus, ab eoque independens: Ergo, &c. Maior probatur. *Quia cum unumquodque operetur secundum quod est actu, operatione rei indicat modum ipsius esse.* Minor probatur. *Quia species & ratio operationis ex obiecto cognoscitur:* Obiectum autem intelligibile, formaliter ut sic cum sit supra tempus, nec claram scilicet ac immutable, quod non potest aliter se habere, est sempiternum ac perpetuum saltem negative.

Atque ex his colligitur, assertione hanc adeò certam esse, vt quamvis non sit plane, ex fide comperta, tamen certe absque temeritate negari non possit, vt ex communī rectè notauit Gregorius de Valentia quæst. 1. pun. 4. vbi oppositum etiam erroneous vocat.

Assertio II. Nihilominus tamen tam Angelii, quam res quilibet creatæ, perse ac sua natura ita subjiciuntur Deo, ab eoque dependent ut possint ab eo pro arbitratu destrui & in nihilum redigi. Ita omnes etiam Orthodoxi consentiunt; & est de fide, vt notauit non solum Vasquez cit. disp. 182. cap. 2. num. 7. sed etiam Suarez hic lib. 1. cap. 9. num. 5. Et patet ex scriptura Sap. 11. v. 26. *Quomodo autem aliquid posset permanere, nisi tu voluisses; aut quod à te vocatum non es, conseruaretur.*

Idem frequenter docent SS. Patres. Iustinus in lib. quæst. 13; *Quorum immortalitas*, inquit, *ex alterius voluntate pendet, ea immortalia esse non possunt.* Itaque solum D. E. V. M. immortalitatem habere dicimus. Cyrilus Alexandrinus lib. 8. thesauri cap. 2. *Quæ naturæ præcipue insunt, ea respectu creatoris Deinhibuntur.* Quare si ignis combustivus quidem est, sed non D. E. O. (qui nimirum facere potest, vt is non comburatur) sic & Angelus immortalis quidem est, sed non D. E. O. Et in eundem sensum Damascenus lib. 2. fid. Orthod. cap. 13. *Immortalis*, inquit, *Angelus est, non natura, sed gratia; nam omne quod capit, & definire saepè natura potest.*

Et Sophronius in epistola relata Synod. VI. act. 11. & approbata act. 13. de substantijs spiritualibus ita loquitur: *Nullatenus quidem moriuntur, neque corruptiuntur iuxta quod sensibilia defluunt atque pertransiunt: non tamen sunt immortalia per naturam; neque in essentiam incorruptibilem transiunt, sed gratiam eis largitur est, à corruptione ea, & à morte coercentem.* Sic hominum anima permanent incorrupta; sic Angelii immortales perseverant, non naturam revera, sicut assertunt, proprieè immortalem habentes essentiam; sed gratiam à D. E. O. fortiti sunt, quæ immortalitatem largitur, & incorruptionem eis prouides. A quo yti & à Damasco loc. citat. *gratia vocatur ipsum beneficium creationis seu conseruationis à D. E. O. libere continuatum: simul tamen Angelos à nulla causa creata naturaliter corrupti posse eo ipso significatur, quod negatur, eos sicut sensibilia defluere, atque pertransire.* Dicuntur autem immortales non natura, quia non ex vi essentia sua (vti D. E. V. S.) immortales sunt, vt dicetur

dicetur infra assert. 5. Similia habent Cyrillus lib. 2. cont. Julianum & Elias Cretensis in 1. orat. Nazianzeni, & alij.

18 Ratio est manifesta. Qui autem constat ex scriptura citat. Sap. 11. & Act. 17. v. 28. In ipso unius, mouemur, & sumus, & S. Augustino libro 4. in Genes. ad lit. cap. 12. & S. Thoma 1. p. quæst. 9. a. 2. & lumen ipsum naturale conuinicet, res creataria intrinseca pendet, à positivo eoque liberum conservantur, & quasi continuo producentis influxu, ut si Deus eum suspenderet & cohiberet, mox in nihilum redigerentur omnia; idque rebus existentibus non, quasi accidentariè tantum, sed ex natura sua ac necessario conuenit: Ergo verè dicimus, etiam Angelos per se ac natura ita subiici Deo, & ab eo dependere, ut possint ab eo quoquis momento destrui, & in nihilum redigi; si mirum ipse, ut absolute potest, liberum concussum velit subtrahere. Accedit, quod de nullius rei creatæ essentia est existentia; quæ proinde quantum est ex eorum essentia, possunt & que non esse, sicut olim non erant, ac esse: Ergo ad omnipotentiam Dei pertinet, posse eas in nihilum redigere, etiam postquam semel creatae & productæ sunt.

19 Assertio III. Non tamen ideo Angeli, aut animæ rationales potentiam realem & intrinsecam habent, qua desinunt, aut à Deo destrui possint; sed solam non repugnantiam; quare nec desinere possunt per intrinsecam potentiam realem, sed per solam extrinsecam potentiam Dei; supposita ad hoc ex parte creaturarum sola non repugnantia. Ita expresse S. Thomas, Caietanus, Ferrariensis, alijque Thomista & Doctores, quos pro assert. 5. citabimus; Idque ex instituto tuerit Suarez libro 1. cap. 9. numero 6. contra Vasquez loco citat. cuius hac in re sententia videtur singularis, nec antiquioribus Scholasticis cognita; è quibus eti nonnulli dicant, nullas res creatas natura sua in ordine ad Deum, esse immortales aut incorruptibles, nusquam tamen videntur eiusmodi potentiam intrinsecam realem ad eam desitionem creaturis tribuere.

20 Probatur assertio. Quia omnis potentia realis intrinseca, vel est activa, vel passiva, ut patet: neutram autem habent Angeli ad non esse: Ergo. Non actiua, ut agnoscit ipse Vasquez: quia Angelus nihil potest agere, ut scilicet destruet; sicut nec per villam potentiam destruere scilicet naturaliter potest ex assert. 1. Nec passiuam. Quia potentia passiva realis, hoc ipso quod realis est, per se non est ad non esse, sed ad esse aliud incompossibile cum praecedenti: quare etiam adueniente nouo esse seu termino, non destruitur ea potentia passiva, sed permanet, ut haberetur etiam ex sancto Thoma citat. quæstione 9. articulo 2. at vero potentia Angeli ad annihilationem, non est ad aliquod esse, ut patet; nec verò quicquam remanet reale ex parte Angeli, adueniente seu præsente ipso termino annihilationis; cum terminus iste sit ipsum Nihil Angeli. Ergo impossibile est, ut sit in Angelo, aut villa alia creaturæ potentia

passiva realis intrinseca, per quam annihilatur, ut dixit Vasquez.

Et quia tamen nihilominus tam Angelus, quam substantia creata quælibet à Deo annihilari potest, necesse est, ut saltem habeat aliquam non repugnantiam ad eam desitionem: sicut reuera nulla ratione, aut villa sui parte Angelus, aut villa substantia creata, DEO repugnare & obstatere potest, quo minus ab eo annihilatur.

Et confirmatur. Quia talem habet potentiam Angelus, aut alia creata substantia, ad nihil esse per annihilationem, qualem ante productionem habebat ad esse per creationem, siue ad hoc, ut à Deo immediate produci & creari posset, ut fatetur etiam Vasquez cap. 3. numero 14. sed ad hoc etiam habebat solam non repugnantiam; non autem villam potentiam realem intrinsecam; siquidem talem prius habere non potest, quam si; cum tamen esse possibile, seu potentia quasi passiva ad esse presupponatur antea eius productionem, imo etiam secundum rationem, ante conceptum diuinæ potentiae ad eam producendam, ut suuo loco dictum disputat. 2. q. 11. dub. 3.

Quare ipsemet etiam Vasquez cap. 2. numero 10. ait, hanc potentiam, quam ipse realem vocat, esse solum non repugnantiam; quæ dicitur etiam non inepte vocatur logica, non physica; sicut etiam citat. numero 14. possibilitatem rei ad existendum, item in non implicativa contradictionis, vocat logicam quidem potentiam, sed realem: quæ tamen quomodo inter se cohaerent non video.

Assertio IV. Sed & actualis destrutio, seu annihilation repugnat aliquo modo naturæ & inclinationi naturali ipsius Angelii; ac proinde perpetuas ac necessitas essendi est illi aliquo modo naturalis. Ita contra Vasquez loc. cit. docent Suarez loco citat. item sanctus Thomas, Caietanus, & alij mox citandi pro assertione sequente. Probatur & declaratur. Primum, quia Angeli destrui non possunt, nisi per annihilationem & subtractionem diuini concursus: at vero repugnat aliquo modo naturis rerum, ipsorumque adeo Angelorum, subtractione eiusmodi influxus diuini conservantis; quandoquidem eis naturaliter quodammodo debitus est; sicut omni cause secundæ agenti proportionatus concursus DEI. Quare ipsemet etiam Vasquez cit. disp. 182. cap. 3. num. 13. fatetur, annihilationem esse contraria rei, ut existens.

Secundo Angelus & res quælibet habet naturalem quodammodo appetitum & inclinationem ad hoc, ut non annihiletur, quod maximum in Angelo cernitur, qui postquam semel est, etiam appetitu elicito, natura sua utique consentaneo, appetit perpetuo esse & conservari. In quo discriben est inter inclinationem ad esse rei, antequam res sit, & inclinationem ad esse, postquam semel producta est; illa enim non potest esse realis, sed solum obiectiva, & quedam non repugnantia, hoc ipso, quod est rei nondum existentis, hæc autem est realis & rei insita.

Tertio

26 Tertio. Sicut igni naturale est calefacere præsente passo; & contra seu præter naturam ignis, si quando DEVS ad calefacientum suum illi concussum subtrahat: ita etiam Angelo postquam semel exiit, naturale est perpetuo esse, ac proinde contra ac præter naturam foret, si quando DEVS influxum suum conseruatuum illi denegaret. Vtitur hoc exemplo etiam Cyrillus citatus assertio. 2.

27 Dices, Angelinatura sua habent non repugniantiam, vt à Deo annihilentur: Ergo perpetuitas non potest illis esse naturalis. Respondeo cum Suarez citat. cap. 10. num. 7. negando consequentiam, quia hæc duo inter se non pugnant, siquidem non repugniantia conuenit Angelo præcisè secundum Esse essentiæ, quia vt sic indifferens est ad esse & non esse: at vero connaturalitas essendi perpetuo coherentili ex hypothesi existentia, adeoq; vt actu existenti: Sic enim sibi sua natura deposita perpetuitatem.

28 Assertio V. Recte proinde Angeli sua natura dicuntur incorruptibles, immortales, & indissolubiles, adeoque perpetui; corruptibiles autem, seu dissolubiles, & destruibilis solum extrinseci; scilicet non per potentiam passiuam realem, quæ in ipsis sit, sed per actiua potentiam DEI; quæ sicut producti sunt, ita etiam annihilari possunt. Hæc est assertio principalis in hac quæstione, quam in primis tradit Sanct. Thomas hic question. 9. artic. 2. vbi ait: *Sicut in potentia Creatoris fuit, ut res essent, antequam essent in seipso, ita in potentia creatoris est, postquam sunt in seipso; ut non sunt. Sic igitur per potentiam, quæ est in altero, scilicet in Deo, sunt mutabiles, in quantum ab ipso ex nihilo potuerunt produci in esse, & de esse possunt reduci in non esse.* Et infra: *Substantie incorporeæ, quia sunt ipsæ forme subsistentes, quæ tamen se habent ad esse ipsarum, sicut potentia ad actum, non compatiuntur secum privationem huius actus: quia esse consequitur formam, & nihil corrupti, nisi per hoc, quod amittit formam. Vnde in ipsa forma non est potentia ad non esse: & ideo huiusmodi substantia sunt immutabiles & invariabiles secundum esse.*

29 Idem non minus perspicue repetit Sanct. Thomas hic question. 50. articu. 5. vbi ait: *Necesse est dicere, Angelos secundum suam naturam esse incorruptibles. Et mox: Impossibile est, inquit, quod eius substantia sit corruptibili. Et rursus: Ipsa immaterialitas Angelis, inquit, est ratio, quare Angelus est incorruptibilis secundum suam naturam.* Et in fine corp. *Vnde omnis substantia intellectus est incorruptibilis secundum suam naturam.* Et resp. ad 3. cum in argumento illatum fuisset, *Cum Angelis jn̄ à Deo facti, videtur, quod sint corruptibiles secundum suam naturam.* Responderet ipse: *Dicendum, quod quoddam necessarium est, quod haber causam sue necessitatis. Vnde non repugnat necessario, nec incorruptibili, quod esse eius dependeat ab alio, sicut a causa. Per hoc ergo, quod dicitur, quod omnia deciderent in nihilum, nisi continebentur à DEO, & etiam Angelis, non datur intelligi, quod in Angelis sit aliquod corruptionis principium; sed quod esse Angelis dependeat à Deo, sicut à causa. Non autem dicitur aliiquid esse corruptibile, per hoc, quod Deus posse illud in non esse redigere, subtrahendo suam*

conseruationem, sed per hoc, quod in seipso aliquod principium corruptionis habet, vel contrarietatem, vel saltem potentiam materia. Ita S. Thomas.

Quibus verbis quatuor ad propositum diserte assertit. 1. Angelum, & omnem substantiam intellectualem (scilicet incorporam) esse secundum suam naturam incorruptibilem. 2. Esseens necessarium. 3. Destruiri quidem à Deo posse, sed non per principium seu potentiam realiter intrinsecam, sed per extrinsecam potentiam DEI. 4. Corruptibile absolute aliquid dici, non ex eo, quod Deus illud sua potentia in nihilo posset redigere, sed per hoc, quod in seipso principium corruptionis habeat. Neque vero Sanct. Thomas præcie facit vim in vocula *Incorraptibilis*, prout solam destructionem physicam, remanente eodem communione subiecto, significat; sed loquitur absolute etiam de substantiali destructione rei; & ideo priori loco dicit, huiusmodi substantias esse immutabiles, & invariabiles secundum esse; cum tamen ibidem paulo antea dixisset, esse hoc modo mutabiles per potentiam Dei: quod de propria corruptione physica nullo modo dici potest; quia implicat contradictionem, vt ab ipso etiam DEO ita corrupti, vt recte Suarez citat. cap. 9. num. 4. & agnoscit etiam Vasquez cap. 4. num. 16. & velex ipsis terminis patet. Quia de causa etiam in assertione vñus sum voce *indissolubilis* seu *indestructibilis*. &c.

Eandem doctrinam habet Sanct. Thomas lib. 2. cont. gent. cap. 30. & 55. quam ex instituto etiam tuerint Ferrariensis ibidem, Petrus Bergomas in concordant. dub. 122. Caietanus citat. quæstione nona articulo secundo. Suarez citat. cap. 9. & sequitur Durandus in 1. distin. 8. pun. 1. quæstion. 3. Et Gregorius de Valentia hic quæstione prim. pun. 4. vbi ait, *Angelos natura sua esse incorruptibles, et si non omnino ex fide compertum est, tamen existimatur à Theologis ferme certum ex fide.* &c. Sed hæc censura ad rem ipsam, iuxta sensum assertionis 1. non ad modum loquendi pertinet.

Ratio sumitur, tum ex dictis assert. 3. & 4. Quia in Angelis non est potentia realis & intrinseca ad destinationem, & naturalis est illis perpetuitas. Tum quia vt optime citat. articulo quinto dixit Sanct. Thomas, corruptibilis seu mutabilis secundum substantiam absolute non diciturres, per respectum ad diuinam potentiam, à qua destrui & annihilari potest, sed quia in seipso habet aliquod principium corruptionis seu mutationis substantialis; quale tamen in Angelis nullum est.

Neque contrarium sentiunt SS. Patres; licet enim aliquando dicant, Angelos sua natura non esse perpetuos, sed defectibiles. &c. vt retulimus assertione secunda. id tamen solum eo sensu dicunt, quia Angelos non habet hoc ex se, & ex via sua essentiæ, sine influxu DEI quasi gratuito, vt perpetuo duret; licet supposito ordinario & quasi debito influxu, quem sua natura sibi quasi depositit, perpetuo duret, vt bene declarat Suarez citat cap. 10. mem. 4. Quare alli Patres absolute pro-

nuntiant, Angelos esse immortales & incorruptibles, traslert. i. retulimus.

34 **Affirmatio VI.** Recte etiam Angeli, aliaque eiusmodi entia natura sua perpetua seu incorruptibilia, dicuntur entia necessaria. Ita Sanctus Thomas citat. quæst. 50. articulo quinto, & 2. cont. genit. cap. 30. & 55. & quæstion. 5. de potentia, Caietanus, Ferrariensis, Bergomas, Gregorius de Valentia locis supra citatis & Suarez cap. decimo, numero. o. statuo, qui tamen addit, non esse tribuendam eam, voculam creaturis, sine additione aliqua, que verum sensum declareret, V. G. quantum est ex se, & ex suis principiis intrinsecis, vel negatiue non positiue &c. quod tamen per se non existimo esse necessarium; quia sensus falsus facile excluditur ex ipsa subiecta materia, vt alii citati sentiunt & loquuntur.

35 Contrarium tamen docent Scotus in 1. distin. 8. quæstione quinta, articulo secundo, & in 4. distin. 49. quæst. 6. Ockam in 2. quæst. 13. & Gabriel in 2. dist. 2. quæst. 1. articu. 2. concl. 6. qui durius etiam loquitur, quod Angelus non magis determinet sibi ex se esse perpetuum, quam substantia corruptibilis: quem loquendi modum merito etiam reprehendit Gregorius de Valentia loc. citat.

Ratio assertoris est. Quia Ens necessarium non solum dicitur illud, cui absolute & secundum essentiam repugnat non esse, vt est Deus: sed etiam cui supposita semel existentia, sua natura repugnat non esse; quod verum esse de Angelis constat ex assert. 4. & 5.

36 **Affirmatio VII.** Non tamen absolute dicendum, nec verum est, Angelum sua natura à Deo indissolubilem, seu inannihilabilem, vel etiam incorruptibilem esse; et si vero aliquo sensu dici possit, non esse natura sua defectibilem, vel corruptibilem, vel annihilabilem, etiam respectu Dei. Prior in partem à fortiori tradit Vasquez citat. capit. secundo, numero septimo, ex communis, ubi id etiam vult esse dogma fidei, tametsi terminis paulo generalioribus vtratur. Ratio est. Quia qui hoc modo loquitur, absolute significat, à Deo destrui, vel corrumpi, seu annihilari non posse, sive quod idem est, non ita secundum suam naturam subici Deo, vt ab eo destrui possit; quod esse falsum & erroneum patet ex assertione secunda.

Secundam partem à potiori tradit Suarez capit. decimo, numero quinto, ubi contra Vasquez paulo antea citatum, defendit hanc propositionem, Angelum esse natura sua indestructibilem, etiam respectu Dei; & paulo inferius idem dicit de voce inannihilabilem. Quia hoc modo loquendi, inquit, solum significatur, quod talis annihilationio non possit esse secundum naturam Angeli, nec ex interna potentia reali, aut inclinatione eius: sicut lapis dici non potest natura sua mobilis sursum etiam respectu Dei. Sed equidem nolim hoc sensu relata ex Suarez propositionem tueri; quia hoc modo etiam priores propositiones, in assertione reiectæ, ad mittendæ forent, diversa autem est ratio aliarum propositionum, quas ibidem probauimus.

38 Unde noto, aliud esse, cum dicitur aliquid non posse secundum suam naturam dissolui à Deo, ita ut negatio directe afficiat solum voculam secun-

dum naturam; aliud, aliquid sua natura esse indissolubile à Deo, ita ut negatio directe neget dissolubilitatem etiam respectu D E I. Prior enim locutione solum negatur, eiusmodi dissolutionem posse esse secundum naturam rei; posteriori simpliciter negatur, rem eius esse natura, ut possit disolu: sicut etiam in allato exemplo recte dicitur, Lapis non est secundum naturam mobilis sursum etiam à Deo, non tamen meo iudicio absolute recte dicereatur, Lapis sua natura est immobilis sursum à D E O, ob dictam rationem.

Ita ergo non recte absolute dici existimo, Angelum sua natura esse inannihilabilem, seu indissolubilem, etiam respectu Dei: sed solum non esse natura sua defectibilem, vel corruptibilem, vel dissolubilem, vel annihilabilem à Deo, ob dictam rationem.

Dices. Angelus natura sua ita subiicitur Deo, ut ab eo possit annihilari ex assertione secunda. Ergo est secundum naturam suam annihilabilem à Deo. Respondeo, negando consequentiam; quia varia appellatio. Nam in antecedente, vocula *natura*, *sua* appellat verbum subiici, quod significat veram, realem, & intrinsecam dependentiam à D E O, ob quam fit, ut ab eo etiam possit annihilari: in conclusione autem appellat etiam, ut ita dicam, ipsam receptionem annihilationis; quasi ea secundum naturam Angeli esse possit; quod est falsum.

39 **40** **Affirmatio VIII.** Angelus simpliciter & absolute loquendo, dicendus est immortalis, & incorruptibilis, non autem, inconuertibilis, aut inannihilabilis. Prior pars est Sanct. Thomæ, & aliorum, quos pro assertione quinta citauimus, & sumimus ex SS. Patribus, quos pro assertione prima citauimus: neque negatur à Bonaventura, & alii, quos pro se citat Vasquez; imo nec ipse quidem eam negat numero 16. & 17. Ratio est. Quia ex locutione proprie solum negatur defectibilitas ex via causalium naturalium: quo sensu etiam in citato Concilio Lateranensi sub Leone X. absolute negatur, animam esse mortalem: hoc est, quæ per mortem hominis, seu ex via separationis a corpore, corrumpatur. Quo sensu ira absolute immortalis est, vt nec respectu quidem Dei mortalis dici possit, vt bene Suarez capit. decimo, numero secundo.

41 Secundam partem tradunt Bonaventura, & Richardus locis supra citatis, & sequuntur non solum Vasquez, sed etiam Suarez citat. cap. decimo numero tertio. Ratio est. Quia sicut *conuertibilem* (scilicet in nihilum) & *annihilabilem* esse, proprie & ex sua ratione non discuntur de realitate, nisi per respectum ad D E V M, qui solus potest substantiam aliquam annihilare, & in nihilum conuertere; ita etiam *inconuertibilem* & *inannihilabilem* esse non dicuntur de re, nisi per respectum ad eundem D E V M: at vero per respectum ad D E V M falsum est, Angelum esse inannihilabilem, aut inconuertibilem, vt dictum assertio, præcedent. Ergo etiam falsum est, simpliciter & absolute loquendo, Angelum esse inannihilabilem, seu inconuertibilem in nihilum.

nihilum. Et vniuersim, quando negatur potentia ad defectionem in Angelo, caendum, ne vel ex vivis, aut ratione alicuius particula addita, significetur, nec à Deo quidem destrui vel dissolui posse. Quare licet absolute recte dici possit, Angelum sua natura esse indefectibilem ex assert. 5. non tamen absolute recte diceretur, esse *indefectibilem omnino*, seu *omni ex parte*, nisi addatur aliqua explicatio, V. G. per naturalem corruptionem, seu ab aegente naturali, &c. iuxta ea, quæ de hac re differit etiam Suarez cap. 10 num. 4.

42 Arque ex his non solum facile soluuntur argumenta Vasquez, quæ contra propositam doctrinam præcipue assert. 5. obiicit, sed simul etiam magna ex parte conciliari posunt inter se non solum SS. Patres, sed etiam Scholastici veteres in principio adducti; licet nonnunquam diuersimode hac de re loquantur, ut vidimus. Certe de ipsa nulla est controværsia, sed solum de modo loquendi; in quo tamen ipso nihil est consultius, quam vt S. Thomæ vestigii insistatur, quæ nostræ sententiae patrum habemus, ut vidimus.

D V B I V M IV.

Utrum Angeli non tantum sint substantiae intelligentes, sed etiam tum natura sua, tum quo ad vim intelligendi homine superiores.

S. Thom. I. p. q. 5 d. a. 1.

1 **A**ngelos esse substantias intelligentes, tam eti quidem ex instituto hactenus non probauimus, colligitur tamen ex iis, quæ de notione Angelorum eiusque existentia dub. 1. dicta sunt. Est enim hoc prædicatum adeo cum ipsa notione Angelorum coniunctum, ut hæc sine eo vix possit concipi & explicari. Quare omnibus etiam propœlocis Scripturæ, ex quibus probatur, Angelos esse, simul etiam probatur, eos esse substantias intelligentes: maxime vero cum eis tribuuntur ea actiones, quæ non nisi naturæ intelligenti conuenire possunt, ut sunt visio, laus, & benedictio Dei; item custodia hominum, obseruatio, & transgressio diuina legis, adeoque peccatum, meritum & demeritum, sive damnatio. Quo spectat illud Matth. 18. vers. 10. *Angeli eorum in celis semper vident faciem Patris mei.* Item illud 2. Pet. 2. vers. 4. *Angelis peccantibus non pepercit Deus.* &c. Ex quibus proinde locis plane, deinde est, Angelos esse tum liberi arbitrii, tum naturæ intelligentis, ut recte etiam Suarez hic lib. I. cap. 1. quando peccatum sine vi intelligendi, & libero arbitrio esse nullo modo potest, ut suu loco in 1. 2. docetur.

2 Quare cum S. Bernardus lib. 5. de Confid. cap. 4. ait: *Angelos intellectu prædictos esse, non fide, non opinione, sed intellectu capimus: quia non possunt huius expertes, Dei simul participes esse;* non negat hoc etiam fide credi; sed non capi, hoc est, euidenter co-

gnoscere fidei; cum tamen intellectu, seu vi ratiocinandi capiatur, & quodammodo euidenter, dum consequentiæ & ratiocinatiæ euidenti, ex fidei principiis, atque ex variis etiam experimentis, ut luperius dictum, deducitur.

Hoc igitur cum certum sit, controuersum tamen est aliquo modo, utrum Angeli, tum natura sua, tum etiam quoad vim intelligendi, sint homine superiores. Quæ in re fuit lententia Francisci Georgii in harmonia mundi tom. 6. sect. 1. cap. 32. homines non solum gratia (quod de quibusdam verissimum est) sed etiam potentia & natura Angelos superare; falso nixus fundamento, quasi gratia semper naturæ proportionetur. Quam sententiam refert & ex instituto refellit Ioannes Arboreus lib. 1. Theosoph. cap. 2. Et fauent huic sententiae ex parte Reuelationes, quæ sub nomine B. Amadei scriptæ circumferuntur; in quibus post reuelationem 8. ferm. 6. dicitur, *demones aliquos ita rudes esse, ut lingam ad loquendum mouentesciant, & hos (in scriptura) dici mutos: alios non intelligere omnem sermonem; & dicti surdos. &c. nec esse omnes tam alti ingenii, ut homines putant. &c.* Quo spectat, quod Trithemius lib. octauo. quæstione quinta, dicit: *nos omnes demones esse intelligentia pares; sed aliquos adeo hebetes & vecordes esse, ut gladios meruant, & virgas, ut retulimus dub. præcedent.* Sed vera sententia sequentibus assertionibus continetur.

4 **A**ssertio I. Angelii natura sua & gradu essentia sunt perfectiores & excellentiores homini. Ita cum Magistro in 2. distin. 3. & Sanct. Thoma hic quæstion. 50. artic. 1. omnes Scholastici; & constat ex dictis dub. 2. vbi probauimus, Angelos esse substantias plane incorporeas & spirituales; cum tamen homo constet corpore, ideoque sit substantia corporea: cum ergo ratio & gradus entis incorporei & spiritualis sit multo excellentior, quam ratio entis corporei, necesse est, ut substantia penitus spiritualis, sit nobilior & excellentior substantia corporea, sive quæ pro aliqua sui parte constet corpore. Plura assert. sequentibus.

5 **A**ssertio II. Angelii etiam quoad naturalem potentiam, seu vim intelligendi, sunt nobiliores & excellentiores hominem. Ita communis apud citatos: & sequitur ex assertione præcedenti. Potentia enim naturales per se ac ex suo genere sequuntur esse naturale seu essentiale ipsum.; cum ergo Angelii, secundum essentiam, habeant gradum naturæ intelligentis altorem & excellentiorem, sequitur, etiam potentiam intelligendi in Angelo esse ex se ac suo genere excellentiorem: ita saltem, ut vis ipsa intelligendi in actu primo præstantior sit in Angelo, quam in homine, quæ quidem nec in malis Angelis sublata vel extincta est, ut dicetur quæstion. 6.

6 **A**ssertio III. Angelii igitur absolute loquendo, secundum naturam suam sunt aliquid quasi medium inter Deum & hominem, præstantiores quidem homine, ut dictum, sed inferiores Deo, ut patet. Ita iidem. Et colligitur ex dictis. Quibus accedit scriptura, qua simul omnes tres assertiones posita probantur & confirmantur. Psalm. 8. v. 8.

de homine dicitur, *Minuisti eum paulominus ab Angelis*, vt legit non solum vulgata versio sed etiam Interpretes LXX, & Hebrei communiter expoununt, imo etiam Paulus ipse Hebreor. 2. vers. 7. ita retulit & intellexit, tametsi in textu Hebraico habeatur vocula *Elshim*, quæ alias solet DEV M significare; vii etiam in citato Psalmi loco vertit Hieronymus. Nihilominus enim ea ipsa vocalia, etiam Angelos in scriptura significat, Psalm. 96. vers. octauo. *Alorate eum omnes Angel eius*. Nec obstat, quod Apostolus loc. citat ea verba de Christo solum expositio, cum sit quodammodo allegoria, aut certe literalis, primariaquidem, non tamen proxima, & quasi immediata, non excludit sensum illum, vt generatim de homine intelligatur; de quo etiam cætera psalmi verba loquuntur, vt communiter quoque Interpretes, & SS. Patres intellexerunt.

Huc spectantia loca scripturae, in quibus potestas Angelica supra humanam exaggeratur. Iob. 41. vers. 24. de Satana dicitur; *Non est super terram potestas, qua comparetur ei*. Et 2. Pet. 2. vers. vndecimo. *sectas* (haereticorum) non metuant introducere; *vbi Angeli fortitudine, & virtute cum suis maiores, non portant aduersum se execrabile iudicium*. Quo spectat etiam illud Ephes. sexto, vers. duodecimo. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem; sed aduersus Principes & Potestates*. &c. Vbi dæmonis potestas extollitur, supra omnem potestatem corpoream, constantium carne & sanguine. Atque hæc loca cum de diabolo loquantur, maiorem vim habent; quia non possunt intelligi de potentia aliqua supernaturali, seu extraordinaria diuino munere ei concessa, qualis Angelis bonis alioqui communicari solet; sed solum de naturali, qualis ei à natura insita est, quæ vt suo loco dicetur, per peccatum non est destrueta.

8 Idem probatur auctoritate SS. Patrum; è quibus ex instituto Sanctus Dionysius de diuini, nom. cap. quarto & à capitulo quarto coel. hierarch. prolixè de Angelorum excellentia disserit. Et Augustinus tractat. 10 in Iohann. *Tanto damnableius, inquit, iudicata est (Angelorum) culpa, quanto erat natura sublimior*. Et libr. vndecimo de ciuit. capit. quinto. *Angelica natura, inquit, omnia cetera, quæ Deus condidit, naturæ dignitate praecedit*. In quem sensum etiam alii Patres loquuntur. His accendunt experimenta varia diabolicae potentiae in Energumenis, & in magis ac maleficiis; è quibus apparet, dæmones humanas vires longe superare.

9 Ad id vero, quod Trithemius in contrarium obiiciebat, iam responsum est dub. secundo. Mutuero & surdi spiritus in scriptura dicuntur, non quia in obfessis corporibus nequeant formare voices, aut intelligere, sed quia loquela vel auditum hominis obfessi impediunt. Cum enim Angeli omnes sint substantia intelligentes, nec intellectio corpore adharente aut operatione corpora per se impediatur, certenegar non potest, nulli dæmonum, etiam si corpora obfisit, intellectio rerum eiusmodi notissimarum ac facillimarum; vt neque vis sonum articulatum edendi; qui so-

la motione vocalis instrumenti aerisque effici potest.

Solum adhuc obisci potest Augustinus, qui in variis locis, homines secundum naturam æquare Angelis videtur. Nam in libr. de quantitat. anim. cap. 34. ait: *Quemadmodum fatendum est, animam humanam non esse DEV M, ita præsumendum, nihil inter omnia, quæ crevit, Deo esse propinquum*. Et infra dicit, *diquid esse determinata anima hominie, scilicet animam brui, aliquid par, vt Angelum, melius autem nihil*. Et libro tertio de lib. arbit. capitulo vndecimo dicit, *animas rationales superioribus potestatis esse officio impares, natura vero pares*. Et lib. 83. qq. quaest. 54. *Nihil est, inquit, melius rationali anima, nisi Deus*.

Et diserte libr. tertio cont. Maxim. capit. 25. Quod autem, inquit, tibi videatur nihil magnum de Deo Patre dici, si forma serui maiorem, quæ maiores videntur & Angelis non recte cogitas, quem locum in rebus habeat humana natura, quæ condita est ad imaginem DEI. Maiores Angelis dici possunt homine, quia maiores sunt hominis corpore, maiores sunt anime; sed infirmi, quem peccati originalis merito corruptibile agrauat corpus. *Natura vero humana, qualiter naturam C H R I S T U S humanae mentis assumpsit, quæ nullo peccato potius depravans, solum maior est DEV S*. &c.

Accedit ad hæc etiam Sanctus Bernardus libro quinto de consid. cap. tertio vbi ait: *Spiritus est DEV S: sunt & Angelis; & hi supra te. Sed Deus natura, Angelis gratia superiores sunt. Unum sequendum tui, & Angelis, optimum, ratio est DEV S* vero non sibi aliiquid optimum habet; *unum optimum totus*.

Respondeo, hæc loca fane difficultate non carere; que fortassis ex eo principio originem sumplerunt, quod utique tam Augustinus, quam Bernardus, Angelos una ex parte corporeos constituerunt. Sed quia tamen Sanctus Augustinus tam diserte alibi, vt dictum, Angelos quoad naturam hominem superiores fecit, piè explicari possunt & debent, vt notauerit etiam Suarez hic libro primo capitulo numero decimo, cui tam certum fuit, Angelos homine superiores esse; quoad naturam, vt hoc attributum etiam in ipsa Angelis notione includi existimaret.

Ad primum igitur & secundum locum Augustini dico, intelligendum esse, homines & Angelos esse inter se pares, ac proximos Deo, secundum gradum & genus naturæ intellectus: nullus enim gradus alius ab eo diuersus proprius accedit ad Deum; quanquam nihilominus intra latitudinem huius ipsius gradus magna sit differentia inter Angelos & homines.

Ad tertium locum ex qq. 83. respondeo, Augustinum eo loco per animam intelligere spiritum etiam Angelicum. In quem sensum eum locum exposuit & retractavit lib. 1. Retract. cap. 26. cum ait: *Vbi dixi; quod omni anima melius, id Deum dicimus, magis dici debuit, omni creato spiritu melius*.

Ad quartum locum dico, Augustinum seipsum expli.

explicare; non enim loquitur de natura humana secundum se præcise, sed excellentibus gratiæ dotiis instructa, qualis in Christo fuit: qua ratione verissimum est, naturam humanam (nempe in Christo, & B. Virgine &c.) superiorum esse omnibus Angelis, soloque Deo inferiorum. Alias si secundum te, & suam præcise naturam spectetur homo, agnoscit ibidem Augustinus, Angelum esse superiorum, cum ait: *Maiores sunt animo (humano) sed in firmo.*

¹⁵ Ad locum Bernardi respondeo, eum itidem loqui de homine & Angelo comparatis præcise secundum gradum & rationem genericam naturæ, sive substantia intelligentis; quo modo inter se pares sunt, ut dictum, cum tamen in genere gratiæ homo peccator, seu peccatis obnoxius, de quo ibidem loquitur Bernardus, multo sit inferior Angelo.

DVBIVM V.

Quot sint ordines & hierarchie Angelorum: & an, ac quæ ratione Angelii inter se specie ac numero differant.

S. Thom. I. p. q. 50. a. 4. & q. 108. aa. 8.

Quod ad primam huius dubitationis partem attingit; Notandum est primo, ex S. Dionysio cap. 6. ecclesiis Hierarchiæ, & S. Gregorio homil. 34. in Euang. & communi Scholasticorum, cum Magistro in 2. dist. 9. & S. Thoma hic q. 50. artic. 4. & ex instituto quaest. 108. artic. 1. tres esse hierarchias, hoc est, quasi sanctas principales aries sive exercitus Angelorum; quarum uniuersaque rursum in tres ordines sive choros diuiditur, ita ut sint uerum nouem Angelorum chori sive ordines. Verba S. Dionysii loco cit. sunt haec: *Quot sint, & qui, celestium naturarum ordines, & quemadmodum eorum hierarchie conseruentur, solum eorum diuinum Principem certo scire iudico; & præterea eos nosse vim suam, atque illustrationes, sacramique suam & celestem descriptionem. Nos enim celestium mentium mysteria, sanctissimæque eorum perfectiones intelligere non possumus, nisi forte ea contendant aliquis nos intelligere, quan nos per eos, ut qui sua præclare cognitabebant, diuinitas docuit. Itaque nihil nos impulsu viisque nostra dicimus. Quæ autem Angelorum uisa & formas sancti Theologi contemplati sunt, & cognoverunt, eos, quadevis fieri potest, expoenimus.*

Etmox rem aggrediens: [Omnis, inquit, quæ de Deo diuinis rebus differit ratio & scientia (*nimirum sacræ Theologia*), omnes celestes naturas novem nominibus appellavit. Has diuinitates sacrorum initiator, in tres terniones distribuit atque distinxit: ac primum vult esse eorum, qui semper Deum circumstant, & quibus hoc datum est, ut cum eo toto animo, & præ ceteris nulla re interiecta coniungantur. Nam & sanctissimos Thronos, & quæ multos oculos, & quæ multas alas habent, Cherubim & Seraphim, Hebraeorum sermone vocata, quam proxime Deum circumstare, scriptis di-

uinis proditum esse dicit. Hanc igitur, quæ ex tribus constat distinctionem, ut unam ac eiusdem generis, ac vere primam Hierarchiam clarissimus Præceptor noster tradidit; quæ non est altera diuinior, & quæ in primis diuinitatis in agendo illustratioibus sit intercallo, maiori studio occupatur. Alteram esse dicit eam, quam Potestates, Dominationes, Virtutesque explant. Tertiæ in extremitate cœlestibus hierarchiis Angelorum, Archangelorum, Principatumque descriptionem.] Ita Sanct. Dionysius, ex versione Periöni, eademque plane ordinum dispositio habet hoc loco apud alios interpres Dionysii, speciatim in pataphrasi græca Pachymeris, & in versione Latina Ambrosii Camaldulensis, & aliorum apud Dionysium Carthasianum commentum in Dionysium, & cōsentit editio recens græcolatina nuper à Léscio edita: vbi Græce legitur: διενέγκαν δὲ τοὺς Φησί, τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ κυριοτήτων, καὶ διάμεσον σύμπλαγχεύειν. Etsi fatendum, cum ceteros quidem ordines hoc loco retulerit Sanct. Dionysius, ascendendo ab inferioribus ad superiores, in secunda tamen hierarchia hoc non obliterasse; dum Dominationes refert arce. Virtutes; cuius contrarium in hac dispositione faciendum fuisset, patebit ex notatione sequenti.

Illud modo hic obseruandum, distinctionem eiusmodi nouem ordinum, habere præclarum fundatum in ipsa scriptura; in qua singulorum fit mentio, nimirum *Seraphim* Iai. 6. vers. 2. & 6. *Cherubim* Genes. 3. vers. 24. & Ezech. 1. v. 26. *Thronorum* Colos. 1. vers. 16. *Dominationem*, *Virtutem*, *Potestatum*, & *Principatum*. Ephes. 1. vers. 21. *Archangelorum* 1. Thessal. 4. vers. 15. & in epist. Iudeæ, vers. 9. *Angelorum*. Rom. 8. v. 38. & 1. Pet. 3. v. 22. Quosfit, ut nomen *Angeli* in hac materia tribus modis dicatur, primo generaliter & substancialiter, pro omnibus substantiis eiusmodi incorporeis: Secundo strictè, pro illis duobus *Angeli*, qui sunt in infimo ordine; qui commune nomen omnium sibi quodammodo proprie vendicant: tertio, late quidem, sed accidentaliter, propter nomen officii, nimirum Legati sive Nuncii diuini significat; ex quo cuncte dénum ordines sit alioquin hic Angelus, ut colligitur etiam ex Sanct. Gregorio loco citat. Ex quibus denique patet, impudenter magis, quam scite scripsisse Caluinum lib. 1. Instit. cap. 14. sect. 4. Relinqua effila, quæ ab omnibus oculis de Angelorum natura, ordinib[us], multitudine, absq[ue] Dei verbo traduntur.

Notandum secundo; cum inter omnes certum & extra controversiam sit, tres illes quas diximus hierarchias, secundum dignitatis ordinem, ita inter se esse coordinatas, quemadmodum ex Sanct. Dionysio resiliunt; nonnullam tamen esse diueritatem, inter Dionysium & Gregorium, quoad dispositionem duorum ordinum sive chororum, nimirum *Virtutum* & *Principatum*. Siquidem iuxta Dionysium cap. 7. 8. & 9. hac est ordinum dispositio, ut in prima quidem hierarchia primo loco collocentur *Seraphim*; secundo seu medio *Cherubim*, tertio *Throni*: in secunda vero hierarchia, primo *Dominationes*, secundo *Virtutes*, tertio *Potestates*: in tertia hierarchia, primo *Princi-*

patus, secundo Archangeli, tertio Angelis; quemadmodum notauit etiam Sanct. Thomas cit. quest. 108. artic. 6. argument. sed contra, & ex Dionysio refert etiam & sequitur Damascenus lib. 2. cap. 3. At vero Gregorius citat. homil. 34. in prima quidem hierarchia cum S. Dionysio prorsus consentit; at vero in secunda & tertia hierarchia non nihil, quoad supra dictos duos ordines, dissentit. In secunda enim hierarchia constituit ipse primo loco Dominationes, secundo Principatus, tertio Potestates; in tertia hierarchia primo loco Virtutes, secundo Archangeli, tertio Angelos. Itaque Dionysius collocat Virtutes sub Dominationibus, & supra Potestates in secunda hierarchia; Principatus autem sub Potestatibus & supra Archangeli, in tertia hierarchia. Gregorius autem statuit. Principatus in medio Dominationum & Potestatum, in secundahierarchia; Virtutes vero in medio Potestatum & Archangelorum in tertia hierarchia.

Quam varietatem referens S. Thomas cit. quest. 108. articulo sexto, non resolut, quid absolute sentiendam sit, sed solum dicit, utramque dispositionem habere & congruitatem, seu rationem conuenientiam, & nonnullum fundatum in Apostolo; qui medios ordines, inquit, ascendendo enumerans, dicit Ephes. 1. vers. 21. quod Deus constituit illum (scilicet Christum) ad dexteram suam in caelis, supra omnem Principatum, & Potestatum, & Virtutem, & Dominationem. Propter Virtutem ponit inter Potestatum & Dominationem secundum assignationem Dionysii. sed ad Colof. 1. vers. 16. enumerans eosdem ordines descendendo, dicit: Quoniam in ipso condita sunt universa in celis, & in terra; visibilia & invisibilia; suis Teriori, seu Dominationes, seu Principatus, seu Potestates; omnia per ipsum, & in ipso creata sunt. Propter Principatus ponit medios inter Dominationes & Potestates, secundum assignationem Gregorii. Ita Sanct. Thomas. Neque sane de hac re quicquam certi potest statui; praesertim quando etiam in communione punctione Missae, ubi ordines nonnulli Angelorum commemorantur, nulla, ut apparet, certa dispositionis seu collocationis habetur ratio. Si quidem post Angelos, ascendendo primo loco referuntur Dominationes, secundo Potestates, tertio Virtutes, quibus denique subiunguntur Seraphim; cum tamen tres illi-mediis ordines hoc ordine immediate seu descendendo, seu ascendendo, neque apud Dionysium, neque apud Gregorium collocentur. Sed nec ex officio de Angelis, aut ex Scriptura sacra, aut ex aliis Patribus (qui ipsi inter se passim variant) quicquam certi constitui potest; ut pluribus persequitur Suarez lib. 1. cap. 13.

6 Nihilominus absolute loquendo, quia praecipua quedam hac in re est autoritas Sanct. Dionysii, & scholastici communiter ipsius dispositionem sequuntur, ut videre est apud Magistrum cit. distinct. 9. & Gregorium de Valentia hic quæstione prim. pun. 3. & Suarez loc. citat. numer. 15. ubi concludit: Licet in variis locis forte Dionysius diversimode illos ordines recensuerit, non semper rigore ordinem perfectionis seruans; quod in aliis Patribus, & in officio Angelorum, quod Ecclesia recitat, &

in Paulo ipso observaro licet; nihilominus quod ad rem attinet, ex capit. octavo cap. hier. esse evidens, Dionysium ordine superius proposito illos tres ordines declarasse.

Ceterum in hac serie illud equidem sepe admirari solitus sum, cur ex communi omnium sententia Seraphim collocentur ante Cherubim; cum tamen haec scientia seu intellectus ex suo genere sit praestantior voluntate. Attungit hoc Sanct. Thomas citat. quæstion. 108. articul. 6. ad 3. & respondet, Inferiorum quidem cognitionem preminere dilectionem (nimis rurorundem;) superiorum autem dilectionem, & præcipue Dei, preminere cognitionem. Sed quia hinc consequens foret, Visionem DEI, esse ignobiliora actum, dilectione eiusdem, quod est contra Sanct. Thomam in multis locis, idcirco malum respondere, Seraphim contingeri omnem, immo maiorem perfectionem intelligendi, quam habent Cherubim; & insuper addere insignem quandam affectus excellentiam, à qua sortituntur nomen, non quod ex suo genere hæc maior sit, quam proportionata perfectio scientie; sed quia haec in terris maior & melior est dilectio, quam scientia, iuxta Apostolum 1. Corinth. 13.

Tertio notandum, ex fide quidem certum esse, in his ipsis ordinibus Angelorum, alios quidem esse officio & dignitate superiores; alios inferiores; id enim satis manifeste colligitur, ex vitroque loco Apostoli Superioris citato, ut recte notauit Gregorius de Valentia citat. quæstion. 1. pun. 3. attamen quod ratione particulatum hierarchia ipsa, & in singulari quicque ordines inter se differant, & quodnam proprium vniuersi cuiusque ordinis sit in ordine ad Deum, sit in ordine ad gubernationem vniuersi, sit officium, seu quæ cuiusque superioris ordinis supra inferiorum specialis sit ratio prærogativa & excellentia, ille solus nouit, qui fecit & instituit Deus, vt initio ex S. Dionysio retulimus. Bene has dicit Augustinus contra Priscilian. cap. 11. Effe haque sedes, alt, Dominationes, Principatus, & Potestates, in celis apparibus firmissime credo, & differe inter se aliquid, indubitate fide teneo: sed quanam ipsa sit, & quid inter se differant, nescio. Differunt tamen nihilominus hæc de re probabiliter, eti non vndeque consentienter, tum Dionysius, & Gregorius locis citatis; tum Sanct. Thomas cit. quest. 108. articulo sexto, quæ apud ipsos videri possunt, & breuiter referuntur a Gregorio de Valentia cit. quæstione prim. pun. tertio, & plenius explicantur a Suarez citat. cap. 13. Summa est, quod superma Hierarchia per se non est destinata ad ministrandum, sed ad assistendum D. E. O. Secunda ad ministrandum per modum imperii & directionis. Tertia ad ministrandum per executio-

9 nem. &c.

Multo vero minus constat, quod ad nostrum propositum attinet, an & quæ ratione eiusmodi distinctione hierarchiarum & ordinum desumpta sit etiam ex quadam diversitate substantiali & essentiali Angelorum: quod proinde præsuppositis illis, quæ haec tenus notauimus, in præsenti nobis est investigandum; iuxta posteriorem partem huius dubitationis, quæ querimus, An & qua-

ratione Angeli inter se specie ac numero differantur; de qua re varia sunt Doctorum sententiae. Aliqui enim simpliciter negant, esse inter Angelos ullam distinctionem specificam, seu essentialem. Aliqui putant, omnes Angelos specie differre. Alij medium tenuerunt sententiam, ut dicimus. Nos nostram sententiam sequentibus assertionibus breuerter explicamus.

Affertio I. Non est certum, inter Angelos re ipsa esse distinctionem specificam seu essentialem; immo hoc a nonnullis non planè improbabiliter negatur. Ita Valquez disputatione 181. capite 3. Suarez Metaph. disputatione trigesima quinta, sectione tertia. Probatur & declaratur affertio. Primo quia ex Scriptura nihil certi has de re potest concludi, ut agnoscit etiam Suarez libro primo capite duodecimo numero quinto. Tametsi enim ex ea confitit esse aliquam varietatem inter Angelos, quod dignitatis & excellentiarum ordinem, & officiorum gradus, ut ex dictis constat; non tamen inde certò conficitur aliqua distinctione naturarum, siue secundum essentiam; sicutidem ea, quæ de illa varietate graduum referuntur, explicari possent per solam diuersitatem donorum gratiæ, siue dignationis diuinæ, accommodata ad propriam cuiusque dispositionem; sicut inter homines ipsos vero similius est, alios ad alios Angelorum chorous eleuari, pro diuersitate meritorum, iuxta S. Thomam ques. 108. artic. 8.

Secundum quod ad Sanctos Patres attinet, tamum abest, ut ex illis diuersitas specifica seu essentiialis evincatur, ut porius oppositum non pansi satius aperte tradant; vt post Vasquez capite 2. refert etiam, & agnoscit Suarez libro 1. capite duodecimo. Basilius enim libro tertio contra Eunomium ait: *Angeli omnes, sicut appellationis unius, ita eiusdem nature sunt inter se.* Et addit, licet sint disparates in dignitate & principatu non ideo naturam alteram habere. Gregorius Nyssenus de opificiis homin. capite 17. dicit, *Angelos ad infinita propter misericordiam effusos, ut una natura, & multi esse numero possint.* Et in libro de oratione dom. circa illa verba, *Piat voluntas tua, de natura angelica, & humana, tanquam de duabus essentiis & speciebus loquitur.*

Et Athanasius orat. in illud, *Omnia mihi tradita sunt, circa finem ait: Angeli quoque inter se generatio ratione, & cetera omnia cognata sunt, & eiusdem nature.* Eten questionibus ad Antiochum ques. 7. vel 3. dicit, *demonem ab Angelo essentia non differre, sed voluntate; sicut boni & mali hominis animus inter se differt.* Et rursus ques. 8. alias 4. *Vna, inquit, & eadem est essentia Angelorum, sicut etiam una tantum est essentia hominum.* Et mox subiungit: *Ordines vero, sicut nultum valens in Theologia Dionysius inquit, sunt novem: Angeli, Archangeli, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, sex alii alata Seraphim, multo oculis ornata Cherubini, & Throni.*

Aperit etiam Damascenus libro decret. & placit capite primo. *Vniuersi quisque species, inquit, una est natura; & omnium Angelorum una est natura, & omnium hominum, &c.* Et capite septimo intelligendum est ea, quæ sola individualis continent, species infinitas vocari, cuiusmodi est *Angelus, homo, & e-*

quis, &c. Et eodem capite ait: *Incorpoream essentiam appello animum, Angelum, demonem; vnumquodque eorum istorum species est infinita.* Vbi tamen Damascenus indicat, saltem demonem ab Angelis species differre, quod per se verum non esse, constabit ex questione sexta. Denique Anselmus libro secundo, *Cur Deus homo?* capite vigesimo primo dicit, *Angelos esse eiusdem naturæ; licet non sint eiusdem generis.* (scilicet per generationem propagati) sicut *homines: nec enim sunt omnes Angelii de uno Angelo, sicut omnes homines de homine.*

Tertiud quod ad Scholasticos Doctores attrinet; neque ipsi quidem in hoc consentiunt, Angelos quodam inter se specie sua essentialem differre. Negant enim hoc Guilielmus Parisiensis antiquus & grauius Theologus, in libro de Vniuerso 1. part. secundæ partis, per multa capitula, item Albertus Magnus in summ. 2. part. tract. 2. questione octaua, & Bonaventura idem tanquam probabilius tuetur in 2. distinct. 9. articulo primo, questione prima. Marsilius quoque in 2. questione tertia, articulo primo, & Argentina in 2. distinctione tertia questione secunda articulo tertio sententiam magis communem esse, omnes Angelos, aut plures, esse eiusdem speciei.

Quartud consulendo etiam lumen naturale, difficile videtur, assignare rationem, cum spiritualis substantia in gradu sit distincta, rationalem scilicet sive discursuū; & intellectualem seu intellectuum absque discursu, cur in illo ex communiori, nequeat esse diuersitas specifica & essentialem; in hoc possit. Difficile etiam intelligitur, cum Angelis in attributis omnibus, & potentiis, speciatim intellectu & voluntate, atque etiam in modo operandi conueniant non minus, ut appareat, quam homines ipsi inter se, quomodo nihilominus inter se species differre possint: præsertim quando in Scriptura, & apud Sanctos Patres, tam multa aliqui de Angelis traduntur; neque tamen nobis vel de una inter eos differentia specifica constat. Denique tametsi inter Angelos alij alij intelligendi perspicuitate præsent, nihil tamen videtur obstat, quando haec differentia solum est secundum magis & minus, quin id fieri possit, etiam salua essentiæ unitate, ob solam differentiam individualis perfectionis: quemadmodum Suarez capite decimo quarto, Vasquez loc. cit. & alij id etiam in anima rationali, circa homines contingere, non planè improbabiliter sentiuntur. Verum est igitur, quod de hac fe scriptus Damascenus libro secundo de fide capite tertio. *Ac de essentia quidem, aequalis natura inter se, an dispares sint, haudquaquam competitum habemus.* Solus ille scit, qui eos creauit DEVS, quique omnia perficit, & explorata habet. In quem sensum loquitur etiam Augustinus libro contra Originalistas & Priscillianistas ad Orofium capite vndecimo.

Assertio II. Probabilius tamen videtur, non modo per absolutam DEI potentiam posse esse, sed etiam re ipsa inter Angelos esse aliquam differentiam essentialem & specificam. Ita habet communis Scholasticorum sententia, quam speciatim tradunt Sanctus Thomas hic question. 50.

art. 4. Caietanus ibidem, & cap. 4. de ente & essentia q. 7. Petrus Bergomas concord. dub. 115. & Heruæus in 2. dist. 3. q. 2. a. 2. qui etiam sentiunt, nec posse quidem Angelos inter se solo numero differre; quamuis S. Thomam sentiunt Suarez capite. 15. & Thomistæ recentiores, solum de potentia Dei ordinaria fuisse locutum. Alij vero quamuis concedant, posse etiam solo numero differre, simul tamen docent, aut aliquos, aut omnes, inter se differre etiam specie. Ita sensit olim S. Thomas opusc. 16. cont. Averroïstas in solut. argum. & constanter docent. Egidius quodlib. 2. q. 7. Alensis 2. p. q. 20. memb. 6. a. 1. & 2. Gabrielius 2. dist. 3. q. 1. a. 2. Argentina in 2. dist. 3. q. 2. art. 2. Richardus a. 5. q. 1. Aureolus in 2. dist. 9. q. 3. Carthusianus q. 3. Marsilius in 2. q. 3. a. 1. & ex Thomistis Capreolus in 2. dist. 3. q. 1. a. 3. Ferrariensis lib. 2. cont. gent. cap. 93. & communiter recentiores. Bannes, Zumel, Ripa, item Molinacit. q. 50. art. 4. Gregorius de Valentia hic q. 1. punct. 3. Suarez Metaph. disput. 3. 5. sect. 3. & hic lib. 1. cap. 12. Vasquez cit. disp. 181. capite 3.

17 Probatur assertio. Tum quia hoc magis videtur consentaneum Scripturæ, & quibusdam modis loquendi SS. Patrum. Ut quando dicunt, Luciferum, tuisse perfectiore etiam quoad naturalia, ceteris Angelis; ut videre est Ezech. 28. & 31. sive secundum sensum mysticum, sive secundum sensum literalem quasi secundarium. Item quando Patres dicunt, Angelos receperis gratiam iuxta proportionem naturalium, ut dicetur quæst. 6. Tum quia non potest demonstrari, id implicare contradictionem; eoque posito, ad perfectionem maiorem vniuersi, & demonstrandam Maiestatis diuinæ magnitudinem, conuenientius erat, ut re ipsa plures eiusmodi Angelorum velut Aulicorum ac Ministrorum diuinorum species ad seruitium Dei paratae existarent.

18 Nec est eadem ratio Angeli, quæ animæ rationalis. Nam hæc est forma incompleta & ultimata vnius infinitæ speciei, scilicet hominis. At vero Angelus seu Spiritus est immediata species constituta sub genere substantiæ incorporeæ, ex æquo una cum gradu substantiæ corporeæ diuidentis genus substantiæ. Sic ergo sub genere substantiæ corporeæ sunt plures species, vt patet, ita verisimile est, etiam sub genere substantiæ incorporeæ, ex æquo diuidentis idem genus substantiæ, ut dictum, esse possibiles plures species. Deinde similitudo attributorum, perfectionum, & modi operandi, non conuincit esse major in Angelis, quam in brutis; quorum ultimas & essentiales differentias non magis se ferè perspectas habemus, quam Angelorum. Solum hæc difference inter utrosque est, quod in illis accidentium magna quædam diuersitas in ipsis sensibus incurrit, ex qua distinctionem specificam rectè colligimus; cum tamen Angelicum Esse & accidentia à sensibus & humana cognitione longè sint remotiora: nisi quod ex Scriptura & Patribus nouissimus, magnam inter eos esse quoad gradum & dignitatem diuersitatem; quæ ipsa ad diuersitatem quoque naturæ rectissimè refertur, ut ex communī docet S. Thomas q. 108. a. 4. & inferius dicemus.

19 Assertio III. Possunt tamen, secundum absolutam Dei potentiam, Angeli inter se solo numero dif-

ferre. Ita docent Durandus in 2. dist. 3. q. 3. Scotus in 2. dist. 3. q. 7. item Albertus, Richardus, Argentina, Bonaventura, Alensis, Gabriel, Carthusianus, Marsilius, Aureolus, Gregorius de Valentia, Vasquez locis citatis, Suarez hic cap. 15. & ex Thomistis Ferrariensis, Capreolus, aliquique recentiores citati, & ipsi semet S. Thomas cit. opusc. 16. contra Caietanum & Heruæum loc. cit. Et verò contrarium fuisse olim in articulis Parisiensibus damnatum, refert Richardus, & ipsi semet Heruæus.

20 Probatur assertio sufficienter hæc vnicata ratione. Quia nulla in hac re potest ostendti implicatio contradictionis; vt patet ex refutatione argumentorum contrariorum, quæ assumunt falsa principia; nimirum I. Quod materia sit solum & ad eum primum principium intrinsecum distinctionis numericae, etiam in substantiis spiritualibus; quod suo loco in Metaphysica refellitur; & nec Aristoteles quidem forte sensit; quicquid de substantiis corporeis & materialibus dixerit, vt annotat Vasquez disp. 181. cap. 3. II. Quod cum Angelus secundum substantiam sit forma simplex, & non compositus ex pluribus entitatibus, sicut est rectè realiter distinctionis, non possit ab altero differre nisi formaliter sive essentialiter; quod in anima rationali manifestè falsum conuincit. Quod si assumatur, Angelum esse ita simplicem, vt nec admittat compositionem rationis, ex natura & differentia individuante, petitur principium, & falsum assumitur ex dictis dub. 4. III. Quod cum Angelus sit forma abstracta, & per se substantia, necessario habeat totam perfectionem possibilem suæ speciei, non solum essentialē, sed etiam individualem, quod nulla ratione potest probari; & argumento item animæ rationalis falsum conuincit. Quare etiam S. Thomas cit. opusc. 16. §. vlt. contra Averroem ait: Valde ruderiter argumentatur, ad stendendum, quod Deus facere non potest, quod sive nulli intellectus in semel speciei, credendo hoc implicare contradictionem.

21 Assertio IV. Sed & verius est, etiam secundum Dei potentiam ordinariam, & consentaneam naturis rerum, fieri posse, vt Angeli inter se solo numero differant. Ita docent Alensis, Albertus, Richardus, Bonaventura, Scotus, Durandus, Aureolus, Argentina, Gabriel, Carthusianus, Marsilius, Gregorius de Valentia, Suarez, Vasquez locis citatis, & ex Thomistis Ferrariensis, contra Egidium, Heruæum, Capreolum, Caietanum, & vt appareat, contra S. Thomam hic q. 51. art. 4 & Thomistæ recentiores ibidem: Hæc assertio optimè probatur à Scoto, Durando, & Suarez cit. cap. 15. à num. 6.

22 Ratio breviter est. Quia supponitur ex parte rerum aliarum, nullam esse repugnantiam, quo minus re ipsa sint plures Angeli: sicut aliquo modo natura rerum respuit plures soles, ne nimio ardore omniantabescant, &c. Sed nec ex parte ipsorum Angelorum villam esse repugnantiam, ita probatur. Si enim in Angelis secundum suam naturam spectatis est possibile principium substantiale intrinsecum, quo inter se solo numero distinguatur, tunc etiam secundum potentiam Dei ordinariam, & consentaneam ipsorum naturæ, possunt solo numero distinguui, vt videtur ex terminis constare: sed verum est antecedens. Minor hæc probatur. Quia non possent etiam secun-

secundum absolutam Dei potentiam, inter se solo numero distingui, nisi possibile esset in illis principiis eiusmodi distinctiuum substantiale & intrinsecum: sicut nec per absolutam Dei potentiam esse possent, nisi per se ac sua natura essent possibles. Nihil enim potest ab altero numero differre, nisi per substantiale & intrinsecum principium distinctiuum, veluti per causam formalē intrinsecam; quam Deus supplerere non potest, dando scilicet effectum formalem intrinsecum, sine causa formalē intrinseca: & aperte impossibile est, ut natura aliqua per aliquid supernaturale seu praternaturale substantiali numero differat ab altero; quia hoc ipso quod supernaturale aut praternaturale est, non potest esse nisi accidentale rei, supponens ipsum rei substantiam: Ergo impossibile est, ut per hoc substantialiter, ad eoque numero substantiali ab alio differat. Ergo cum perabsolutam potentiam Angelī solo numero differre possint, necessario presupponit in ipsius principiis eiusmodi distinctiūm substantiale intrinsecum, non quidē actu existō, sed possibile.

²³ Et confirmatur assertio. Quia si Deus re ipsa simul crearet duos Angelos, tunc tam naturalis esset creatio vtriusque Angelī, quam vniuersiūque illorum; & vniuersiūque illorum creatio, tam esset naturalis, quam si solus crearetur; non enim maior esset potest ratio, cur creatio vnius potius esset naturalis, quam alterius; nec idcirco in altero, vel utroque illorum plus minusue; aut quiequam supra, aut praeter naturam illorum esset faciendum à Deo. In quem sensum recte etiam dixit Durandus loco citato, numero quinto. *Quando effectus dependet solum ex una causa, tota posibilitas vel impossibilitas illius effectus dependet ex conditione & posibilitate cause.* Entitas autem Angelorum, & per consequens unitas, & pluralitas, immediatè & solum dependet à causa prima. Et ideo tota posibilitas unitatis & pluralitatis Angelorum una specie arguenda est ex natura potentiae divinae. Potentia autem divina se extendit ad omne illud, quod non implicat contradictionem.

²⁴ Assertio V. Valde etiam probabile est, re ipsa Angelos quosdam solo numero inter se differre. Ita habet communior Scholasticorum sententia; quam tuerunt Alesensis, Albertus, Bonaventura, Scotus, Gabriel, Durandus, Marsilius, Aureolus, & ex recentioribus Gregorius de Valentia, Molina, Suarez locis citatis; nec dissentit Vasquez, eti rem dubiam & incertam esse pronuntiet. Contrarium tamen sentiunt cum Sancto Thoma, Capreolus, Heruæus, Caietanus, & omnes Thomistæ locis citatis, excepto Ferrariensi lœc. cit. dum ait, *Fortasse de facto sunt in una specie plures; licet nobis causa distinctionis illorum non sit manifesta.*

²⁵ Probatur assertio. Tum quia multi SS. Patres aperte ita sentiunt, ut vidimus; neque negant alii. Tum quia supposita possibilite iam antea probata, conuenientius id erat; non solum ex parte Dei, vt in sua aula haberet plures ministros eiusdem ordinis & conditionis; sed etiam ex parte ipsorum Angelorum, vt haberent singuli plures suæ speciei; cum quibus maiori quadam familiaritate & societate, coniungerentur; imo etiam ex parte vniuersi, ad cuius pulchritudinem maiorem spectat, esse plura, in qualibet specie individua, præsertim si ea essent.

semperna; & per se à Deo intēta; ut de Angelis, præsertim electis, dubitare non licet, ex Sancto Thoma 1. p. quaest. 23. articulo 7. Tum quia multi ex Angelis eidem officio in huius vniuersi gubernatione præsumt, ut videtur est in custodia hominum singularium; item in colorum motu, &c. quod ordinarie, & per se loquendo, multo fit conuenientius ab eiusdem specie Angelis. Tum quia verius est, ex corporibus etiam coelestibus quadam solo numero differre, ut dicetur disp. seq. & ex parte etiam agnoscit Suarez cit. cap. 15. num. 19. Tum quia non erat conueniens, ut tota species Angelicæ perirent & damnarentur, quot Angelii ceciderunt: imo magis consentaneum erat bonitati diuinæ, & perfectioni totius chori beatorum, ut ex singulis speciebus aliqui saluerentur. Denique multitudo individualium eiusdem speciei non repugnat multiplicationi specificæ; poterat igitur Deus non obstante illa identitate specificæ quotundam individualium, nihilominus multiplicare species Angelorum suo arbitrio: idque ut faceret, ad pleniorē diuinæ potentie ac Maiestatis perfectionem pertinebat.

²⁶ Nec verum est, multitudinem individualium eiusdem speciei, solum esse propter bonum speciei conservandum; ut videtur est non solum in corporibus coelestibus, sed etiam in ipsi hominibus, qui per sead gloriam magno numero creati & electi sunt, iuxta S. Thomam cit. quaest. 23. a. 7. Ex quibus etiam patet solutio ad rationes in contrarium.

Assertio VI. Tametsi præcisè determinati nulla ratione possit, quinam autem Angeli solo numero differantur; aut quænam etiam, vel quot sint species Angelorum; probabilius tamen videtur, non solum tres Hierarchias, sed etiam ordines ipsos cuiusque hierarchiæ specie inter se differre. Ita docet S. Thomas hic cit. q. 50. a. 4. & tota eius schola ibidem; idem cum Magistro in 2. dist. 9. frequentius docent alij Theologi, speciatim Richardus a. 2. q. 4. Gabriel quaest. 1. art. 2. Alesensis, Scotus, Durandus, locis cit. Suarez lib. 1. cap. 14.

²⁷ Ratio est. Tum quia hoc significant nonnulli SS. Patres, speciatim Dionysius cap. 5. cœl. hierar. Gregorius Nazianzenus orat. 34. Chrysostomus homil. 2. de Incomprehens Dei, & Isidorus lib. 1. de sum. bono capite 10. tametsi de hac re dubioquantur idem Gregorius Nazianzenus orat. 45. de sanct. baptis. & Damascenus libro 2. cap. 3. Tum quia alias explicari non ita facile posset, quomodo secundum proportionem naturalis perfectionis, dona gratiæ & gloriæ inter Angelos sufficiunt distributa; cum sola individualis perfectionis diversitas in hominibus hac in re non attendatur. Tum quia supposita possibilite distinctionis specificæ, ad maiorem perfectionem vniuersi spectabat, eam re ipsa inter Angelos existere; nec vero ea distinctione vllis maiori ratione tribuitur, quam qui aliund tanto inter se interuallo dissidere noseuntur.

²⁸ Assertio VII. Sed & probabilius est, non omnes etiam eiusdem ordinis Angelos esse eiusdem speciei infimæ. Ita cum Sancto Thoma & Thomistarum Schola Henricus quolib. 7. q. 8. Carthusianus in 2. dist. 9. q. 5. Suarez cit. cap. 14. num. 13. & fuit Richardus in 2. dist. 9. a. 2. quaest. 4. Ratio est.

Quia

Quia cum sint tot species rerum inferiorum, non est verisimile, nouem tantum species in supremo gradu naturae intelligentes & incorporeæ, multo magis ad perfectionem vniuersi spectante, & à Deo authore vniuersi in primis intento, fusis productas. Accedit, quod etiam Dionysius cap. 10. cœl. hierarch, in quoquoque ordine distinxit insuper tres quasi classes Angelorum, nimirum primos, medios, & infimos: quanquam neque ad hunc præcisè numerum contrahenda videtur distinctio specifica Angelorum, vt bene Suarez num. 14. ob dictam superius rationem.

30 Arque ex his colligitur primò, naturam Angelii continere sub se non tantum plures species infimas, sed etiam species plures subalternas, seu genera media, in quibus Angelie eiusdem v.g. hierarchia, vel etiam ordinis, immediate conueniant, & per qua simul etiam distinguantur ab Angelis alterius hierarchiae vel ordinis, ut cum Henrico cit. quodlib. 7. q. 8. Alenf. 2. p. q. 20. memb. 6. art. 1. Vdalrico libro 4 sum. docet Suarez cap. 14. num. 8. & fuit non nihil S. Thomas q. 108. & quest. 50. artic. 4. ad 1. item Richardus in 2. dist. 9. art. 2. q. 4. & Marsilius in 2. q. 3. a. 1. & alij cum Magistro in 2. dist. 9. et si contrarium fentient Albertus in tract. de quatuorcoevis 1. p. q. 5. art. 2. 2. & in sum. 2. p. tract. 2. q. 8. item author opule 42. apud S. Thomam cap. 5. Durandus in 2. dist. 3. q. 1. & fer. Aegidius in 2. dist. 3. quest. 2. art. 4. ac Bannes 1. p. q. 56. art. 2. dub. 2. Ratio est. Quia tui certa quædam conuenientia sub genere bruti arguit conuenientiam in certo genere seu specie subalterna, puta aquatilis, volatilis, vel terrestris; ita etiam de Angelis probabilius fentientur; cum præserium compositio ex genere & differentia non sit realis, sed tantum rationis; ideoque facile in quodvis ente huius compositionis capace multiplicari possit.

31 Colligitur secundò, distinctionem hierarchiarum & ordinem, fundamentaliter quidem esse à natura, eaque ratione etiam ab initio productionis fusse in Angelis, & nunc permanere in demonibus: ut cum S. Thomas cit. q. 108. art. 4. & Alehi in 2. quest. 20. m. 6. Magistro in 2. dist. 9. communis habet Doctorum sententia: at vero completere & formaliter esse ex donis gratia, tum sanctificantis, tum etiam gratis data; per quæ accommodare, & secundum proportionem ad ipsam naturæ cuiusque excellentiam, ad diuersos gradus officiorum, seu ministeriorum diuinitus fuerunt destinati. In quem sensum intelligi possunt quidam Patres hac de re dubie loquentes. Ut Gregorius Nazianzenus orat. 40. de sanct. bapt. vbi dubitat, utrum pro cl. suis suis ordinis, ratione splendor ei impertiatur; an potius pro diuina illuminatione modo, hanc vel illam sedem accipiat. Et Damascenus lib. 2. cap. 3. dicit, ordines differre in splendoris diuino: sive pro splendoris portione sedes uniuersique constituta sit; sive contra pro sedis classique sive discrimine splendoris participes sint, aliisque alios ob ordinem naturæ que praestantiam illi habent, &c. Ea vero destinatio executiue & in actu secundo primi facta est, finita Angelorum via, incipiente iam statu gloriae.

32 Neque ea distinctio quod diuersas eiusmodi dignitates officiorum cessabit post diem iudicii, nisi quoad executionem actualem ministeriorum erga-

hoc vniuersum; & fortasse etiam quoad nouas illuminationes & revelationes, vt docet S. Thomas q. 108. a. 7. Et quamvis ex hominibus prædestinatis assumantur à Deo, vel assumi possint aliqui, ad omnes Angelorum ordines, quoad gradum & statum, gratia sanctificantis & gloriae; non tamen vel quoad naturæ dignitatem, vt patet; neque quoad ministeria & officia, que Angeli erga Ecclesiæ seu vniuersum hoc obeunt, iuxta ea, quæ de hac re docet S. Thomas quest. 108. art. 8. & pluribus persegitur Suarez cap. 14. à num. 15.

D V B I V M VI.

De multititudine Angelorum; & speciatim de septem Angelis, qui astare dicuntur coram Deo.

S. Thomas 1. p. q. 50. 2. 3.

32 Ermo est de multititudine numerica Angelorum, vniuersum; sive ij simul etiam inter se specie differant; sive non; de qua reactum dubio precedenti. Ea vero multitudo considerari potest, aut absolute & secundum se; aut comparate, sive per comparationem ad res alias. De vitroque brevi tangentium.

Affirmatio I. Numerus certus Angelorum absolute & in particulari definiri nullo modo potest, Ita communis omnium Theologorum cum S. Thoma hic quest. 50. a. 3. & Magistro in 2. dist. 9. quicquid nonnulli definite dixerint, esse centum, vel trecenta, aut sexcenta millia millium, vt refertur in notatione quadam marginali apud Aegidium in 2. dist. 3. q. 2. a. 2. dub. 3. & quicquid etiam Aristoteles (de quo plura affert. seq.) dixerit. Ratio est. Quia nullum, planè est principium, ex quo vel probabili etiam ratione deducatur definitus eiusmodi Angelorum numerus: cum Angeline neque propter celorum motus solum, aut primario creati sint; neque ex Scriptura, aut Patribus, aut alia quavis ratione quicquid definitè colligi possit. Licet enim Scriptura ministrorum Dei, sive celestium Spirituum, & Angelorum numerum aliquem determinatum subinde videatur assignare; tamen sub eo nec malos spiritus comprehendit; nec eundem semper determinatum numerum bonorum Spirituum assignat, sed varium; vt vel hinc manifestum sit, numerum certum pro incerto positum fusse, vt magis patet assert. seq.

Affirmatio II. Est tamen numerus Angelorum plenè ingens & secundum aestimationem humana, quasi innumerus. Ita Theologi omnes locis citatis, contra Aristotelem, lib. 12. Metaph. cap. 7. & 8. vbi docet, Intelligentias solum esse quadragesimam, pro numero orbium celestium; quam sententiam fecutus est etiam Rabbi Moyses, vt refert S. Thomas quest. 50. art. 3. Sed & Auenencia apud Baconem in 2. d. 11. penitus negasse fertur multitudinem Angelorum. Sed patet assertio ex Scriptura ac SS. Patribus, Iob. 25. v. 3. iuxta communem & planam interpretationem de Angelis dicitur: *Nunquid est numerus militum eius?* Daniel 7. v. 10. *Milia millium ministrabant ei,* & decies milles centena millia assistebant ei. Apocal. 5. v. 11. *Et erat numerus eorum mil-*

lia mil-

lia millium. Matth. 26. v. 53. Exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones Angelorum. Quibus locis de Angelis solum bonis sermo est: quibus si mali adiiciantur, necessario augebitur numerus.

Ex Patribus Sanctus Diouſius cap. 14. ccl. hiernarch. cum dixisset, ordines cœlestium naturarum (nempe Angelorum) à nobis numerari non posse; subiungit: *Muli enim sunt beati cœlestium mentium exercitus, qui in firmum & contractum numerorum corporeorum, quibus utimur, modum saperant & transiunt, atque scilicet definuntur a sola carum summa cœlestique intelligentia, & scientia. Vbi proinde sermo est de numeris naturalibus sive corporis, non ex parte rerū numeratarum, sed ex parte hominum numerantium, vt recte notauit Vasquez disputatione 180. capite 2. & bene defendit Suarez lib. I. cap. 11. cont. Ripam. Eodem modo Angelorum numerum esse quodammodo respectu nostri infinitum, aut innumerabilem, docent Irenæus lib. 2. c. 6. Gregorius Nyssenus lib. de hominis opific. c. 17. Gregorius lib. 17. Moral. c. 9. vel 7. Anselmus in Apocal. 5.*

Quibus accedit optima ratio S. Thomæ cit. q. 50. art. 3. Ad perfectionem enim totius vniuersi pertinet, vt quo substantia que sunt perfectiores, eò maiori excessu sint à Deo creatae; sive excessus ille sit secundum magnitudinem corpoream, vt in corporibus cœlestibus accidit; que in comparabilius quæ secundum magnitudinem excedunt corpora inferiora & corruptibilia; cum tota sphaera actiorum & passionum, sive corruptibilem corporum, sit aliquid dantazat modicum respectu corporum cœlestium: sive sit excessus secundum numerum seu multitudinem, loquendo de substantijs incorporeis, quæ eum sint incapaces corporeæ extensionis & magnitudinis, necesse est, vt earum excessus in multitudine cernatur. Cum ergo Angeli sint substantiae immateriales, quæ ratione generi superant res corporeas, recte colligitur, eas maximo numero esse creatas; ita vt secundum multitudinem excedant substantias materiales quasi incomparabilius. Quam rationem velut optimam congruentiam contra Durandum recte defendit Caïetanus eod. artic. 3. & Gregorius de Valentia quæst. 1. punct. 3.

Sed & Aristotelem in meliorem partem explicant & defendunt Eugubinus lib. 4. perenn. Phil. Suarez disp. Metaph. 35. sec. 1. Valquez disp. 180. c. 1. vt numerum eo loco solum locutus sit Aristoteles de Intelligentijs motricibus; cum tamen idem Aristoteles lib. 1. de celo cap. 9. text. 99. dicat, extra cœlum seu supra verticem illius, esse substantias separatas, beatam vitam degentes.

Affirmatio III. Absolutè maior est Angelorum etiam bonorum numerus, quam hominum. Ita docent S. Thomas cit. a. 3. Caïetanus, & Thomistæ ibidem, Gregorius de Valentia quæst. 1. punct. 3. & ex probabilius Vasquez disp. 180. cap. 3. & Suarez hic lib. 1. cap. 11. et si nihil de hac re definire vellet. Molina cit. a. 3. disput. vn. vi reuera res parum certa est; & vero absolutè contrarium tradunt Magister 2. dist. 11. Durandus in 2. dist. 3. quæst. 4. ad 1. qui putant, maiorem esse numerum hominum, quam Angelorum. Quod etiam necessario sentit Guilielmus Parisiensis, tract. 3. de vni. part. secundæ partis à capite 64. vbi prolixè nititur probare,

ingloria futurum esse æqualem numerum & hominum, & Angelorum; quod etiam dicit Sanctus Gregorius homil. 34. in Euang. & veluti pro certo supponit Magister loc. cit. Hinc enim necessario sequitur, absolutè maiorem esse hominum, quam Angelorum numerum: siquidem mali Angeli longè pauciores sunt, quam boni; è contrario homines reprobi multo plures quam prædestinati. Si ergo de cætero æqualis erit numerus hominum & Angelorum in gloria, necessario sequitur, absolutè multo maiorem esse numerum hominum quam Angelorum, vt argumentatur etiam Magister loco citato. Huc etiam spectant alij, quos Athanasius in quæstione ad Antiochum quæstione secunda refert sensisse, homines & Angelos futuros esse multitudine æquales: quod tamen absque omni fundamento dicitur.

Probatur assertio, Tum quia Luc. 15. humanum genus vniuersum per Christum reparandum, comparaturum ovi centesimæ, qua reliquis nonaginta nouem in desertorelictis (per quas SS. Patres communiter Angelos intelligunt) studio pastoris denuo aggreganda sit: tum drachmæ decimæ perditaæ, quæ magno studio quæsita nouem reliquis sit adiencia; id quod non tantum de multitudine hominum prædestinatorum, sed vniuersim de toto humano genere, omnibusq; adeò hominibus intelligendum: siquidem non solum prædestinati, sed omnes homines vniuersim per Christum redempti, & quantum parte Dei est, reparatis fuerunt.

Quare fuerunt etiam nonnulli, vt refert Athanasius in quæstionibus ad Antiochum q. 2. qui priori parabola inducti dixerunt, *Angelorum numerum nonaginta nouem paribus excedere numerum hominum. Id quod etiam indicat Ambrosius lib. 10. in Lucam, ad cap. 15. vbi ait: Dives Pater, cuius nos centesima portio sumus, habet Angelorum, Archangelorum, aliorumque innumerabiles greges. Sed hoc non est firmum, vt max ex subiuncta parabola drachmæ perditaæ patet; quare non est vis facienda in determinato certi aliquius numeri excessu; sed absolute in excessu numeri: ita vt hominum multitudo se habeat ad numerum Angelorum, velut vnum ad multa, quibus vnum deest. In quem sensum Augustinus l. 85. q. 65. ait: variari per brevitatem, vel magnitudinem numeri possunt, quibus vnum deest, vt perficiantur.*

Ratio pro eadem assertione petitur, tum ex congruentia Sancti Thomæ pro assertione præcedentia allata; tum ex alio duplice capite. Primo, quia iuxta veriorem sententiam Sancti Thomæ in 1. distinct. 39. quæst. 2. art. 2. ad 4. absolutè maior est numerus prædestinatorum, quam reproborum, vt suo loco dictum: & probabile censet Sanctus Thomas ibidem, plures esse solos Angelos beatos, quam sint omnes damnati simul: Ergo cum incomparabilius sit maior numerus reproborum, quam prædestinatorum hominum; necesse est, vt Angeli sancti incomparabilius plures sint, quam homines prædestinati, adeoque etiam, vt numerus Angelorum numerum omnium hominum supereret. Secundò, quia singuli homines simul viventes habent suum proprium Angelum: ergo saltem tot sunt Angelii infimi chorii, quot homines simul viventes. Et quia iuxta discursum Sancti Thomæ

verisimile est, tanto magis in unoquoque ordine, multiplicari Angelorum numerum, quanto ordo ipse alter & præstantior est, sequitur, Angelorum numerum facile, imo plus tricecumlo maiorem esse, quam sit numerus hominum simul viventium; quod adiunctis simul malis Angelis, sufficere etiam vide ri posset, ad hoc, ut absolute sit maior Angelorum, quam hominum numerus.

10 Sed addendum est; quod ut communiter sentiunt Theologi, verisimilius est, virum & eundem Angelum, nec diuerso quidem tempore ad custodiandum plurimum hominum deputari; sed singulis quibusque hominibus, quis tempore viventibus, aut viveturis, semper alios & alios Angelos custodes præfici: ne vbi pars est personarum conditio, dispar sit, absque causa, onerum quasi partitio. Quo posito, habita ratione aliorum ordinum, Angelorum numerus hominum multitudinem necessario magno intervallo superat.

11 His accedit, quod B. Brigitæ reuelatum fuit, adeo maiorem esse numerum Angelorum, quam hominum, ut vnicuique decem possint in custodiandum designari, ut refert Dionysius Carthusianus super. Dionys. de cœl. Hierarch. cap. 14. & Vasquez citat. disp. 180. cap. 3. qui recte addit, multum deferendum esse sanctitatia, adeoq; & reuelationibus B. Brigitæ. Quae tamen ipsa reuelatio si intelligatur, non de hominibus tantum simul, & eodem tempore viventibus, sed omnibus absolutè, consequenter dividendum erit, aut ex hominibus non totam ruinam Angelorum reparandam (quod quidem etiam pro incomperto habet Suarez cap. 11. num. 7.) aut quod verius est, locum Apocal. 12. v. 4. de dracone trahente secum tertiam partem stellarum, non loqui de tertia parte Angelorum lapsa; sed potius de tertia parte iustorum sub Antichristi persecucionem defecuta, ut cum Viéga in eum locum recte Vasquez & Suarez locis citatis. Quanquam etiamsi de casu Angelorum sermo esset, non tamen foret necesse, præcisè ac definite tertiam partem intelligi; sed indefinitè magnam partem, ut ostendit Viegas ibident.

12 Ex quo etiam satifit alteri cuidam obiectioni; cum ex eodem loco Apocal. deducitur, hoc ipso, quod Angelorum lapsorum numerus non nisi tripli sit minor, quam bonorum Angelorum; & vero reproborum hominum, facile deciplo sit maior numerus; quam prædestinatur; neque tamen hominum prædestinatur, minor sit numerus, quam Angelorum malorum; adeoque non nisi triplo minor, quam Angelorum bonorum; consequens esse, ut maior ab solute sit hominum, quam Angelorum numerus. Respondetur enim ex dictis, locum citatum Apocal. non intelligi præcisè de tertia parte Angelorum lapsa; quo posito, ruit tota argumentatio, ut benè Vasquez & Suarez locis citatis.

13 **Allertio IV.** Probabile est etiam, numerum Angelorum superare numerum omnium specierum, quæ in substantijs corporeis & materialib⁹ cernuntur, imo etiam numerum omnium perfectorum individualium substantiarum corporearum, saltem eorum, quæ simul existunt, & per se ac ipsa quodammodo rerum natura exigente, inter se diuisa & distingueantur. Hæc est sententia S. Thomæ quaest. 50. art. 3.

vbi concludit, ut vidimus, quod substantia immateriales excedunt secundum multitudinem substantias materiales quæ incomparabiliter.

14 Quam doctrinam quidam sic accipiunt, ut existiment, etiam procedere de numero omnium omnino individuorum corporalium, simul aut successivæ existentium, etiam arenarum maris, aut granorum milij, sive papaveris, &c. quod tantum videtur incredibile, ut bene ceaserent Molina & Suarez, ac Thomistæ recentiores communiter locis citatis. Alij in quibus Linconiensis in cap. 14. Dionysij, id ferunt de numero omnium individuorum corporalium, simul in unoquoque tempore existentium: quod tantum itidem ad numerum arearum maris, & granorum milij, ac similium relatum, nimis multum est. Alij, in quibus Bannes ibidem, nimium restringunt, ut nec intelligatur quidem de omnibus planaturis speciebus, sed de illis duntaxat, quæ sunt partes primariae vniuersitatis quod nimis parum est, ut benè Suarez; cum præter Angelos, qui præsunt singulari rerum speciebus, sint alii innumerari præsides & custodes. Prouinciarum, Ciuitatum, hominum; præter alios superiorum ordinum innumeros, qui per seipso hæc inferiora non administrant, ut dictum dub. præced. & magis patebit quaest. 6. Quare etiam Gregorius de Valentia quaest. 1. punct. 3. certum esse pronunciat, maiorem esse multitudinem Angelorum, quam rerum omnium corporalium, saltem secundum speciem.

15 Communis igitur & vera interpretatio S. Thomæ est, ut dictum illud in primis intelligatur de omnibus omnino speciebus rerum corporarum, ut docent Caietanus & Thomistæ recentiores communiter eodem art. 3. Molina ibidem, Ferrariensis libro 2. cont. gent. cap. 2. Gregorius de Valentia cit. quaest. 1. punct. 3. Vasquez loc. cit. Suarez cap. 11. num. 14. Eodemque modo interpretari seipsum videtur S. Thomas lib. 2. cont. gent. cap. 92. vbi ratione quarta vniuersalem doctrinam, de tota multitudine rerum materialium, definire accommodat ad species rerum materialium: sicut etiam, quaest. 6. de potent. art. 6. ratione 1. solum concludit, quod substantia in corpore a omnem multitudinem specierum materialium transcendent. Ratio patebit ex altera parte assertionis.

Quæ sumitur ex eodem S. Thomas cum cit. q. 50. art. 3. vbi absolute de multitudine rerum materialium loquitur. Quo modo etiam eadem 1. part. q. 112. art. 4. ad 2. cum iuxta sensum primæ partis assertio dixisset, naturas incorporeas superare naturas corporeas, subiungit: Nec hoc prot tanto dicitur, quod tantus solum sit Angelorum numerus; sed multo maior: quia omnem materialem multitudinem excedit.

16 In quem fere sensu etiam Suarez cit. cap. 11. num. 16. ait, credibile esse, numerum Angelorum, excedere numerum etiam individualium corporalium, saltem eorum, quæ non omnino per accidentem, nimirum per solam divisionem quantitatis continua, in rebus homogeneis, ut sunt elementa, mixtaque omnia non viventia; multiplicantur. Vbi loquitur etiam de omnibus successivæ existentibus, exceptis tamē individualibus speciei humanae, propter animalium nobilitatem & permanentiam; si quidem, ut vidimus, quidam existimant, solum etiam homi-

num numerum aut æqualem, aut maiorem esse numero Angelorum. Sed tum propter hanc ipsam causam, ne fiat exceptio eius speciei, cum qua vel maximum debet comparari; tum ut comparatio fiat intra latitudinem rerum simul existentium; siquidem mundus ex sola duratione aut successione individuum vndiqueque corruptibilium non acquirit maiorem perfectionem; sed perfectio eius constat & desumitur ex perfectione rerum simul coexistentium; idcirco conuenientius existimauit, eam assertoris partem restringere ad omnia & sola individua perfecta simul existentia, quæ per se, & ipsa quodammodo natura rerum postulante, inter se distincta existunt; ut est multitudo omnium hominum simul viventium; omnium item brutorum & bestiarum, seu animalium irrationalium; omnium arborum & plantarum, omnium visionum seu gemmarum, &c. simul existentium: non autem omnium animalium rationalium, quæ ad finem vñque mundi existent; nec omnium seminum seu granorum milij; aut papaveris; sive etiam fructum; quia haec non sunt individua perfecta substantia; sed imperfecta; nec omnium arenarum, aut lapidum; quæ sola discontinuacione continui quasi per accidens multiplicantur.

18 Quo sensu vtraque pars assertio probatur: tum quia iuxta Sanctos Patres, numerus Angelorum est quodammodo infinitus & innumerabilis; tum quia hoc postulat proportionata perfectio vniuersi, & analogia substantiarum, ex quibus vniuersum constat, inter se comparatarum, ut assertio secunda, in ratione Sancti Thomæ retulimus. Denique hoc modo facile defenditur, & maiorem esse numerum Angelorum, quam hominum simul vel successivæ existentium; quod alias, si multitudine Angelorum solum compararetur cum multitudine specierum rerum materialium, difficulter posset defendi: siquidem verisimile est, maiorem absolute omnium hominum, quam omnium specierum materialium numerum esse.

19 Ceterum contra totam hanc doctrinam, quantum multitudinem Angelorum, præfertim superioris aliquicis hierarchia constitutum, objici potest, quod in scriptura septem tantum angelorum sit mentio, qui, ut appareat, ex suo ordinario munere, perpetuo coram Deo assistant, & nihilominus tamen extraordinariè saltem aliquando à Deo ad alia ministeria obeunda dimittantur. Ita enim Tob. 12. v. 15. loquitur Raphael: *Ego sum raphael Angelus, unus ex septem, qui astamus ante Dominum.* Et Apoc. 1. v. 4. *Gratia vobis, Pax ab eo, qui est, et querat, et qui venturus est;* *et a septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt.* Et ibidem cap. 8. v. 2. *Et vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei;* *et date sunt illis septem tubæ.* Et cap. 15. v. 1. *Et vidi aliud signum in calo, magnum et mirabile,* *Angelos septem, habentes plaga septem nouissimas.* Etcap. 16. v. 1. *Et audiui vocem magnam de templo, dicentem septem Angelis;* *Ite et effundite septem phialas iræ Dei in terram.* Et cap. 17 versu 1. *Et venit unus de septem Angelis, qui habebant septem phialas,* *et locutus est mecum dicens: Veni offendam tibi damnationem meretricis magna.*

20 Respondeo, de septem his Angelis, qui & quales sint, vtrum tantum sint septem; aut cur omni-

no sint, vel dicatur septem, rem plane incertam esse; & nihilominus in omni sententia illud certū, quod ad præses instituti attinet, quales quales, & ex quo cuncte demum ordine vel hierarchia sint septem illi Angelii, præter eos adhuc esse alios inumeros, eiusdem hierarchia & ordinis, si quidem illi definitè numero septenario circumscribantur, ut patet ex varia explicatione eius septenarij. Primo enim sunt nonnulli, qui existimant non designari præcisè ea appellatione numerum septenarium, sed hoc nomine iuxta phrasin Scripturæ, significari universitatem, ut vniuersim docet Sanctus Gregorius homil. 25. in Euang. & libro primo Moral. capite sexto vel undecimo. Sed cum tam signanter, præcisè, ac toties septenarij huius numeri in Scriptura fiat mentio, verius est, eum numerum definitè aliquo modo intelligendum, ut docet Ribera & Viegas citat. Apocal. 1. Vaque disputatione 180. capite primo, Suarez hic libro sexto capite decimo, numero 31. Quod dudum etiam docuit Clemens Alexandrinus libro 6. Strom. vbi ait: *Septem quidem sunt, quorum est maxima potentia, primogeniti (sive præcipui) Angelorum Principes.*

21 Secundo dicitur, voculam *septem* definitè accipi, si non ex parte ipsius rei denominata, puta ipsorum Angelorum; certè tamen ex parte eius rei, quæ quadam allusione connotatur, & à qua sumitur denominatio. Quod rursus variè explicari potest. Vno modo ita, ut quia in Persica olim Monarchia sua regimine, septem præcipui Consiliarij seu Magnates Regi proximi celebrari solebant, ut patet Esther 1. cap. 7. versu 14. & libro 3. cap. 8. v. 12. & Esther 1. versu 10. ideo etiam quadam allusione seu imitatione, præcipui quidam Angelorum Deo assistentium, à numero septenario denominantur; etiamsi re ipsa non sint præcisè septem, sed multo plures. Perinde ac si Magnates Rempub. aliquam regentes imitatione quadam Reip. Romanorum dicantur Septem viri, ac Triumviri; etiamsi re ipsa plures aut pauciores essent. Refer hanc sententiam iater alias etiam Serrarius in cap. 12. Iob. à q. 7.

Sed nec hoc probatur. Primum enim constitutos à Deo ad imitationem regiminis Persici fuisse septem eiusmodi Angelos, dici nequaquam potest: cum designatione & distributio illa angelorum utiq; sit prior, regimine & Monarchia Persica. Allusione vero quadam ita solum appellatos non esse, ex eo probatur, quia tempore Tobiae, nondum existebat Persarum Monarchia; Assyris eo tempore imperantibus, ut ex primo cap. Tob. colligitur. Tempore vero S. Ioannis ea iam deserat, Romanis dum imperantibus: & valde mirum esset, si à Regimine Persarum pro tempore parum celebri, nec vel ad Iudeos, vel ad Christianos magnopere attinente, quadam imitatione seu allusione, ea denominatio fuisse desumpta. Maiori ratione denominatio illa à S. Ioanne desumpta dici possit à Septemviris Romanis: sed quia & hoc loco Tobiae accommodati nullo modo potest; & parum etiam aptè congruit locis illis S. Ioannis; quandoquidem Septemvirum Romanorum officium non erat assilere Regi, sive Cæsari: ideo nec hoc probari potest.

Alio modo explicari id posset, per consignationem septem distinctorum numerorum, quibus in

terra obeundis seu procurandis totidem, aut plures etiam Angeli diuina ordinatione sunt destinati: sive quod nimur illi septem peculia r attributa Dei; quæ in gubernatione diuina in primis eluculentur, vario operationum seu ministeriorum genere singulariter orbi demonstrat; ut quidem eorum gesta & nomina ex parte præse ferunt; siquidem Michael, hoc est, (*Quis ut Deus*) infinitam Maiestatem Dei, in debellando diabolo, & protegendo Ecclesiæ; Gabriel (*Fortitudo Dei*) diuinam potentiam in Mysterio Incarnationis ostendendam; Raphael (*Medicina Dei*) bonitatem & beneficentiam seu misericordiam Dei erga afflitos, & nomine, & actis suis aptè repræsentarunt. Et similia dici possent de alijs, nisi eorum nomina essent in cognita, ut dicemus. Sive quia septem virtutibus præcipuis, tribus scilicet Theologicis, & quatuor Cardinalibus, inter homines promouendis speciale nuanteroperam. Et utraque hæc explicatio referunt etiam à Serrario, nec displiceat: præsertim quia facile ambæ coniungi possunt.

23

Tertiò dici posset, eo septenario designari determinatè septem Angelos, qui septem diuersis ac præcipuis plagiis, seu partibus totius mundi regendi præstant. Sed nec hoc rectè defendi potest. Quia si trium istorum, è septem, officia & acta, nobis ex Scriptura, & sensu Ecclesiæ cognita, expenderimus, facile deprehendemus, eiusmodi distributionem partium, diuersarum mundi in illos non quadrare. Nam & Michael honoratur ut Princeps Synagogæ, & Ecclesiæ ubi in gentium constitutæ, ut colligit ex Daniel. 10. & officio Angelorum. Idem Michael una cum Gabriele in eadē Babylonie Danièle futuris edocebat. Daniel. 8. 9. 10. Rursum Gabriel & in Babylonie Danièle cap. 8. & in Iudea B. Virginie aderat, Raphael in Assyria non toti Regno aut Provinciæ prærat; sed paucis priuatis hominibus opem latus mittebatur. Ergo ex diuersitate locorum seu parium mundi, quibus Angeli illi præstant, non potest sumi hæc denominatio aut distinctio numeri septenarij.

24

Quarto Vasquez cit. disput. 80. cap. 1. cum alijs nonnullis recentioribus septem hos Angelos iuxta Apocal. 1. & 8. dicit, esse septem Angelos, qui veluti Principes vniuersæ terra præfeci sunt; & qui, cum ipsis sit cura vniuersi orbis demandata, nihilominus semper ante Deum assistant, & faciem illius intueantur. *Hos ergo septem spiritus*, inquit Vasquez, *curam habentes vniuersi orbis* se vidisse Iohannes testatur, Apocal. 8. illius verbi, *Et videt septem Angelos stantes in conspectu Dei. Eorundem facit mentionem cap. 15. 16. & 17. Denique cap. 1. de ipsis ait, Et à septem spiritibus, qui in conspectu thronorum eius sunt. Sed & hæc sententia difficultatem habet; non solum quod, ut inquit Suarez, in Scriptura non inuenitur, vocatosesse Principes, nec illis esse curam orbis demandatam; sed simpliciter esse septem Spiritus, missos in omnem terram*, Apocal. 8. quodque ex cap. 15. & 16. potius colligitur, illostantum esse ministrantes, & exequentes ea, quæ illis præcipiuntur; sed etiam quia Raphaelis functio non attinebat ad curam vniuersalem orbis terrarum. Accedit quod communiter creditur Sanctus Michael esse præses ordinarius to-

tius Ecclesiæ Christianæ: hoc si ita est, quid præsteturæ relinquitur alijs?

Quinto igitur Suarez cit. lib. 6. cap. 10. numer. 33. ait: *Si in re adeo obscura coniectare licet, fortè in ordine Angelorum, qui ad custodiā hominum communiter deputantur, sunt aliqui septem, qui nunquam definitur ad custodiā peculiarem personam, sed expediti sunt & liberi à certo ministerio, ut ad extraordina ria negotia illi ordinis proportionata mittantur: Et ita ordinariū munus eorum solum esse aſſistere, & præfereſſe, ut mittantur, & exequantur, quicquid in munitione fuitur. Sed quia obijci poterat, Michaelē esse vnum ex superiori Angelorum ordine, subiungit ibidem Suarez, fortasse in quolibet ordine ministrantum Angelorum esse septem eiusmodi Angelos, ad id officiū destinatos; quod colligit etiam ex Apocal. 15. & 16. Nam septem Angeli habentes phialas, destinati videntur à septem Angelis, quibus septem tuba datæ sunt.*

Sed nec hæc explicatio satisfacit: quia Sanctus Michael, qui communiter solet primus inter septem numerari, non videtur destinatus ad extraordinaria negotia; siquidem creditur eis ordinarius Ecclesiæ præses & custos, ut dictum. Nisi quisve sit dicere, per Michaelē non significari vnum tantum Angelum, sed esse aomen pluribus impositum, iuxta varias actiones & ministeria, ex quibus tale nomen sumptum est, ut colligi videtur ex Hieronymo in cap. 18. Daniel & refert Magister in 2. dist. 10. & ex instituto defendit Abulensem Iud. 13. q. 35. Quo posito, dici posset, esse quidem etiam Michaelē aliquem ex illis septem, sed non eum, qui est ordinarius præses Ecclesiæ, siquidem etiam Scriptura nusquam de Michaelē alerit, esse vnum ex illis septem, qui astant coram Deo.

Equidem existimò, rem hanc omnem planè incertam esse; & malim dicere, eo numero septenario designari inter Angelos septem officiorum seu officiū generā, ut circa secundam sententiam dictum in fine est; eademque non in uno aliquo solum ordine, sed in quolibet ordine ministrantium Angelorum, iuxta proprium cuiusque gradum, reperiiri, sive functiones ex eo officio obeundæ sint ordinariae, sive extraordinariae. Tum quia incedibile videtur, Angelos eiusmodi solum ac præcisè septem esse. Tum quia haec ratione facilius conciliantur ea, quæ de septem his Angelis, partim in Scriptura referuntur, partim Ecclesiæ autoritate traduntur. Sed ut dictum res incerta est. Hoc solum addo, nomina eorum, præterquam trium, videlicet Michaelis, Gabrieles, Raphaelis, (fortè etiam Urielis, quod legitur libro 4. Esteræ capite 4. & 6. & à quibusdam Sanctis est receptum) apocrypha esse, iuxta sententiam Bonifacij, & decretum Concilij Romani, ac Pontificis Zachariae, apud Serrarium citato capite duodecimo Tobiae questione undecima, duodecima, decima quarta, & Abulensem in capitulo decimum tertium. Iud. quest. 35. quamvis & cetera quoque in quibusdam Ecclesijs, ut in Reuelationibus nomine Beati Amadei legantur, atque insuper defendantur ab Antonio Duca in proprio loco.

QVÆ

Q V Ä S T I O II.

De loco, & motu locali Angelorum.

S. Thomas i. p. q. 52. & 53.

Absolutur hac quæstio octo dubitationibus. I. An, & quomodo generatim Angelus sit in loco extrinseco. II. An habeat etiam aliquod ubi intrinsecum, & quale; & an etiam necessariò sit in loco. III. Per quidnam formaliter sit in loco. IV. Virum Angelus simul posset esse in pluribus locis; an potius necessariò sit in uno tantum loco, & quidem sibi adequato, certoue modo figurato. V. Virum plures Angeli simul esse possint in eodem loco etiam adiquato. VI. An & quare ratione generatim Angelus posset moueri localiter; & quidnam motus localis ei superaddat; aliquidne intrinsecum, an solam denominationem extrinsecam. VII. Virum Angelus posset moueri ab extremo ad extremum, seu quod idem est, ad locum distantem, sine transitu per medium. VIII. De velocitate motus Angelici: & speciatim an & quare ratione Angelus moueri posset in instanti; maximè ad locum distantem.

D U B I U M I.

An, & quo modo generatim Angelus sit in loco extrinseco.

S. Thom. i. p. q. 52. a. 1.

Recet Sanct. Thomas, post naturam Angeli explicatam quæst. 50. & 51. moxq 52. & 53. agreditur tractationem de loco, morūque locali eiusdem, etiam ante tractationem de intellectu & voluntate Angeli, quia magis generalis, magisque necessaria rerum creaturarum proprietas seu affectio est, esse in loco, & moueri possi localiter, quam velle aut intelligere. Quod vero ad præsens dubium spectat, vocatur locus extrinsecus, corporaliquid, seu corporeus locus, cum quo Angelus per indistantiam similest in eodem spatio: & præcipua quæstio est, virum Angelus sit in loco vere ac proprie. De intrinseco vero Vbi, quod itidem circa existentiam in loco considerari potest, agetur dubio sequenti.

Assertio I. Angelus potest esse, & est aliquo modo in loco. Ita communis & certa Theologorum sententia, cum Magistro in 1. distin. 37. & lib. 2. dist. 2. & cum S. Thoma hic quæst. 52. artic. 1. & in 1. dist. 37. quæst. 3. artic. 1. vbi in contrarium refert Philosophos, qui dixerunt, intelligentias vel Angelos nullo modo esse in loco. Hæc autem opinio, inquit Sanct. Thomas ibidem, heretica est. Constat enim ex scriptura plam, Angelos in loco existere, & ex eo moueri, vt dicimus. Referri huc potest illud. Apoc. 12. v. 8. *Neque locus inuenit eum amplius in celo.* Etsi iuxta veriorem explicationem Augustini homil. 9. in Apocal. item Bede, Anselmi, glossa ordinaria, & S. Thomæ ad literam, eo loco non describitur bellum inter Angelos bonos & malos, sed inter draconem & Ecclesiam; ita vt per locum intelligatur potestas in homines iuxta illud Eph. 4. v. 27. *Nolite locū dare diabolo.* Ratio est. Quia omne quod est, & vbique non est, sed hoc vniuerso continetur, definitur aliquo loco, vt pluribus dicetur assert. 7. Explicatione proinde & limitatione indiget, quod Boetius lib. de heb-

dom apud S. Thomam hic cit artic. 1. relatus, dixit, *Communem animi conceptionem apud sapientes esse, incorporalia in loco non esse: nimurum in loco physico, iuxta assert. 4.*

Assertio II. Angelus vere, & non solum abusus est in loco. Ita ex communi & certa afferit Vasquez disputat. 187. cap. 1. vbi cum retulisset quorundam sententiam, Angelos vere & propriè loco corporeo secundum substantiam praesentes nunquam esse, sed abusus; quod suo tempore quosdam sensisse, refutatur Mirandulanus Apolog. 1. de descens. animi Christi ad inferos, & plane etiam re ipsa sensit Heretæus tractat de motu Angelii quæst. 1. artic. 1. & alia apud Durandum in 1. distin. 17. quæst. 1. num. 2. 2. qui dixerunt, Angelum esse tantum in loco, eo modo, quo causa dicitur esse in effectu: subiungit Vasquez, *Caterum Catholica sententia est, Angelos posse vere esse in loco secundum suam substantiam praesentes; & oppositum affirmat, hereticum esse S. Thomam in 1. dist. 37. quæst. 3. artic. 1.* Ita Vasquez; qui pro eadem doctrina allegat omnes ceteros Scholasticos. Ratio est. Tum quia si Angeli non vere, sed solum abusus sunt in loco, etiam non vere, sed solum abusus mouebuntur loco: quod est absurdum.

Neque vel Augustinus, vel Sanctus Thomas uspiam dixerunt, Angelos solum esse abusus in loco; sed ille quidem hoc afferuit de Deo in lib. 8. 3. qq. q. 20. De Angelis verò libro 8. Genes. ad lit. capite, vigesimo sexto ait: *Deum mouere creaturas corporales per tempus, & locum, spiritalies autem per tempus, &c.* quali non etiam moueantur per locum: sed intelligit comparatè, locum mensurantem locatum, vt in corporibus accidit.

Sanctus Thomas verò in 1. sent. loco citato ad 1. italoquitur: *Dicendum, quod locus est nomen mensurandi esse in loco proprio significatur, ut esse in mensura;*

¶ si non nullum rei incorporeum conuenit in loco esse, scilicet ut in loco; sed tamen alium rei corporeum conuenit esse in loco, non ut in loco, sed sicut operans in operato, vel sicut forma in materia. Unde etiam Angelus localis dicitur non nisi secundum quid, in quantum scilicet habet aliquid simile rei locali, ut scilicet determinetur ad hunc locum potius, quam ad illum. Et tamen ad 2. ait: quod esse in loco, vir in loco, non conuenit Angelo, nisi per accidentem, in quantum scilicet corpus assumptum, vel corpus cui per operationem applicatur, in loco est. Et ad 4. Non reputo, inquit, inconveniens, quod Angelus sine loco esse posset, & non in loco, quando nullam operationem circa locum habet: nec est inconveniens, ut tunc nonquam, vel in nullo loco esse dicatur. Ita S. Thomas.

Quae quidem fateor durius dicta esse, sed existimo tamen, S. Thomam in 1. parte citat. question. 52. articu. 1. tacita quadam retractatione modum loquendi emendasse. Siquidem ibidem absolute pronunciat. Dicendum, quod Angelo conuenit esse in loco. Et rursus: Per applicationem, inquit, virtus Angelica ad aliquem locum qualitercumque, dicitur Angelus esse in loco corporeo. Et quamvis ibidem quoque assertat, aequiuoce dici Angelum esse in loco, & corporis; non tamen negat, utrique suo modo id vere conuenire: sicut etiam substantia & accidens est ens aequiuoce, (secundum analogiam) & tamen interim utrumque vere est ens. Porro Caetanus question. 52. art. 1. ait quidem, Angelos non esse proprietatem in celo Empyreo, (quia in eo scilicet nihil ad extra operantur) sed abusu & metaphorice; verum non negat interim, alibi vere esse in loco. Cetera que obici possunt, solum probant Angelum non esse in loco physico, seu Aristotelico, qui corporis naturalis proprius est, ut mox dicetur assert. 4.

Affirmatio III. Cum addito recte dici potest, Angelum existentem in hoc mundo proprio esse in loco extrinseco, & non tantum improprio; loquendo nimis de loco late, prout dicit substantiam aliquam corpoream, in qua Angelus simile existat, seu cui Angelus secundum substantiam intime praesens sit. Colligitur ex Vasquez loc. cit. dum contra quosdam defendit, Angelum vere esse in loco, & non abusive, seu ut ipsos loquentes retulerat, non improprietatum. Si enim improprius solum in loco diceretur esse, abusive tantum in loco esset. Eodem sensu Suarez hic lib. 4. cap. 1. num. 2. ait: simpliciter dicendum esse, si per esse in loco tantum significetur esse realiter presentem & indistinctam ab aliquo loco, etiam corporali, sic omnino dicendum esse, Angelos posse esse in loco. Et infra numer. 5. ait: Quia verba illa, secundum communem Ecclesiarum & scripturarum desumptum, hauc habent significacionem, quando de Angelis dicunt, esse aliquid, ideo assertio posita simpliciter vera & Catholica est. Et cap. 2. num. 13. docet, Vbi Angelicum esse sub eodem genere mundo, cum Vbi corporeo; ac simul exemplo etiam temporis, aliorumque nominum probat, ea quamvis primo ad res corporeas significandas fuerint imposita, proprie tamen etiam de incorporeis dici: sicut etiam Sanctus Thomas 1. p. quest. 67. articu. 1. ait: nomen lucis proprium in spiritualibus dici.

Vnde sumitur ratio. Quia proprium esse in loco, generatim loquendo, recte dici potest, quod secundum suam substantiam ita est praesens sive indistans

ab aliquo loco, ut non sit simul ubique; sive locus sit fit physicus, & strictè acceptus, sive latè. Imo quamvis locus solum impropriè dictus esset, tamen in eo propriè esse dici posset Angelus, per eandem indistinctiam seu presentiam substantiam suæ: sicut aures propriè dici possunt esse in celo aereo; hoc est. in aere, etiā aëri impropriè solum cœlum dicatur: nimis ut vocula propriè appellebant, esse in, non autem ipsum cœlum, &c. Et confirmatur. Nemo enim faciliter negat, corpus gloriosum in cœlis existens, proprium esse in loco; & tamen non est in loco Aristotelico; quia non est in superficie corporis, sed penetrativè in ipso corpore. Contrarium tamen cum nonnullis assertum Gregorius de Valentia, hic quæstione tertia punct. 3. sed plus non probat, quam Angelos non esse in loco commensurabile, seu in loco physico, ab Aristotele. 4. Physic. definito; & fortè etiam, non esse in loco propriè simpliciter & absolute loquendo, ut etiam Sanctum Thomas in prima sententiatum loquenter vidimus.

Assertio IV. Rectè tamen etiam dicitur, Angelum, respectu corporis, esse in loco extrinseco solum aequiuoce, sive analogie. Ita Sanctus Thomas citat. prim. sent. & hic quæstione quinquagesima secunda articulo primo, & videtur communis. Ratio est. Tum quia sicut corpori solidi, & ipsi superficie nihil est commune vniuersum, ita etiam ratio loci extrinseci & corporei, solum analogice communis videtur loco Angelico, & loco naturali seu physico corporum. Tum quia esse in loco, corporis, & Angelii, plurimum inter se differunt. 1. Quia corpus commensuratur & coextenditur loco, non Angelus. 2. Corpus habet sicutum in loco, non Angelus. 3. Corpus naturale, continetur à loco etiam proprio, ratione superficie ambientis; Angelus autem seu substantia incorporea virtute contingens rem comparem, continet ipsam, & (propriè) non continetur ab ea: sicut anima est in corpore, ut continens, & non ut contenta, inquit Sanctus Thomas loco citato. Quod tamen ex parte admodum loquendi pertinet; quia loquendo de loco communis, non male dici potest, Angelum, ex loco, puta celo, vel aere, &c. contineri; quia reuera locus hic excedit presentiam Angeli; ut etiam loquitur Alensis infra citandus. 4. Locus naturalis corporis ad se quasi trahit & conservat corpus; non locus Angeli Angelum. 5. Proinde corpus saltem corruptibile dependet quodammodo à loco, saltem ratione influxus cœlestis, qui in vacuo cessaret; Angelus per se nullo modo dependet à loco, sicut nec supremum celum,

Ex quibus differentijs, quod ad ipsam rationem loci attinet, prima, secunda, & tertia videatur magis formalis; quia in loco magis propriè est illud, quod commensuratur, continetur, & ambitur loco; quam illud, quod quasi penetrativè & per intimam coexistenciam est in altero: quo sit, ut etiam corpus beati in cœlis existens minùs proprium sit in loco, saltem adequato & proprio; non enim est in superficie ambiente, ut dictum. Eodemque sensu Damascenus libro primo de fide capite decimo septimo dicitur, Angelum intellectuali modo adesse loco, in quo esse

dicitur:

dicitur: quia nimirum modo indivisiibilis est in loco
totorum in toto, & totus in qualibet parte, ut bene Vas-
quez disputatione 187. num. 5.

¹² Allectio V. Angelus non est ubique, sed quisque
proprio & certo loco definitur; ac proinde est in lo-
co non quidem circumscriptiuè, sed definitiuè. Hęc
assertio est communis, & certa contra Durandum
in 1. dist. 37. part. 2. q. 1. & 2. qui ut benē expendit
etiam Suarez hic lib. 4. c. 1. n. 9. plane significat, An-
gelum simul esse substancialiter (etiam) Durandum
illam presentiam vocet ordinis) ubiqueque operari
potest, siue simul, siue successuè; adeoque in omni-
bus corporibus universi, quamvis illa porro semper
multiplicantur. Vnde cit. q. 2. colligit, Angelum
propriè non moueri localiter, ita ut transferatur de
loco ad locum; quia non est in loco circumscriptiuè,
neque definitiuè; sed simul est in omni loco, in
quo esse potest. Quæ sententia, utra Suárez n. 12.
sine dubio est plus quam temeraria, et communiter er-
ronea iudicatur.

¹³ Ratio est. Tum quia Scriptura soli Deo immen-
sitatem & omnipräsentiam tribuit, ut suo loco dic-
tum. Tum quia eadem Scriptura, & SS. Patres pa-
sim dicunt, Angelos moueri localiter, & uno loco
deserto, esse in alio, ut dicitur dubio quinto. Tum
quia idem conuincit ratio: Vis enim existendi in
loco sequitur perfectionem essendi ac proinde nulla
creatura potest esse immensa, adeoque nec omni-
presens in locis multiplicatis in infinitum, nisi infi-
nitata; et si nescio quare Sanctus Thomas 1. sent. loco
citato, hanc rationem videatur habuisse pro insi-
ma.

¹⁴ Hinc autem colligitur posterior pars assertioneis;
quia esse circumscriptiuè in loco, est commensurabilis
loco, ita ut totum locatum toti loco, & pars parti
respondeat. Definitio autem esse in loco, est ita esse
in aliquo loco, ut simul non sit ubique, aut alibi; et
iam res locata interim loco non coextendatur,
quia non est quanta. Neque ullius momentis sunt
rationes Durandi in contrarium allatae.

¹⁵ Dicuntur tamen etiam aliquando Angelii loco cir-
cumscribi, ut loquuntur Damascenus 2. de fid. capite 3; Athanasius epist. ad Serap. Theodoretus q.
3. in Genes. Gregorius 1. Moral. capite 2. & ho-
mil. 34. in Ewang. Sed non alio sensu, nisi quia cer-
to loco definitiuncula & limitantur, ut ex communi
recte Vasquez cit. disputatione 187. capite 1. Atve-
rò & qua ratione Angelo necessaria conueniat esse
in loco extrinseco, dicetur dubiusq. assert. 6.

D V B I V M . II.

*Vtrum Angelus habeat etiam a-
liquod ubi intrinsecum, et qua-
le, et an etiam necessario.*

S. Thomas 1. p. q. 52. a. 1.

¹ A ssertio I. Angelus existens in loco, habet etiam
intrinsecum ubi, seu intrinsecum modum pre-
sentiae, substantiam ipsius Angeli immediata affi-
cientem, & ex natura rei ab ea distinctum; sine quo
existere in loco non potest. Ita ex instituto docent

& probant Molina hic q. 52. a. 1. disp. vii. memb. 5
Suarez Metaph. disp. 51. sect. 3. & 4. & hic lib. 4.
c. 2. & sequitur Albertinus tom. 2. prædic. Quant.
coroll. 15. dub. 1. 3. & 4. vbi titat etiam Scotum in
2. dist. 2. q. 6. Basiolem eadém dist. q. 3. a. 2. Richard-
dum in 7. distinct. 37. arr. 2. quæst. 1. nec immerito, ut dicemus. Eandem assertiōem ex recentioribus
sequuntur Pelsanius & Malonius, quos citat
Suarez cit. cap. 2. num. 4.

² Ex antiquioribus autem Theologis, tamē res
hæc ex instituto ab eis non fuit disputata, idem signifi-
cat Richardus in 1. dist. 37. a. 1. quæst. 1. vbi ait,
*Formalis applicatio Angelii ad locum est similitas sua cum
loco, vel cum re existente in loco.* Item Henricus quodlib.
2. quæst. 9. dum docet, existentiam Angeli in
locorum esse operationem in corpus, nec passio-
nem Angeli à corpore, nec esse nudam substantiam
Angeli. Item Alensis 2. part. quæst. 32. memb. 1.
dum concludit, possit dici, Angelum non esse in lo-
co, nisi quia est præsens loco, sine dependentia ab ipso; li-
cet antea hac de re obscurè fuerit locutus, ut benē
expendit Suarez hic lib. 4. cap. 2. n. 10. Fauent et
iam Bonaventura in 2. dist. 2. parr. 2. art. 2. quæst. 1.
Scotus dist. 2. q. 6. Gabriel q. 2. a. 2. Ariminensis
q. 2. art. 2. Marsilius in 2. q. 2. a. 2. quætenus autem
Angelos esse in loco per suam substantiam; nempe
tanquam per fundamentum & subiectum eius rati-
onis, per quam Angelus formaliter est in loco.

³ Contrarium tamen sentit Vasquez disp. 188. ca-
pите 7. qui negat eum modi ubi Angelicum in ipsa
Angeli substantia inhærens, ratus, Angelum non
posse per se immediate esse in loco; sed loqui per a-
liquet modum unionis realis ad corpus, cui per in-
distans coniungitur; ratione cuiusmodi dicatur
Angelus esse in loco, itemque realiter præsens vel
absens, siue distans esse ab aliquo loco vel corpore,
ut dub. 3. dicetur & refelletur. Aduersari etiam hu-
ic assertiōi videntur illi, qui docent, Angelum so-
lum esse presentem loco per actionem transiūtem,
aut applicationem potentia ad illam; aut aliud
modum voluntari Angelo: qui proinde etiam sen-
tunt, Angelū posse esse nulli præsenti, ut dicent?

Probatur vero assertio eomuni ratione, qua idem,
seruata proportione, probatur de corporibus. Quia
Angelum v. g. esse in hoc, vel illo loco, est effectus a-
liquis realis positivus in rerum natura, ad quem est
motus, & qui per motum acquiritur; nec sequitur
ex sola existentia talium rerum, puta ipsius loci, &
Angeli: Ergo est aliquid reale illis superadditum.
Consequens probatur. Quia non potest esse, nec
intelligi nouus aliquis effectus realis, sine noua for-
ma, vel modo reali: qua ratione etiam de ratione
animæ cum corpore, deque mysteriis Incarnationis
& Eucharistie Theologi communiter philosophantur;
cum illud principium in omni materia, sic per
se & ex terminis necessarium, ut bene Suarez hic
cit. cap. 2. num. 5. & agnoscit etiam Vasquez loco
cit. qui propterea fatetur, Angelum non esse in loco
extrinseco, quin præter ipsum locum, & actionem
transiūtem, sit in ipso. Angelo aliquis intrinsecus
modus accidentialis, & ex natura rei ab eius sub-
stantia distinctus, ratiensi postea hunc modum a-
liter explicit, ut dictum. Et confirmatur. Quia mo-
tus localis Angelii, non minus quam corporum, est

aliquid reale & intrinsecum Angelo: Ergo habet terminum realem intrinsecum, qui per ipsum acquiratur, & cum quo identificetur: sed non potest fungi aliud, quam Vbi illud, seu modus praesentiae localis. Ergo, &c.

5 Hoc vero Vbi immediatè ac realiter afferre ipsam substantiam Angeli, contra Vasquez & Thomistam assert. 4. referendos, ex eo probatur. Quia Angelus subiectuè per suam etatem substantiam, immediatè est præsens seu indistans in hoc vel illo loco seu spatio; neque indiget ad hoc vel operatione aliqua, vel illo modo coniunctionis realis cum corpore, ratione cuius illi conueniat esse in loco, seu præsentem esse alicubi, ut dicetur dub. 3.

6 Assertio II. Vbi hoc Angelicum est modus quidam accidentalis ipsius Angeli, qui refertur ad prædicamentum Vbi. Ita Suarez, & alij citati pro assertione prima. Et quidem esse modum accidentalem, adeoque accidens, ex eo patet, quod in particulari ac in sensu distributivo potest ab essentia & substantia Angeli separari. Non esse vero quantitatem, aut vlna accidentis materiale, pater ex eo, quia est in subiecto plane spirituali, cum quo identificatur. Non esse qualitatem, ex eo probatur: quia hic modus per se motu acquiritur, velut terminus eius intrinsecus; quod nulli qualitati conuenire potest; alias enim motus localis esset alterius. Nec potest esse sola ac mera relatio præsentiae; et si ita locutus videatur Scotus loco citato. Tum quia nec ad relationem per se est motus. Tum quia relatio præsentiae necessariò requirit & supponit fundatum; quod aliud esse non potest, quam modus ille absolutus, in substantia Angeli existens, quem vocamus intrinsecum eius Vbi. Qui proinde ad prædicamentum Vbi refertur. Et vero putant Molina hic quest. 53. articulo 1. & Suarez cit. disserunt. Metaph. 51. sec. 4. & rursum hic libro 4. capite 2. num. 13. Vbi hoc Angelicum, habere cum Vbi corpore sufficiētem proportionem & conuenientiam, ut ab utroque communis conceptus vniuersus abstrahi possit, quo simul in eodem prædicamento ponantur: quod non dispergit. Nihilominus enim, hoc etiam concessio, stat assertio 4. dubio primo ex Sancto Thoma proposita; quia aliud est locus extrinsecus; aliud Vbi intrinsecum, in qualicunque demum loco: siquidem hoc absolute etiam sine omni loco extrinseco esse potest, ut dicimus. Neque Scotus dum eam relationem vocat, intelligit meram relationem, quam nos prædicamentalem dicimus; sed relationem transcendentalem, quam ipse alias extrinsecus aduenientem solet dicere; qui proinde à nostra sententia ipsa non discrepat.

7 Assertio III. Vbi hoc intrinsecum Angeli, per se non dependet à loco seu corpore extrinseco; neque ad illum adeò transcendentalem haber relationem; sed ad spatiū, vel quasi spatiū, in quo Angelus constituitur. Ita Molina loco cit. Suarez lib. 4. cap. 8. Albertinus & alij loc. cit. qui hunc modum agnoscunt; tametsi Vasquez de suo illo modo, per quem Angelum putat esse in loco, oppositum assertat, ut dicetur dubio sequenti. Ratio sumitur ex dictis. Tum quia Angelus quoad suam existentiam à loco extrinseco nullo modo dependet;

cum tamen hoc modo carere vnde aquae non possit, ut dicetur. Tum quia Vbi intrinsecum immotum & invariatum existit, quādiu Angelus localiter non mouetur, manente scilicet eadem, distantia ad fixas partes mundi, etiam si corpus seu locus extrinsecus materialiter mutetur; iuxta communem Philosophiam, & sensum. Nec obstat, quod spatium illud, ut sic, non est aliquid positivum reale, imo respectu Angeli, ut appareat, nec proprium quidem spatium, intraterminus videlicet reales interceptum. Siquidem relatio transcendentalis esse potest ad terminum etiam non realem; ut scientia ad priuationem vel negationem cognitam; potentia operativa ad obiectum non existens. Præterquam quod præsentia, quoque, seu Vbi Angelicum, habet aliquam extensionem in ordine ad spatiū; cuius proinde terminis ipsum quasi spatiū intercipitur, ut dicimus. An vero eiusmodi relations transcendentalis sint verae relations reales, & secundum esse; an potius secundum dici, sive secundum nostrum modum, concipiendi tantum, communis est difficultas omnibus eiusmodi relationibus transcendentalibus, quam non est huius loci discutere: et si nos ex communiori philosophia supponimus, easdem esse relations reales.

Assertio IV. Idem Vbi est immediatum fundatum relationis realis præsentiae vel distantiæ eiusdem Angeli, à locis siue corporibus, à quibus per suam substantiam indistans vel distans est Angelus. Ita Suarez cit. 3. part. tom. 3. disp. 47. & 48. & hiclib. 4. c. 8. & consentiunt alij, qui eundem præsentia modum agnoscunt; quique simul tentur, non solum corpus, sed etiam Angelum, per suam existentiam in loco habere, secundum etatem substantiae siue, realē relationem præsentiae vel distantiæ ad corpora, quibus adest, vel à quibus absit: tametsi Capreolus, Ferratiensis, & Caietanus existimant, non esse in substantia Angeli, etiam quando est in loco, relationem aliquam præsentiae substantialis, hoc est, præsentia ipsius in substantia Angeli ad locum, sed solam indistantiam negant. Quod etiam sentit Vasquez cit. c. 7. dum negat, Angelū per se, & secundū suam substantiam immedietate, posse realiter distare, vel præsentem esse alicui, siue corpori, siue alteri Angelo, siue loco, abque modo uniois reales cum corpore in quo est, de quo dub. seq.

Ratio assertionis est. Quia simile Vbi, in corporibus est fundatum eiusmodi relationis præsentiae vel distantiæ, neque haec relatio realis magis repugnat substantiae Angeli, quam ipsum Vbi, ex quo oritur, ut pluribus dicitur dub. seq. Vbi contraria obiectio Vasquez, & aliorum dissoluens. Neque ab hac conclusione dissentit Molina l. c. dum profundam etiūmodi relationum assignat ipsam substantiam Angeli; pro ratione autem fundandi actionem, qua Angelus tali vel tali loco constitutus est. Intelligenam id debet de substantia Angeli affecta illo modo præsentiae, quem ibidem aperte agnoscit & tradit, ut dictum. Quod ipsum etiam indicauit Gregorius de Valentia q. 3. punct. 2. dum ait, earundem relationum fundatum esse substantiam Angeli, cum negatione distantiæ.

Assertio V. Modus ille præsentiae, seu Vbi Angelicum,

licum, et si sit spiritualis, adeoque indiuisibilis ex parte subiecti, in ordinē tamen ad locum seu spatiū, in quo Angelus est, aliquo modo est diuisibilis, & constans ex pluribus partibus entitatis, ex quibus quasi integratur, & constituitur, atque per spatiū seu locum extensum quasi continuatur, & coextenditur, sine villa ipsius Angeli coextensione. Hanc assertionem late defendit & explicat Suarez Metaph. disputat, 5 i. num. 36. & disp. 30. num. 49. 50. 51. & in 3. part. tom. 3. disp. 48. scđt. 1. & hic lib. 4 cap. 17. & sequuntur multi recentiores, ut ex Vasquez fateretur Albertinus infra; et si non solum repugnet Vasquez, qui suum etiam illum, quem in Angelo alicubi existente, constituit modum visionis realis cum corpore locante, solum dicit esse virtualter extensus, sed etiam Albertinus citat. tom. 2. Prædicam Quantit. quest. seu coroll. 5. dubit. 5. qui itidem docet, Vbi illud Angelic. m., quod vna cum Molina & Suarez assuerat antea, solum esse virtualiter diuisibile & extensum, formaliter autem plane indiuisibile, non solum in ordine ad subiectum, sed etiam in ordine ad locum seu spatiū.

Sed probatur assertio primo. Quia pars aliqua huius Vbi potest amitti, veletiam acquiri, manente reliqua. Ut cum Angelus existens in loco sibi adæquato, suo arbitratu, vt potest, minorem locum, seu spatiū occupat; vel cum existens in loco inadæquato, maiorem locum seu spatiū occupat. Sit enim V. G. Angelus existens in loco quadripalmari, & contrahat se ad duos palmos; tunc ergo quando præsentia Angeli definit esse in duobus palmis; aut pars tantum aliqua ipsius Vbi, quæ nempe duobus palmis respondebat, definit; aut nihil ipsius Vbi definit; sed manet totum Vbi indiuisibile, sicut erat antea, aut totum Vbi indiuisibile definit; & producitur aliud de nouo adæquatum duobus palmis; non enim datur quartum. Si primum dicatur, habetur intentum. Secundum dici non potest. Quia si totum Vbi maneret, tum Angelus esset in eodem loco adæquato, in quo erat antea: si quidem effectus quasi formalis & immediatus ipsius Vbi, est actualis, vt ita dicam vñificatio; quæ cum nunc sit diversa à præcedenti, impossibile est, vt Vbi sit plane idem & immutatum. Tertium etiam dici non potest; tum quia per se incredibile, est, cessante Vbi ipsius Angeli, in parte solum aliqua loci, eo ipso cessare & desinere totum Vbi, etiam in ea parte loci, in qua adhuc Angelus permanet. Tum quia inde sequeretur, si Angelus se contrahat successiue, futurum, supposita communi Philosophia, vt tunc corrumpantur & producantur infinita Vbi indiuisibilia, vnum immediate post aliud, quod plane est absurdum; siquidem inde etiam vñterius sequeretur, futura esse infinita instantia immediata, quandoquidem vnumquodque eiusmodi Vbi habet durationem suam in trinsecam indiuisibilem, nec ullum est assignare tempus vel instantis, in quo non acquiratur nouum Vbi.

Secundo, simile argumentum fieri potest de motu Angelii continuo. Potest enim Angelus moueri motu continuo, vt supponimus. Ergo vel successiue acquirit Vbi extensem in ordine ad locum; vel in quolibet instanti temporis totum Vbi simul

amittit, & aliud nouum Vbi acquirit: Sed hoc fieri non potest, nisi infinita vbi, per infinitam instantia sibi immediate succedentia, acquirantur. Si enim vel in uno instanti non acquiritur nouum Vbi priori corrupto; Ergo aliquatillo tempore intermedio non erit motus, sed quies; imo cum non sit maior, aut alia ratio de uno instanti intermedio, quam de alio; si in uno instanti intermedio non acquiritur nouum Vbi indiuisibile & adæquatum toti Angelo, in nullo acquiretur; vnde sequitur, nullum penitus nouum Vbi ex motu ab Angelo posse acquiri. Quia cum vbi hoc Angelicum actu sit plane indiuisibile, fieri nullo modo potest, vt successiue vel in tempore acquiratur; sic enim alia pars post aliam acquireretur: Ergo fatendum est, in motu continuo Angeli successiue acquiri & amitti, aut Vbi extensem in ordine ad locum; aut infinita vbi totalia, adæquata & indiuisibilia, ac inter se plane distincta ac diuersa: quod est absurdum.

Ad hoc vtrumque argumentum responderet. Albertinus loc. citat. concedendo, quod in motu continuo Angeli infinita indiuisibilia Vbi producantur & corrumpantur. Sed inde, inquit, nullum sequitur absurdum: eo quod hoc Vbi Angelicum, sicut est formaliter indiuisibile, & virtualiter diuisibile in ordine ad locum, habeat etiam suam durationem proportionatam, formaliter scilicet indiuisibilem, & virtualiter diuisibilem; ita vt quodlibet vbi duret per aliquod tempus indeterminatum, sicut duraret pars extensa ipsius vbi, si daretur vbi extensem. Sed hæc responsio minime satisfacit, tum quia admittit in rebus successiuis infinitum actu; idque actu etiam ac re ipsa successiue pertransitum: quod est impossibile, vt suo loco dictum. Tum quia implicat contradictionem, vt si motus, aut extensio localis Angeli sit continua, idem plane Vbi illo tempore etiam indeterminato permaneat; cum in quolibet non solum tempore, sed etiam instanti temporis, acquiratur aliquod nouum Vbi: si enim hoc non fieret; iam aliquo tempore intermedio esset quies, ac proinde motus non esset continuus, quod est contra hypothesis.

Tertio. Sicut se habet vno spiritualis animæ rationalis ad corpus, ita se habet Vbi Angelicum ad locum, vt communiter concedunt etiam opposita sententiae auctores: sed vno hæc, licet in se & ex parte subiecti sive animæ, spiritualis sit, tamen in ordine ad corpus est diuisibilis: quia cum brachium V. G. homini absinditur, pars huius vñionis, cum ipso brachio, destruitur: reliqua autem vno cum reliquo corpore permanet. Item cum homo per augmentationem sive diminutionem etiam continua crescit aut decrescit, non continuo tota vñdiquaque noua & indiuisibilis vno cum toto corpore producitur, vel amittitur; sed pars post partem: alioquin aut continua esse non poterit ea mutatio, contra communem Philosophiam; aut sequetur, infinitas eiusmodi vñiones per infinita instantia sibi immediate succeditia fuisse productas; quod plane est absurdum, ex dictis. Idem argumentum fieri potest de simili vñione vel præsentia corporis Christi cum speciebus.

15 Ad hoc argumentum Respondeat Albertinus loc. citat. hæc duo exempla, nihil probare. Dicitur enim, inquit, quod quando anima definit informare (vnam partem corporis;) vel quando corpus Christi definit esse in aliqua parte hostia, tunc totum ubi corruptitur, & producitur aliud de nouo. Sed hoc plane videatur incredibile, ut dictum.

16 Contra nostram vero sententiam obiicitur, quod in ipsis terminis videatur implicare, ut res spiritualis sit extensa in ordine ad locum, præterit si ex parte subiecti non sit extensa; cum vnaquaque forma det effectum & rationem suam formalem, suo subiecto, quam habet. Respondeatur, id non esse impossibile; quod ostenditur variis exemplis. Tum quia spirituali qualitatibus repugnat compositione & diuilibilitas secundum intentionem; imo nec secundum extensionem (in habitibus) in ordine ad obiecta. Tum quia non repugnat vniuersi anima in ordine ad corpus, ut dictum. Tum quia si Angelus esset in pluribus locis discretis inadæquatis, vbi absoluta falem DEI potentia fieri posse nemo negaverit, haberet sane in eodem subiecto indiuisibili plura eiusmodi Vbi partialia recipi distincta: sicut etiam corpus Christi in diversis locis, sub diversis speciebus existens, haberet plane diversa eiusmodi vbi partialia. Ergo non repugnat etiam in eodem subiecto plura eiusmodi partialia vbi in ordine ad diuersas partes loci seu spatii. Nihilominus enim vbi hoc suam rationem formalem, quam habet, etiam communicabit subiecto; non quidem faciendo, vt illud in seipso etiam immediate sit extensem, in ordine ad locum, hoc enim proprium est quantitatis praestare: sed vt habeat vbi extensem, in ordine ad locum; cum tamen ipsum subiectum, secundum entitatem suam, indiuisibiliter sit totum minus sub qualibet parte huius Vbi, quam in qualibet parte loci seu spatii.

17 Afferio VI. Angelus existens in hoc vniuerso, necessario est in loco, etiam extrinseco & corporeo: nec vero spatiam, aut vlo modo existere potest absque illo intrinseco modo praesentia seu Vbi localis. Primum partem tradunt Alensis 2. part. quæstione 3. mem. 1. vbi dicit, Angelum necessario intra locum aliquem corporeum contineri. Idem sentit Durandus citat. quæstione secunda, & aperte hic Molina loc. citat. Suarez libro quarto, capit. tertio, numero tertio, & capit. sexto, numero 14. & Albertinus tom. 2. Præd. Quant. coroll. quinto, dubio primo, & videtur communis; tametsi contrarium, vt vidimus, afferant Sanctus Thomas in 1. sent. loc. citat. & cum eo nonnulli Thomistæ alii, qui docent, Angelum esse in loco per solam operationem transiunt, ut dicemus dubio sequent. & præterhos etiam Vasquez disputat. 188. cap. septimo. Probatur & declaratur afferio. Quia Angelus est in loco extrinseco, per ipsam intimam praesentiam, seu indistantiam substantiae sua ab eo loco, ex dictis: at vero supposita lege Dei ordinaria, & conditione praesentis vniuersi, Angelus in hoc vniuerso existens, necessario est per suam substantiam indistans, adeoque praesens alicui loco extrinseco & corporeo; siquidem vacuum nullum in hoc vniuerso datur; nec est nullum spatium sine corpore; Ergo vbi vbi existat Angelus, in hoc vni-

uerso, necessario est in aliquo loco corporeo extrinseco.

18 Addit Alensis, & consentit Suarez capite secundo, numero decimo, nec posse quidem Angelum, secundum ordinariam Dei legem, extra vniuersum, hunc mundum se constitutere; et si sua natura possit, nisi ordo vniuersi à Deo constitutus, sive lex Dei extrinseca obstaret; de quo dubito; quia scit Angelus natura sua non potest discontinuare inter corpora, constitudo vacuum; ita etiam forte non potest se, aut aliquid aliud, per naturæ vires, extra totum vniuersum in nihilo, ut ita dicam, constituere; propter eam, quam vniuersum ipsum, omnesque eius partes sua quasi natura possulant, vniuersum & coniunctionem.

19 Secundam partem tradunt Molina, Suarez, Albertinus loc. citat. & indicat Alensis loc. citat. & fauunt alii eius modi assertores, contra Vasquez, qui putat, Angelum posse suo arbitratu se absoluere ab omni modo praesentia localis, non tantum in particulari, sed etiam vniuersum, ut dicemus, & ex instituto refellentes dub. sequent. Ratio assertionis breuiter est. Quia sicut existere absque duratione, aut durationis momento, nihil potest; nec motus esse sine tempore; ita existere substantia creata non potest nisi alicubi, seu cum habitudine ad locum, seu loci spatium, cui aliquo modo adequetur; multo mitius esse alicubi potest, nisi per vbi; seu modum illum intrinsecum ad Vbi spectantem. Tum quia vbi illud, ex dictis, non dependet à loco extrinseco; potest enim esse & permanere idem Vbi, etiam mutato, immo penitus sublatio loco extrinseco; modo ipsum mobile sit immotum: Ergo siue Angelus sit, vel constitutatur intra hoc vniuersum, siue extra, vt reuera esse potest, vbi que tamen eodem modo habebit suum illud Vbi intrinsecum. Plura Suarez hic cap. octavo, num. i.

Ident. indicant Aristoteles 4. Physic. capit. i. vbi sentit, ea quæ sunt, esse alicubi. Et Tullius Tuscul. 1. ait; Id quod est, nonquam esse non potest. Et Hilarius capit. quinto in Matth. dicit; Omne quod creatum est, alicubi esse, ut bene Molina loc. citat. Nec obstat, quod Angelus suo arbitratu desiderere potest hoc vel illud vbi; sepe enim accidens aliquod particolare in indiuiduo à subiecto potest separari, non tamen vniuersum; ut haec vel illa figura à quantitate; non tamen omnis figura; hæc vel illa intensio à qualitate, non tamen omnis. &c. hic velille locus à corpore, non tamen omnis.

Obiliies contra traditam hactenam doctrinam. Sicut se habet res ad Quando, seu durationem, & esse in tempore, ita etiam ad vbi, seu esse in loco; sed neque duratio, saltem permanens, neque esse in tempore, dicit modum intrinsecum à parte rei distinctum ab ipsa existentia rei. Ergo neque vbi est modus intrinsecus à parte rei distinctus ab existentia rei. Maior probatur. Quia duo illa prædicamenta vbi & Quando ab Aristotele & Philosophis inter se quasi ex æquo condistinguntur; & Esse in tempore, & Esse in loco, simili modo & ratione de re prædicari videntur. Minor de duratione à parte rei non distincta ab existentia rei videtur communior in Philosophia sententia; quam speciatim tradunt Ockam in 2. questione, 10 Gabriel in 2. dist. 2.

quæst. I. art. I. Suarez Metaph. tom. 2. disputat. 50. sec. 1. num. 5. & significant Scotus in 2. d. 2. quæst. I. Balliolis quæst. I. art. 3. Capreolus q. 2. art. I. & 3. & Sonciniatis ibidem.

Respondeo primo, minorem non esse certam. Primo enim fatendum est, saltem durationē rei successuam, scilicet motum & tempus intrinsecum, esse aliquid à parte rei distinctum ab ipsa existentia rei permanentis, quæ mutatur aut tempore mensuratur, puta motum & durationem nutritionis, augmentationis, ab ipsa existentia animalis quod nutritur & augetur. Secundo valde probabile est, ipsam etiam durationem permanentem cuiusq; rei, ab ipsa re seu existentia rei, à parte rei, seu ex natura rei esse distinctam. Ita docent Richardus in 2. distin. 2. q. 1. a. I. Maicon q. 2. Argentina quæstion. I. articul. I. quos sequuntur Comimbricenses lib. 4. Physic. cap. 14. quæst. 2. articul. 2.

Ratio est. I. Existentialia rei esse potest sine duratione; vt si res in instanti per primum sui esse incipiat, & simul in eodem instanti per ultimum sui. Este definit, vti fieri posse, contra Ariminensem, alibi dividimus, & concedit etiam Suarez tom. 1. Metaph. disput. 19. sec. 9. num. 8. II. Vtique habet conceptum primo intentionalem, plane diuersum, quorum unus non est alius, nec includit alium; quia ratio existentiae solum in eo consistit, vt res sit extra suas causas; duratio vero moram & perseverantiam eiusdem existentiae significat. III. Sicut hoc vel illud Vbi est separabile à re, non tamen omne Vbi; ita etiam hæc vel illa, tanta vel tanta duratio est separabilis à re & existentia rei: esto duratio vniuersim non est separabilis ab existentia rei. IV. Existentialia & duratio sive æternitas Dei distinguuntur inter se virtute, vt suo loco dictum: Ergo existentia & duratio rei creatæ inter se distinguuntur à parte rei. V. Si tempus non distinguueretur à parte rei ab existentia, tunc non possietponi in prædicamento; siquidem, existentia per se in prædicamento non ponitur.

Nec obstat, quod creatio & conseruatio rei à parte rei non distinguantur; cum tamen creatio tendat formaliter in existentiam rei; conseruatio autem in eiusdem rei durationem. Respondeatur enim negando eam esse rationem creationis & conseruationis. Vtq; enim formaliter tendit in existentiam rei, hoc solum discriminé, quod creatio cum nouitate essendi, conseruatio sine nouitate essendi; quæ sola connotatio extrinseca differunt. Dices. Existere in unico solū in instanti, non est aliquid à parte rei distinctum ab existentia. Ergo nec duratio. Respondeatur negando consequentiam, quia duratio dicit modum existentiae, rei existentis superueniente; non autem sola existentia per unicum instans.

Quia tamen etiam opposita sententia probabilis est, & multis fortè magis probatur; responderi potest secundo, discrimen esse inter Vbi & durationē. Nam Vbi per se est terminus motus localis distincti ab ea mutatione, quæ res producitur: duratio vero non est per se terminus alius eiusmodi motus; ac proinde ratio nulla est, cur hæc ab existentia à parte rei distinguui dicatur. Deinde duratio solum dicit perseverantiam & permanentiam ipsius existentiae; permanentia vero rei prioris, vt sic, non dicit aliquā mutationem eius rei; sed potius constantem & im-

mutatum statum seu conditionem: acquirere autem hunc vel illum locum, cum idem sit, quod moueri localiter, dicit intrinsecam mutationem rei existenti superuenientem. Nec obstat, quod res in prima sui creatione vel productione est in loco & acquirit locum absque mutatione locali. Nihilominus enim, quia id ipsum esse in loco, ex se & sua natura potest esse terminus motus localis rei existenti superuenientis, satis pater, id esse aliquid à parte rei ab ipsa existentia distinctum. Adfert quidem Suarez tom. 2. Metaph. disput. 50. sect. 2. num. 19. alias rationes discriminis inter Vbi & durationem rei: sed quæ parum solidæ videntur.

D U B I U M III.

Per quidnam formaliter Angelus sit in loco; seu quæ sit Angeloratio existendi in loco.

S. Thom. I. p. q. 52. a. 1.

Corpore in loco circumscriptuo formaliter est per quantitatem, omnes consentiunt; sed per quidnam Angelus, seu substantia alia incorpore, ut anima rationalis, cum sit quantitatis expers, formaliter, proprie & immediate sit in loco, valde controvèrtitur inter Theologos. Et referuntur hac de re scriptum vel oīo sententia, vt fere referunt etiam Gregorius de Valentia quæstione tertia, pun. 2. Vasquez disp. 188 & Suarez hic lib. 4. à cap. quarto, tametsi forte re ipsa non omnes dissentiant, ut dicimus.

Prima sententia est, Angelum esse in loco, per qualitatem, seu proprietatem quandam diuinissimam superadditam. Pro hac communiter referrunt A-lensis 2. part. quæstion. 32. mem. 1. Sed quem, est obcurius locutum, Suarez tamen capit. secundo, numero decimo, benigniore sensu explicat, vt per proprietatem illam (non enim vocat qualitatem) solum intellexerit, extrinsecam Dei legem, qua sit, vt Angelus semper aliquo corpore continetur, vt dub. præced. assert. 6. dictum.

Secunda sententia est, Angelum formaliter esse in loco per operationem transiuntem. Ita docent Egidius in prim. distin. 37. 2. part. articulo primo quæstion. prima. Ferrariensis 3. contingent. cap. 68. & plane videtur oīo fuisse sententia Sanct. Thomæ in 1. distin. 37. quæstion. tertia, vti retulimus dubio primo, assertione secunda; si quidem ibidem etiam assentit, Angelum nullibi fore, si nusquam operetur ad extra: quod ita etiam docent citati; referentes etiam pro eadem sententia Sanct. Thomam hic quæst. 52. art. 1. sed immerito, ut dicimus.

Tertia sententia est, Angelum formaliter esse in loco, aut per operationem transiuntem, aut per aliiquid instar operationis, seu actiua, seu passiva, dum nempe Angelus præst. loco, eumque conservat, aut tuetur. &c. Ita docuit Sanctus Thomas quodlib. prim. articulo quarto, & sequitur Capreolus in 2. distin. 2. quæstion. 1. articul. 1. conclus. prim. qui ex Sanct. Thoma ibidem.

ita

Ita hanc rem explicat: *Dico autem operationem communiter, secundum quod Angelus se habet ad corpus contentum in loco, per modum præsidentis, aut ministrantis, aut aliqua modo agentis, aut patientis.* Idem docet Pius Mirandulanus in *Apolog.* quæstione prima.

Quarta sententia est, esse formaliter in loco, per applicationem virtutis qualemcumque ad operandum operatione transiente. Ita loquitur Sanctus Thomas hic quæstion. 52. articulo primo, & præter Caietanum ibidem, ac recentiores Thomistas, sequitur etiam Albertinus tom. I. princip. I. coroll. 16. numero 9. qui id explicat de applicatione virtutis sicutem potentiali. Idem docent Argentina in 1. distinct. 37. quæstion. 1. & 2. & Goffredus quodlib. 8. quæstion. 13. apud Scotum infra. Requirit autem ea applicatio virtutis secundum Caietanum, notitiam practicam de aliquo operabili.

Quinta sententia est, Angelum in immediate personam substantiam esse in loco; seu communis & universali, ut docet Durandus in prima distinct. 37. part. 2. quæstione prima, iuxta dicta dub precedens assert. 5. seu proprio & determinato; ut docent Bonaventurain 1. distin. 37. articulo primo quæstione prim. & in 2. distin. 2. part. 2. artic. 2. quæstione prima, Scotus in 2. distin. 2. quæstione sexta, Gabriel distinct. 2. quæstione secunda, articulo secundo. Ariminensis quæst. 2. artic. 2. Marsilius in 2. q. 2. art. 1.

Sexta sententia est, Angelum omnibus his modis posterioribus quatuor esse in loco, diversa tamen ratione, iuxta ea, quæ inferius dicuntur. Ita Gregorius de Valentia hic citat, quæstione tertia pun. 2.

Septima sententia est, Angelum nulla ratione ex prædictis esse in loco; sed modo aliquo absoluto, addito substantia Angelii, & ex voluntate ipsius pendente, ut pro libito possit eo penitus carere: quo nemppe ipse Angelus realiter coniungatur alii corpori, ratione cuius ipse secundario in loco sit, quique diuersus sit ab ipso modo propinquitatis secundum locum, seu præsentiæ localis; & proinde invariatus maneat, etiam varietur distantia Angelii à fixis partibus mundi. Ita Vasquez citat, disputat. 188. capit. 7. qui putat, idem indicare Henricum quodlib. 2. quæst. 9. dum confutatis aliorum sententiis dixit, Angelum non posse esse in loco nuda sua substantia. Sed quod dictum melius iuxta sequentem sententiam intelligitur.

Est igitur octaua sententia, Angelum formaliter esse in loco per vbi seu in modum intrinsecum, dub. præced. explicatum, & in ipsa substantia Angelii immediate inhaerentem, qui moto Angelo etiam ipse mutetur & desinat, alio tamen succidente. Ita Suarez in *Metaph.* disputat, 40. & hic libro quarto cap. 7.

Vt autem nostram de hac re sententiam explicemus; proponemus prius aliquot assertiones negatiuas aliquibus ex relatis sententiis oppositas, deinde alius subsequentibus conclusionibus, præmissa aliqua notatione, veriore sententiam breuiter declarabimus & confirmabimus.

Affertio I. Angelus non est in loco, per aliquam

qualitatem, vel proprietatem, præter aut supra naturam ipsi, seu corpori in quo est, à Deo communicatam. Ita communis & certa sententia Doctorum, contra primam superiorius relata. Ratio est manifesta. Quia Angelus naturaliter acquirit & mutat locum. Quare etiam oppositam Alensis sententiam eo modo intellectam Suarez capit secundo, numero decimo, valde absurdam & inintelligibilem iudicat, sed qui simili, ut dictum, Alersem in meliore remensum interpretatur.

Affertio II. Angelus etiam non est in loco, per solam operationem transirentem, seu virtutem operativam ad extra, eiusdem applicationem ad operandum. Ita contra secundam, tertiam, & quartam sententiam, omnes autores pro quinta, sexta, septima, & octaua sententia relati. Probatur. Quia etiam si Angelus nihil operetur ad extra, nec statuat operari; imo per impossibile nec possit quicquam operari, erit tamen in loco, dummodo suam reineat entitatem & substantiam, per quam indistans seu præsens sit alicui loco, seu corpori ipsius vniuersi. Quod adeo certum habuisse ferunt Doctores Parisienses, referente Henrico, loc. citat. Molina quæstion. 52. articulo primo, & Vasquez disputat. 188. cap. sexto, ut contrariam sententiam vocari errorrem. Accedit quod ita anima etiam Christi olim a pud in inferno, & animæ beatorum nunc in celis vere existunt, vbi tamen ad extra forte nihil, aut non semper operantur: eas vero abusive solum & metaphorice in celis esse, ut de Angelis in celo Empyreo existentibus, dixit Caietanus, plane absurdum videtur. ne dicam periculosum.

Affertio III. Angelus etiam propriæ & formaliter non est in loco, per modum absolutum, à modo præsentia Angelii in loco distinctum; quo Angelus corpori alii realiter coniungatur, quique, idem ac invariatus maneat, etiam varietur distantia Angelii, à fixis partibus mundi. Ita contra septimam sententiam Vasquezii, ceteri autores omnes, & ex instituto Suarez hic lib. 4. cap. 6. Probatur. I. Quia etiam si Angelus nulli corpori reali unitio coniungatur, erit nihilominus suam entitatem & substantiam præsens seu indistans ab aliquo corpore, in quo est, adeoque in loco. II. Quia modus ille, quo Angelus coniungitur cum corpore velut mobili, habet se sicut modus, quo corpus aliud coniungitur vasi vel vesti; qui certe talis non est, vt eius ratione corpus sit in loco. III. Ex opposita sententia sequitur, Angelum realiter mutari, quoties mutato corpore, cui erat coniunctus, alterum ibi succedit, etiam si distantia à polis fixis non varieatur: quod plane est absurdum, cum sit independens à corpore, ut bene etiam Suarez capit. octauo numero quinto. IV. Impossibile est, ut distantia Angelii seu corporis, cui unitus secundum substantiam est Angelus, variata, non varietur modus illi, quo Angelus formaliter est in loco; sicut fieri non potest, vt mutato loci spatio, non mutetur vbi locale corporis. Ratio est. Quia id, per quod formaliter Angelus est in loco, est quasi forma quadam ipsi Angelo essendi in loco; ita ut esse in loco sit formalis effectus eius quasi forma: sed impossibile est effectum formalem variari, non variata forma; Ergo etiam impossibile est, ut Angelus seu corpus illud cui per in-

distan-

distantiam coniunctus est, mouatur loco, seu mutet substantiam ad fixas partes mundi, adeoque ut in alio sit loco, & modus ille per quem est in loco, sit inuariatus. Quod si quis dicat, Angelum non mutare locum, etiamsi corpus, cui per substantiam suam praesens & coniunctus manet, mutet locum, certe hoc ipso dicere rem impossibilem, & quia intellegi nullo modo potest; vt bene etiam Suarez, libro quarto, cap. nono, numero quinto, praesertim cum concedatur, Angelum eo casu mutare distantiam a fixis partibus mundi. V. Denique hac sententia loquitur de loco Angeli, velut de vase mobilis; quod iuxta Aristotelem tamen & Philosophos. 4. Physic. viiue differt a loco; qui vt sic immobilis esse debet. Omitto quod multis Suarez citat. capit. sexto disserit, hunc modum unionis realis cum corpore, neque esse necessarium, neque secundum naturas rerum, aut ordinariam Dei potentiam possibilem. &c.

¹² His praemissis, vt vera sententia etiam affirmate explicetur, animaduertendum est, iuxta ea, quae docent etiam Molina hic question. 52. articulo primo, disputat. vnic. & Suarez 3. part. tom. 3. disput. 47. & 48. cum queritur, per quidnam res aliqua sit in loco, posse vel inquiriri ipsam causam formalem, seu rationem, qua formaliter res est in loco; qualis quidem in corporibus ex recepta Philosophia, est modus quidam realis, intrinsecus rei locatae, pertinens ad Prædicamentum Vbi, qui mutatur, quoties res loco mouetur; & est fundamentum relationis propinquitatis seu presentiae: vel propriam & immediatam causam subiectivam, ac materialem, seu id, quod est immediate susceptivum illius forma; cuique adeo per se primo conuenit esse in loco; quae si de loco circumscriptiu corporum loquamur, est quantitas. Vel denique etiam inquiriri potest id, quod est causa extrinseca, vt aliquid sit in loco; sive sit causa effectiva, qualis solet esse generans corpus in tali loco; aut ipsum corpus sese ad talem locum mouens, in eoque constituens; sive sit causa finalis; quae cum corpus ab extrinseco mouetur, est operatio, vel quies in eodem loco. Quo posito, eodem modo, seruata proportione, de loco Angeli rationandum est, vt sequentibus assertionibus declaratur.

¹³ Assertion IV. Causa & ratio formalis existentiae localis, seu essendi alicubi, in Angelo est ipsum Vbi Angelicum; seu modus realis & accidentarius presentia in Angelii substantia immediate existens, praecedenti dubio explicatur. Ita Molina loc. citat. Suarez cit. disp. Metaph. 40. sect. 22. & in simili 3. part. tom. 3. disput. 47. & 48. & hic libro quarto, capit. septimo, quem ex recentioribus sequuntur Beantius & Malonius ab eodem ibidem citati; & ex antiquioribus non obsecne indicant Richardus, Alensis, Henricus, citati dub. praecedent. assertion. I. Nec dissentient alii Scholastici, citati pro quinta sententia, qui docent, Angelum esse immediate in loco per suam substantiam; non enim excludunt, vbi seu rationem existendi in loco, sed solum aliquid a substantia Angeli diuersum, habens se per modum subiecti, cui immediate conueniat esse in loco, vt dicetur. Idem plane indicat Hugo Victorinus lib. de sacram. part. 3. cap. 18. vbi ait: Angelum esse in loco, quoniam alicubi praesens cernitur; & effelo-

cale, quoniam cum sit alicubi, non ubique inuenitur. Et infra dicit: spiritum esse localem, quoniam in loco per presentiam naturae, & operationis concluditur,

¹⁴ Ratio pro hac assertione petitur; tum ex refutatione caliarum sententiarum, quatenus knicasseratione aduersantur: Tum quia hoc modo optime seruatur proportio inter Angelum & Corpus, quatenus in loco existunt, vt dictum. Tum quia non repugnat, Angelo seu spirituali substantia, habere modum intrinsecum Vbi localis, vt dictum dubio praecedenti. Eo vero posito, sufficienter explicari possunt omnia, que de loco Angeli, eiusque existentia in loco in scriptura ac SS. Patribus dicuntur, aut inde deducuntur: Nam vt ex proportione corporum bene declarat Suarez citat. capit. septimo, numero secundo, dum Angelus dicitur esse alicubi, vel hic, vel alibi, duplex denominatio ipsius Angelii potest considerari: vna intrinseca Angelo, in eoque immutabilis, quamdiu ipse loco non mouetur; alia est extrinseca desumpta a presentia seu quasi continentia loci extrinseci: ad utramque autem denominationem sufficit Vbi Angelicum, simulcum coexistentia simultanea extrinseci corporis in eodem quasi spatio: nam primam denominationem habet Angelus ex modo illo intrinsecæ presentia; hanc vero ex coexistentia cum corpore, vt dictum.

¹⁵ Solum obicitur, ex hac sententia consequens esse, inter Angelos posse esse propinquitatem & distantiam, fundatam immediate in illis, sine intervenienti corporum: & similiter posse Angelum realiter distare a corpore, etiamsi neque Angelus sit incorpore, nec inter ipsum & corpus reale ac corporale spatium interiectum sit: quorum virtusque videtur absurdum. Quia spiritus est indivisibilis, ac proinde ex se non est capax distantiae vel propinquitatis: nec seclusa quantitate ullum reale intervallum, adeoque nec distantia realis intelligi potest.

¹⁶ Respondeo cum Suarez hic lib. quarto, capit. octavo, concedendo sequelam, & negando minorum. Quia per hoc, quod Angelus est indivisibilis entitas, solum efficitur, ut in seipso non possit, secundum aliam & aliam sui partem distare, sicut caput hominis distat a pedibus: nihil autem obstat, quo minus ab aliquo alio, sive corpore, sive spiritu, secundum se totum vere ac realiter distare possit, etiam nullo reali spatio interueniente. Id quod etiam in rebus corporeis variis exemplis demonstrari.

Nam parietes huius cubiculi V. G. non minus vere ac proprie inter se distarent, etiamsi aer intermedius annihilaretur, quam nunc distant. Et cœlum Empyreum ab inferno non minus distaret, quam nunc, etiamsi corpora omnia intermedia annihilarentur. Et si extra & super cœlum Empyreum, D E V S plures cœlos crearet, & postea medios annihilaret, supremum certe non minus distaret, quam ante annihilationem medium distabat. Sicut etiam distantia realis inueniretur inter duo puncta extrema distantium linearum vel corporum, & inter eadem permaneret, si separata & immota possent conservari. Ex qui-

bus efficitur, fundamentum proximum praesentiae, vel distantiae realis (accipiendo distantiam pro ipsa relatione distantiae, non pro intermedio spatio) non esse quantitatem corpoream, nec intermedium corpus, sed ubi reale & intrinsecum, sive corporale sit, sive spirituale ipsorum extremorum; ut pluribus ibidem persequitur Suarez. Neque tamen video concedendum, Angelum per se & ratione sui etiam habere posse situm: quia situs significat partium positionem in loco, seu modum ex tali partium positione in toto resultantem, qui non conuenit Angelis: ut nec sine respectu ad corpora, sive ad centrum vniuersi, supra aut infra esse dici possunt.

¹⁷ **Assertio V.** Causa vero & ratio quasi materialis & subiectiva, per quam Angelus immediate etiam est in loco, est ipsam entitas & substantialis perfectione, seu quasi quantitas quedam virtutis ipsius Angeli. Ita Molina, Suarez, & Gregorius de Valentia locis citatis; eademque plane est mens authorum, quinta sententiae, qui, ut dictum, non excludunt medium per modum formae, sed solum per modum subiecti. In quo etiam recte differimur constituant inter corpus & Angelum. Quia causa & ratio materialis, seu quasi subiectiva, per quam corpus circumscriptum est in loco, est quantitas corporeae, ut dictum: hanc vero non habet Angelus; sed habet tamen quasi quantitatem virtutis, in ipsam entitatis & substantialis positam, per quam fit, ut possit esse in tanto vel tanto loco; Ergo loquendo de causa & ratione quasi materiali & subiectiva, Angelus immediate per suam substantialiam, mediante tamen, ut dictum, per modum causae & rationis formalis ipso ubi intrinsecum eiusdem, est in loco. Et confirmatur ex dictis dubio primo. Nam & sua entitate ac substantialia necessario Angelus est in aliquo loco, seu diuisibili, seu indiuisibili: quantitate autem illa perfectionis substantialis fit, ut possit esse in tanto, & non in maiori loco, ut dictum.

¹⁸ **Assertio VI.** Loquendo de ratione, & causa extrinseca, existendi in loco, causa quidem efficientis principalis, vel est D E V. S., dum Angelum creat in tali loco; vel ipse Angelus, se si hoc aut illo loco constituens: secundaria per modum applicantis, est voluntas Angeli; hac enim pro arbitrio potest esse in hoc vel illo, atque etiam in maiori vel minori loco, intra latitudinem tamen loci adaequati: per modum vero exequentis, est ipsam potentiam motuam Angeli. Causa finalis est, aut quies in loco, aut etiam operatio aliqua transiens.

Vtraque enim de causa Angelus locum aliquem occupat V. G. cælum, ut ibi Dei fructione beatus & quietus degat; terram, ut ibi varia ministeria obeat, ut patebit quæstione sexta. Quæ omnia fere etiam notauit Molina loc. citat. & partim ex terminis patent; partim magis declarabuntur in sequentibus.

¹⁹ Ex quibus colligitur primo, quid de sententiis superioris relatis sentendum sit. Prima enim intellecta, ut sonat, eodem modo septima, plane falsa est, ex prima & tercia assertione. Secunda, tercua, & quartafalsa est, sive loquantur autho-

res illi (ut sane loquuntur) de ratione formalis, sive de ratione quasi subiectiva, per quam Angelus est in loco, ex assertione secunda & quinta: ad verum autem sensum possent reduci, si de causa extrinseca finali loquerentur; iuxta sensum assertoris sextæ: sed huc non responderunt citati authores; neque de hoc propriètate controverserunt. Si tamen, quod circa quartam sententiam retulimus, per potentialiæ applicacionem virtutis ad operandum, intelligatur ipsa locatio Angeli, quæ secundum suam substantialiam, praesentem seu indistantem constituit alicuius loco; quo fit, ut iam saltem possit in eo loco operari, non differet hæc sententia à nostra, nisi in modo loquendi, in quo tamen ipso & obscuritas, & minus propria loquendi ratio displiceret. Quinta sententia verissima est, iuxta sensum assertoris quintæ.

²⁰ Vbi præterea obseruandum, et si hoc loco quæstio sit, & controverseria, per quidnam proprie & formaliter Angelus sit in loco, quod quidem in primis ad ipsam causam seu rationem formalem, per quam Angelus est in loco, pertinet; nihilominus tamen id etiam referri posse, ad immediatam causam seu rationem subiectivam, hoc sensu, ut per eam dicatur Angelus esse formaliter in loco, non tanquam per causam formalem, sed subiectivam; adeoque ut vocula formaliter appellent verbum esse in loco, non ipsam rationem, per quam Angelus dicitur esse in loco. Sicut dicere possumus, corpus formaliter esse in suo loco per quantitatem, non quod quantitas sit ipsa ratio formalis existendi in loco, sed quod sit ratio immediata ex parte subiecti, per quam subiectum aptum est esse hoc modo in loco, & cuius per primo conuenit, eomo do esse in loco.

Hoc ergo sensu rectissime dicere potuerunt authores illi, Angelum formaliter esse in loco per suam substantialiam immediate, hoc est, nulla alia ratione ex parte subiecti, seu per modum causa subiectivæ mediante: cuius oppositum in corporibus accidit, ut dictum.

²¹ Sexta sententia nec ad mentem authorum quatuor posteriorum modorum, nec ad quæstionis statum, seu rem ipsam, de qua proprie quæstio est, fatis videtur respexisse: siquidem operatio ipsa aliiquid plane extrinsecum est Angelo; ac proinde per eam Angelus ipse proprie ac intrinsece non est in loco, nisi velut per causam quasi finalem, ut dictum. Octaua denique sententia coniuncta quinta nobis probatur, quam assertio. quarta & quinta probauimus & explicauimus, siquidem, ut dictum, quinta sententia octauæ minime aduersatur, sed plane cum ea congruit, iuxta diuersam acceptiōnem rationis illius, per quam Angelus est in loco, ut dictum.

²² Colligitur secundo, quid haec in re de sententia Sancti Thomæ iudicandum sit. Quamvis enim & ipse diversis locis, varie de hac re locutus sit, ut vidimus, & varie etiam ab eius lectoribus explicetur & defendatur, ut superioris quoque retulimus, considerando tamen postremam eius resolutionem, quam hic quest. 52. art. 1. in summa nobis

nobis exposuit, videri potest eius sententia, ab ea, quam explicauimus, re ipsa non valde esse aliena, neque forte nisi in modo loquendi differre. Ita enim loquitur ibidem: *Corpus est in loco per hoc, quod applicatur loco, secundum contatum dimensione quantitatis, que quidem in Angelis non est; sed est in eis quantitas virtualis. Per applicationem igitur virtutis Angelica ad aliquem locum qualitercumque, dicitur Angelus esse in loco corporeo.* Vbi per virtutem plane intelligit ipsam quantitatem virtualem (vt antea vocauerat) perfectio- nis substantialis, qua in Angelo est; & respon- det quadammodo quantitati corporis locati, vt ipse antea dixerat, & nos superius explicauimus assert. 5. Vnde etiam idem sanctus Thomas quæstione 53. articulo 2. ad 2. ait: *Dum Angelus mouetur, eius essentia (quam nimur antea di- xerat virtutem) applicari diversis locis.* Per applica- tionem autem illam qualitercumque, intelligit ipsam præsentiam seu ubi locale, à quounque deum causatum, seu quounque modo quoad cætera, nimur secundum operationem, aut quietem, se se habens: et si idem sanctus Thomas in 1. sent. loco citat plane videatur sensisse, Angelum formaliter non esse in loco, nisi per operationem aliquam transeuntem; sine qua etiam cum nullibi futurum dixerat, vt supra retulimus dubio 2. assert. 2. Quomodo autem cum sententia hoc modo explicata, coherent ea, quæ idem sanctus Thomas quæstione 52. articulo 3. docet, non posse duos Angelos simul esse in eodem loco, fateor difficile esse explicare: tamen si hæc difficultas in omni fere etiam sententia, sive explicatione sancti Thomæ locum habeat; si quidem etiam eius discipuli fatentur, ex mente sancti Thomæ non esse opus actuali operatione, vt Angelus sit in loco; sed sufficere applica- tionem qualecumque; multo minus opus erit, vt tanquam causa totalis operetur in loco. Ad quem modum etiam Molina quæstione 53. articulo 1. contra Thomistas satis ostendit, ea, quæ de loco, & motu locali Angelii, ex mente sancti Thomæ, vt putant, ipsi afferunt, non satis inter se cohærere. Sed hac de re plura dubio 6.

D V B I V M I V.

*Vtrum Angelus simul posset esse
in pluribus locis; & an ne-
cessario sit in loco sibi adæquato,
& quanto, quone modo figu-
rato.*

S. Thom. I. p. q. 52. a. 2.

Considerata quasi substantia ipsius loci, seu ubi localis Angelici, sequitur vt eius quantitatem inuestigemus, sive discretam, in multi- tudine locorum inter se non coniunctorum pos- sitam, sive quasi continuam, in certa vniuersi loci

magnitudine consistente, cui simul etiam man- nœxa est consideratio de figura loci Angelici.

Assertio I. Angelus naturaliter non potest esse in locis pluribus separatis & dissitis, adæ- quatis. Ita Theologomnes, cum Magistro in distinzione 2. & sancto Thome hic quæstione 52. articulo 2. Ratio est. Quia locus adæquatus dicitur ille, qui adæquat ipsam vim existen- di in loco ex parte locati: Ergo si Angelus habeat locum adæquatum, impossibile est, vt maiorem locum occupet; & per consequens etiam multo magis, vt locum alium plane distinctum, & separatim occupet; quia plus est occupare lo- cum alium plane dissitum, quam locum maiorem propinquum & contiguum, sive continuum. Quare hoc ipso, quod Angelus naturaliter est, & ponitur in locis pluribus, sive coniunctis, sive dissitis, fieri non potest, vt illius ex illis sit adæquatus.

Assertio II. Sed neque Angelus naturaliter esse potest in locis pluribus separatis & dissitis, etiam inadæquatis. Hæc assertio est contra Ferrariensem 3. cont. gent. cap. 68. & Caieta- num hic cit. quæstione 52. articulo 2. qui docent Angelum posse esse in locis diversis etiam dissitis, ita tamen ut si contigua fierent, aut continua, unum locum adæquatum non excederent. Quod ferè etiam docuit Dionysius Cisterciensis in 2. distinzione 6. quæstione 1. articulo 1. nec dissen- tire videtur Marsilius in 2. quæst. 2. articulo 2. & fauent Scotus in 2. distinzione 2. quæstione 7. & Gabriel quæstione 2. articulo 3. dub. 3. qui docent, nihil in alterutram partem certi affirma- ri posse.

Sed nostra assertio est communior Theolo- gorum; quam in primis tradere videatur sanctus Thomas citat. quæstione 52. articulo 2. Cum e- nimir ex instituto rem hanc ibidem disputet, nunquam tamen concedit, Angelum esse posse in pluribus locis dissitis; sed potius negat, vt ex solutionibus argumentorum cum ipsiis argumen- tis collatis patet. Idem sentiunt Alesius 2. part. quæst. 32. mem. 3. Bonaventurain 2. dist. 2. p. 2. artic. 2. quæst. 2. Egidius artic. 2. quæst. 2. Ar- gentina in 1. dist. 37. q. 1. artic. 2. Richardus a. 2. q. 3. & Ockam quodlib. 1. quæst. 4. dum abso- lute afferunt, Angelum non posse esse in locis di- versis simul. Ex recentioribus vero idem aperte docent Molina hic q. 52. a. 2. Vasquez disp. 190. cap. 3. Suarez hic lib. 4. cap. 10.

Nec dissentit Gregorius de Valentia quæst. 3. pun. 3. Quamvis enim absolute afferat, posse Angelum esse in pluribus locis sua perfectioni inadæquatis, intelligit tamen de locis pluribus coniunctis, vt mox exemplo animæ rationalis declarat. Et forte etiam Caietanus, & Ferrariensis, cum docuerint Angelum tantummodo esse in loco ratione operationis tran- seuntis, solum intelligunt, Angelum intra latitudinem vniuersi loci adæquati, operari posse in partibus dissitis, & dissitis, non ope- rando in spacio seu locis intermedijs; quod verissimum est, & nostræ assertioni minime ad- versatur, vt bene Suarez ibidem. Squidem hæc

operatio est illi plane arbitaria; & sicut
potest nihil plane operari in toto loco, ita po-
test suo arbitratu in his vel illis locis, etiam
inter se dissitis operari; cum secundum suam
substantiam aquae ponatur praesens omnibus.

Ratio vero assertoris est. Tum quia haec videtur communis proprietas rerum, ut uno tempore non possint habere, nisi unicum ubi seu locum, non plures dissitos & separatos; ut inductione ex omnibus alijs rebus creatis patet; & maxime exemplo anima, quoniam non potest plures corporis partes inter se plane discontinuas informare. Tum quia alioqui sequeretur, Angelum posse esse in locis pluribus, quamuis maxime distantibus, ut simul in celo & in terra, quod tamen ex scriptura & SS. Patribus refellitur; qui propterea docent, Angelum certe loco definiri & circumscribi, ut dictum dubio i. Optime Didymus lib. de Spiritu sancto: *Angelus inquit, qui aderat Apolo in Asia, non poterat adesse alii in ceteris partibus mundi constitutis.* Et Damascenus libro secundo fid. cap. 3. dicit Angelos, ubi imperatum fuerit, illic spiritualiter adesse, & operari, neque eodem tempore hic, atque illic esse, atque operari posse. Et rursus: *Circumscripti quidem, inquit, sunt: n:que enim in celo versantur, cum in terra sunt, neque cum a DEO ad terram mittuntur, in celo remanent.* Neque ullum argumentum suppetit in contrarium, quod vim habeat.

Affertio III. Locus tamen adæquatus Angelis non est punctum indivisiabile; sed locus quantum: ac proinde Angelus non est necessario in puncto aliquo solum indivisiibili; sed potest per suam substantiam immediate præsens esse in loco aliquo quanto; adeoque etiam simul indivisiabiliter in pluribus partibus eiusdem loci continui. Ita communis Theologorum cum Magistro & sancto Thoma locis citatis, et si quidam olim fuerunt, qui cum existimarent, Angelum habere se per modum puncti, dixerunt, eum simul non posse esse nisi in loco punctuali, seu puncto indivisiibili, vt refert & refellit sanctus Thomas citat. questione 52. articulo 2. sed hi, inquit, manifeste decepti sunt. Nam punctum est indivisiibile abens situm (hoc est indivisiibile quantitatis positionem in ea habens, velut terminus eius indivisiibilis) sed Angelus est indivisiibile (altiori modo) ex ratione quantitatis & situs existens: unde non est necesse, quod determinetur ei unus locus indivisiibilis, secundum situm; sed vel duobus, vel indivisiibilis, vel maior, vel minor, secundum quod voluntarie applicatur suam virtutem ad corporis maius vel minus. Ita sanctus Thomas. Ratio est ergo. Quia et si Angelus est indivisiibilis entitatue, habet tamen vim extendi indivisiibiliter, in spatio seu loco etiam quanto & extenso; vt etiam anima rationalis, et simul indivisiibiliter informat totum corpus; adeoque plures partes corporis, continuas, & in codem spatio continuo. Idem aucto magis patet in D E O: quamvis & hic tique secundum entitatem plane indivisiibilis.

Assertio I V. Locus adæquatus Angeli secundum magnitudinem diuersus est; pro diuer-

sitae perfectionis substantialis & naturalis ipsius
Angeli: ita ut sit vel maior, vel minor, prout
Angelus ipse secundum naturam maioris aut
minoris est perfectionis: cumque locum Angelus
naturaliter non potest excedere. Ita communis
ibidem Theologorum cum Magistro, & sancto
Thomalociscitatis. Ratio est. Quia sicut in cor-
poribus locus adaequatus commensuratur quanti-
tati molis corundem corporum; ita in sub-
stantijs spiritualibus commensuratur quantitate
virtutis, seu perfectioni spirituali earundem;
non quidem supernaturali; siquidem esse in lo-
co est proprietas solum naturalis, natura prior
omni perfectione supernaturali; Ergo naturali.
Et quia locus adaequatus adaequativm seu facul-
tatem existendi in loco ipsius locati; fieri non
potest, vt locatum naturaliter cum locum exce-
dat, vt dictum assert. I. Et confirmatur. Quia est
alicuius perfectionis tantum locum occupare;
Ergo occupare maiorem, requirit maiorem per-
fectionem, loquendo scilicet de loco adaequa-
to.

Assertio V. Probabilius tamen est, posse Angelum non solum secundum operationem, (de quo non est difficultas, nec controversia) sed etiam secundum suam entitatem & substantiam, intra latitudinem loci adaequati, suo arbitratu esse in loco maiori, vel minori; & hoc quidem in infinitum syncategorematicum. Hęc est plane mens sancti Thomas citata. questione 53. articulo 2. in verbis antea relatis; coniunctis simul cum questione 53. articulo secundo ad 2. quamenim priore loco vocat applicationem virtutis, posteriore vocat applicationem essentie, vel etiam dictum dub. praeced. Idem docent Bonaventura in secundo, distinctione 2. articulo 2. questione 3. ad 3. Ariminensis distinctione 2. articulo 2. Gabriel questione 2. articulo 3. dub. 2. Maior questione 9. Richardus in 1. distinctione 37. articulo 2. questione 2. Egidius articulo 1. questione 2. Ockam quodlib. 1. questione 4. Marsilius in 2. questione 2. articulo 2. & ex recentioribus Caetanus aliquip Thomistę citat. questione 52. articulo 2. Molina ibidem, Suarez hic libro 4. cap. 11. adeoque communis Theologorum, contra Hibernicum quandam, relatum apud Gregorium Ariminensem loco citat. & contra Gregorium de Valentia q̄st. 3. pun. 3. qui putant, Angelum secundum suam entitatem necessario esse in loco sibi adaequato, ita ut nec in maiori, nec in minori modo esse possit: item contra Scotum in 2. dist. 2. qui partim rem hanc omnem censet esse incertam; partim esti concedat eum posse esse in loco minori, negat tamen, posse esse in loco minori infinitum; cui fere etiam consentit Vasquez disp. 191. qui putat, saltem de hoc in neutram partem nobis quicquam constare..

Ratio assertionis est. Primo enim Angeli substantia ex se ipso non est magis determinata ad certam quantitatem loci, quam anima humana; siquidem ille minus quodammodo dependens est a loco quam anima: hæc autem potest naturaliter esse in loco

minori, quam sit eius locus adæquatus: nam infantis anima per nutritionem & augmentationem paulatim acquirit maiorem locum quam habuerat antea; Ergo & Angelus naturaliter potest esse in loco minori, loco eius adæquato. Deinde ut Angelus naturaliter sit in loco minori, quam sit locus eius adæquatus, id prouenire non potest ex aliqua dispositione corporis, cui coniunctus sit, vel in quo tanquam in loco insit, cum à nullo tali corpore vel dispositione pendeat; & hac etiam ipsa re ab anima corpus informante differat, quæ quoad informationem, & per consequens etiam quoad loci maioris vel minoris occupationem, pendeat à magnitudine corporis, quod informat. Nec vlla alia causa extrinseca potest assignari, à qua Angelus quoad hanc rem dependeat; Ergo pendet id solum ex arbitratu Angeli; ac proinde poterit in suo arbitratu esse in loco minori. Denique in Angelo cessat ratio, ob quam anima rationalis non potest esse in loco minori & minori in infinitum: ea siquidem ratio est, quod anima quoad informationem pendet à certa quantitate corporis, velut à necessaria dispositione, sine qua non potest corpus informare, quæ ratio in Angelo non habet locum, vt patet: nec vero vlla alia causa potest assignari, quæ certum paruitatis terminum Angelo præfigat; cum sit ens spirituale, quod ex se totum in qualibet minimâ parte loci aptum est existere. Ergo potest, non solum in loco minori, quam sit locus eius adæquatus, naturaliter, idque suo arbitratu existere; sed etiam in minore ac minore in infinitum syncategorematice, supposita saltem communi philosophia de diuisibilitate quanti in infinitum. Accedit quod Angelus suo arbitratu hunc vel illum locum occupat; neque est quicquam quod illum necessitat, ad substantiam suam toti loco adæquato applicandum: Ergo suo arbitratu potest in loco minori se constitutre. Denique difficulter alias intelligi posset, quomodo tot aliquando mali spiritus V. G. integra legio, in uno eodemque homine, existent.

Nec obstat, quod corpus naturaliter non potest minorem locum occupare, quam sit locus ipsius adæquatus. Præterquam enim quod hoc negari posset, si de ipsa per se corporis substantia agatur, etiam ut hac vel illa quantitate affectum est: siquidem per rarefactionem aut condensationem manente etiam eadem quantitate, vt habet communior Philosophia, re ipsa corpus naturale, occupat maiorem, vel minorem locum sibi adæquatum; simil etiam diuersa est ratio corporis & Angeli. Corpus enim sicut per ipsam quantitatem in loco est, ita etiam si non ipsa per se quantitate, certe tamen ipsa actuali extensione quantitatis, determinatum est naturaliter ad locum huic extensiōne æqualem occupandum. Angelus vero nec quantitate, nec quantitatis extensione est in loco; ac proinde nec hac de causa, nec ex vlla alia causa, naturaliter determinatur, ad certam loci quantitatem, intra latitudinem loci

adæquati occupandam; sed eam suo arbitratu sibi libere determinat.

Assertio VI. Non repugnat etiam Angelo, ex parte ipsius, esse in solo puncto indivisiibili. Hæc assertio est contra Alensem 2. part. quæst. 32. memb. 3. Bonauenturam in 2. distinctione 2. articulo 2. questione 3. & Bassolem questione 4. articulo 2. Egidium in 2. distinct. 37. part. 2. articulo 1. questione 2. qui etsi admittant puncta indivisiabilia, putant tamen, in puncto Angelum esse non posse: quibus fauent Scotus in 2. distinct. 2. quæst. 6. & Vasquez disputat. 192. cap. 2. qui rem dubiam relinquunt. Omittit Gabrielem, Ariminensem in 2. distinctione 2. Maiorem ibid. quæst. 9. Marsilium quæst. 2. art. 2. Ockamum quodlib. 1. quæst. 4. & alios, qui cum negent talia puncta dari, etiam negant, Angelum in puncto esse posse: sed ij, quia præfens quæstio procedit facta suppositione eorundem, vt recte Vasquez citat. disp. 192. cap. 2. propriè huic assertioni non aduersantur. Eam vero tradunt S. Thomas quæst. 52. art. 2. & in 1. distinct. 37. quæst. 3. art. 2. item Capreolus, Cajetanus, Ferrarensis, Molina locis citatis, Suarez cap. 11. numero 23. item Bannes, Zumel, aliquæ Thomistæ recentiores communiter cit. a. 2. qui absolute etiam sentiunt, eiusmodi puncta indivisiabilia re ipsa dari.

Ratio est. Tum quia Angelus, quoad vbi sum intrinsecum, à nullo penitus loco extrinseco dependet, vt supra dub. 2. dictum. Tum quia Angelus indivisiibiliter in loco suo existit; & potest esse naturaliter in loco quovis minore minimo naturali: Ergo ex se ei non repugnat, etiam esse in loco quasi punctuali seu indivisiibili. Et confirmatur. Quia Angelus existens in loco quanto & diuisibili re ipsa totus indivisiibiliter est etiam in punctis quibuslibet ipsius loci continui; si modo eiusmodi puncta dentur: alias enim non habet præsentiam continuam in toto loco, sed discretam & interceptam punctis seu lineis indivisiabilibus: Ergo non repugnat ei ex se esse in puncto indivisiibili: ac proinde cum modus existendi in loco, quoad paruitatem & magnitudinem, (intra latitudinem loci adæquati) pendeat ab eius voluntate, poterit suo arbitratu etiam esse in punctis indivisiabilibus, si ea dentur. An vero absolutè hæc puncta dentur, disputauimus supra disp. 2. q. 4. dub. 2.

Assertio VII. Angelus non deposit sibi certam figuram loci; sed per se loquendo, atque intra certos terminos, potest quemvis locum cuiuscunque figuræ occupare. Ita communis Doctorum locis citatis, contra Hibernicum superius citatum, qui solus oppositum docuit, ratus Angelorum locum esse figuræ circularis tantum. Ratio assertionis est. Quia cum Angelus sit spiritualis substantia, nullum habens situm quantitativum in loco, nec ab vlla corporea dispositione pendeat, non est cur hanc potius, quam aliam figuram loci postuleret.

Sed obijicitur ex Scoto, citat. 2. sent. distinct. 2. quæst. 6. hoc argumentum. Si enim Angelus

non requirit ex se certam figuram loci, tunc poterit etiam esse in quolibet quadrangulo, aquiloco ipsius adaequato, ac proinde in quolibet angustissimo quadrangulo, etiamsi magis semper ac magis (etiam in infinitum usque syncategoreticamente) coarctetur, & in angustum, manente eadem magnitudine, contrahatur: Ergo etiam fieri poterit naturaliter, vt sit in aliquo loco angulari angustissimo, qui hinc a celo ad terram usque pertingat & extendatur, quod tam est contra scripturam, & SS. Patres, ex quibus colligitur, Angelos non posse naturaliter simul esse in celo, & in terra; sed malos ex celis ad terram & infernum fuisse deturbatos; bonos autem ex celo, & ad celum libere commicere. Consequentia vero probatur, ex demonstratione Euclidis 25. lib. I. ex quo constat, omne illud quod potest esse in aliquo loco sibi adaequato, posse esse in omni alio loco eidem aequali, modo figura eius non repugnet locato: quadrangulum autem quodlibet, et si bipedale tantum, potest, manente eadem magnitudine, ita coarctari, vt longitudine celum & infernum, & quodvis spatium finitum excedat; cum in infinitum syncategoreticamente fieri possit, & angustius, & longius: Ergo si Angelus potest esse in quolibet loco cuiusque figura puta quadrangularis, etiam naturaliter fieri poterit, vt Angelus simul sit in celo & in terra. Idemque argumentum fieri potest de figura elliptica, aut etiam triangulari, & similibus.

16

Propter hoc argumentum Scotus loco citat, Angelum non posse esse in loco minori & minori in infinitum; adeoque nec in quadrangulo arctiori & arctiori in infinitum. Sed hoc primum superius assert. 5. reieciimus. Deinde non satisfacit arguemento. Quia non ideo Angelus esset absolute in loco minori; cum quadrangulum ita arctatum & extensum, non sit minus quadrangulo altero habente latera ampliora, ut supponitur. E contrario Maior loco citat, non habet pro absurdo, quod infertur, nempe Angelum naturaliter in celo & in terra esse posse, modo dicto. Sed contra communem; nec satis consonem Patribus, vt dictum. Caietanus vero citat, questione 52. articulo 2. Gregorius de Valentia questione 3. pun. 3. & Vasquez disputat. 191. cap. 3. respondent, propositionem illam Euclidis procedere de corporibus, non de spiritibus: nec tamen ullam rationem propriam & formalem diuersitatis assignant. Et quamvis directe quidem Euclides solum loquatur de corporibus, nil tamen obstat, quod minus ea doctrina etiam spiritibus possit applicari, nisi ratio diuersitatis assignetur: alias enim ex ipsis quasi terminis vniuersalibus & communibus substantia tam corporeæ, quam incorporeæ, verum habet terminum magni-

17

Respondeo igitur cum Molina questione 52. articulo 2. (quem sequitur etiam Suarez hic libro 4. cap. 11. numero 20.) pronunciatum illud formaliter & vniuersaliter procedere, de quilibet, quæ non habet terminum magni-

tudinis, nec secundum longitudinem, nec secundum ullam aliam dimensionem. Angelus vero, vt ex scriptura, & Patribus colligitur, habet certum terminum magnitudinis secundum longitudinem, & latitudinem: ita, vt quamvis Angelii locus non sit necessario sphæricus, tamen eius magnitudo adaequata secundum extensionem sphæricam sit computanda; vt scilicet possit quidem esse in quolibet loco cuiuscunq[ue] figura, qui intra talem sphæram continetur, sed non tamen in loco aliquo secundum ullam dimensionem excedente talem sphæram. Quod non aliunde, quam ex scriptura, & Patribus, velut à posteriori colligitur, vt dictum. Accedit ratio congruentia. Quia cum sphærica figura sit perfectissima, recte per comparationem ad illam, spatium & extensio loci Angelici determinatur: sicut etiam terminus actiuitatis agentium naturalium secundum extensionem sphæricam determinatus est, vnde etiam vocatur sphæra actualitatis. An vero Angelus in nullo penitus loco esse possit, dictum est dub. 2.

DV BIVM V.

Vtrum plures Angelii naturaliter simul esse possint in eodem loco; & quidem etiam adaequato.

S. Thom. 2. p. q. 52. a. 3.

NON est sermo de loco communi, in hoc enim plures simul esse posse constat; V. G. in celo; sed de proprio. Et triplex est hac de re Doctorum sententia. Prima absolutè negat, plures Angelos simul esse posse naturaliter in eodem loco. Ita sanctus Thomas in questione 52. articulo 3. in corp. vbi. concludit: *Cum Angelus dicatur esse in loco, per hoc, quod virtus eius immediate contingit locum, per modum continentis perfecti, non potest esse nisi unus Angelus in uno loco.* Et resp. ad 1. absolute negat, plures Angelos esse in uno loco posse. Idem docent Bonaventura in 2. distinctione 2. part. 2. articulo 2. questione 4. Richardus in primo distinctione 37. articulo 2. questione 4. Aegidius eadem distinctione parte 2. articulo 1. questione 3. Capreolus in 2. distinctione 2. questione prima articulo 1. & Bassolis questione 4. articulo 4. Qui tamen diuersis nituntur fundamentis. Sanctus Thomas quidem; quia Angelus non est in loco nisi per applicationem sui, sive virtutis sua ad operandum operatione transeunte, idque in ordine causæ secundæ, per modum causæ totalis & perfectæ; fieri autem non potest, vt sint plures causæ totales eiusdem generis & ordinis, respectu eiusdem effectus. Bonaventura vero, quia est hoc non repugnat secundum particularem naturam rei spiritualis, putat tamen repugnare ordinis & debitæ dispositioni totius

vniuersali

vniuersi, sicut vacuum, &c. Richardus vero, quia non potest, inquit, unus Angelus penetrare alium; quæ autem simul sunt in eodem loco, se penetrant. Et in eundem fere sensum Bassolis ait, hoc est, supra carsum & modum naturæ: Et quia alias entiam infiniti essent, possent esse in eodem loco adæquato.

Secunda sententia priorem sancti Thomæ sententiam varijs modis limitat; nimur ut intelligatur 1. Juxta ordinatum operandi modum, maximè conuenientem naturæ Angelicæ. 2. de existentiæ in eodem loco adæquate. 3. de existentiæ in loco secundum eandem operationem. Ita Ferrariensis 3. cont. gent. cap. 68. Caietanus hic citat. questione 52. articulo 3. & Thomistæ recentiores communiter; qui cum nolint aperte recedere à sancto Thoma, generalem eius doctrinam ad modum explicitatum limitant, & tenuerunt; cum tamen sanctus Thomas, ut vidimus, non minus vniuersaliter fuerit locutus, quam ceteri Authores primæ sententiaz. Est igitur Thomistarum recentiorum sententia, absolute, quidem posse Angelum esse in eodem loco, saltem inadæquate; quia potest esse causa partialis duntaxat alicuius operationis transcensus; V. G. motus localis; et si hoc sit quasi præter consuetum modum operandi ipsius Angeli: item posse esse plures in eodem loco etiam connaturaliter, & consentaneæ suæ naturæ, secundum diuersas operationes: ita ut unus moueat motu circulari, alijs motu recto; vel vterque motu recto, sed disparato vel opposito V. G. in orientem simplicitet, in occidentem secundum quid; vel ut medijs causis secundis viris lumen, alijs calorem in eodem subiecto, V. G. in aëre ad præsepe CHRISTI producat, &c. At vero non posse plures Angelos esse adæquate in eodem loco; saltem per eandem, operationem; neque, etiam inadæquate secundum consuetum & ordinarium modum operandi Angelorum: eo quod ipsis conformatum quodammodo sit, esse causas totales, non partiales eiusdem effectus.

Tertia sententia simpliciter affirmat, posse naturaliter plures Angelos esse in eodem loco extrinseco: quam tanquam veriorem sequentibus assertiōibus declaramus:

Assertio I. Non possunt plures Angelii habere idem numero vbi intrinsecum, sive in eodem, sive indiueris locis. Hæc assertio est extra controversiam: & patet ex dictis dubio 2. Nam ubi hoc intrinsecum identificatur cum ipso subiecto in quo est, & ab eo solum modaliter distinguitur: sicut ergo ipsæ persona Angelorum non possunt inter se identificari, ita nec vbi hæc corundem intrinseca.

Assertio II. Possunt tamet plures Angelii naturaliter simul esse in eodem spatio, seu loco extrinseco inadæquato, per immediatam presentiam seu indistinctam substantiaz suæ. Ita, absolute docent Scotus in 2. distinc. 2. quæst. 8. Gabriel quæstione 2. articulo 3. dubio 2. Ariminiensis quæst. 3. Maior quæst. 10. Marsilius in 2. quæst. 2. articulo 2. Ockam quodlib. 1. q. 4.

& ex recentioribus Gregorius de Valentia quæst. 3. pñ. 4. Molina quæst. 52. articulo 3. Vasquez, disputat. 193. Suarez hic libro 4. cap. 9. qui contra Caietanum & Ferrariensem recte addunt, id nec superuacaneum, nec ratum, nec consueto modo agendi Angelorum saltem indeterminate loquendo, aduersum esse. Probatur ex dictis dubio 3. Angeli enim sunt in loco propriè per suam substantiam; & cum sint expertes quantitatis & molis corporeæ, non habent repugnatiæ, quo minus simul intima præsens existant in eodem loco seu spatio; idque etiam Angeli in infinitum syncategorematicè multiplicantur; quantum quidem est præcisæ ex natura & physica consideratione Angelorum: sive hæc mutua & intima eorundem præsens in eodem loco seu spatio dicenda sit propria penetratio, sive non; de quo solum potest esse quæstio nominis: cum addito certè dici potest, quæst. penetratio: frustraque dicitur, id aut ordini vniuersi, aut naturæ rerum repugnare; quando id nulla potest ratione probari. Ex quibus etiam patet solutio ad singula fundamenta authorum prima sententia. Et confirmatur assertio. Tum quia Angeli per præsentiam suæ substanzæ simul sunt cum anima humana in eodem corpore obsesto. Tum quia ex scriptura, & historiis constat, aliquando in gentem multitudinem dæmonum obfidevnum & idem corpus, ut de legione patet Luc. 8. Neque est credibile, singulos tunc esse in diuersis partibus corporis.

Assertio III. Etiam Angeli solum per operationem, vel applicationem ad operandum, essent in loco, adhuc tamen nihil obstat, quod minus etiam naturaliter & conuenienter esse possent in eodem loco; tam per eandem, quam per diuersas operations. Ita recentiores citati pro præcedente assertione, contra Caietanum, &c. alios. Probatur & declaratur. Quia esto naturaliter fieri non possit, ut idem effectus prodeat à duabus causis totalibus eiusdem ordinis & generis, tamen in eodem corpore duo Angeli efficeri possent tum diuersos effectus, ut superius dictum, & satentur Thomistæ; tum etiam ut causæ partiales eundem effectum V. G. eundem motum, cum tanta celeritate, quanta ab uno solo effici non possit, ut recte Molina, Vasquez & alij. Neque id tunc esset superuacaneum, aut ullomodo inconveniens, sed necessarium, ex suppositione, talis effectus. Ut si olim ædes V. G. Lauretanæ esset suo loco mouenda, & in alium locum transferenda, tanta cum celeritate, quantam vnicus Angelus efficerendū posset; hoc enim non est impossibile: Siquidem Angelorum vis & facultas moriua est determinata & finita, tum respectu mobilis, tum respectu celeritatis in motu, ut quæstione 5. dicetur. Et sane vtrique de causa fatendum, argumentationem S. Thomæ superius pro negatiua parte allatam, non esse firmari.

Assertio IV. Vtrum Angelii plures possint esse in eodem loco adæquato, ex eo pendet, abundantur plures Angelii eiusdem speciei & perfectionis: Verius est, absolute posse. Ita Molina

alijque ferè recentiores citati, assert. 2. Ratio sumitur ex dictis dub. 4. Quo enim quisque Angelus perfectior est, eo locus cuiusque adæquatus maior est: Ergo fieri non potest, ut plures sint in eodem loco adæquato, nisi sint eiusdem speciei & aequalis perfectionis; id verò ita esse ex veriori dictum est quest. 1. dub. 5. Vnde consequenter facile suadetur aequalitas perfectionis secundum vim occupandi locum. Quanquam Gregorius de Valentia loco citat, putet etiam ob solam differentiam numericam fieri non posse, ut plurum Angelorum idem sit locus adæquatus; quod non credo; idque exemplo corporum, & ni fallor etiam animarum, satis refellitur. Atque hæc est vera resolutio de loco adæquato: huius enim rationem non esse petendum ex eo utrum Angelus totu[m] conatu, aut omni quam habet vi operandi, se se ad locum applicet, ex eo facile probatur, quia hac ratione semper Angeli essent imperfecte & incomplete, seu inadæquate in loco; quia nunquam aut vix vñquam operantur in loco quantum possunt; siquidem aut plura, aut idem, maiori vi & celeritate operari absolute possent, siue loquamus de Angelis existentibus in celo siue in inferno, vel in corporibus obsecisis, &c. vt bene Suarez cit. cap. 9. num. 13.

Ex quibus etiam colligitur, non solum naturaliter posse Angelos modo explicato esse in eodem loco, sed quantum est ex naturis rerum, etiam nihil obstat, quo minus ita re ipsa plures sint simul in eodem loco. An verò Angeli boni, quasi ciuitatis & mutua reverentiae ac honoris causa, vbi nulla peculiaris causa vel necessitas virget, sibi locum quasi cedant, sicut inter homines assolent, & de animabus sanctis non nulli docuerunt, incertum est, & liberum est cuique ut volet sentire. Probabile tamen est, quod docet Suarez, numero 7. fortasse sanctos Angelos in celo Empyreo non esse plures simul in eadem parte cœli, propter maiorem pulchritudinem & ornatum: secus fortasse accidere in malis Angelis inhabitantibus infernum; vbin nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

D V B I V M VI.

An, & qua ratione Angelus posset moueri localiter, & quid motus localis ei superaddat, aliquidne intrinsecum, an potius solam denominationem extrinsecam.

S. Thom. 1. p. q. 53. a. 1.

Assertio I. Angeli possunt vere moueri localiter. Ita communis & certa Doctorum sententia cum Magistro in 1. distinctione 27. vel in

2. distinctione 2. & 6. & cum sancto Thoma hic questione 53. articulo 1. quicquid Durandus in 1. distinctione 37. part. 2. questione 1. & 2. itemque Heruæus tract. de motu Angelii questione 1. articulo 1. & 2. negarint, Angelum vere moueri localiter: ille quia Angelum secundum substantiam putauit esse ubique; hic quia putauit Angelos non vere esse in loco; quorum utrumque supra dub. 1. refutauimus. Probatio patet ex assertione sequenti. Quod autem S. Thomas 3. cont. gent. cap. 102. & Ferratiensis ibidem indicant, incorporalia proprie moueri localiter non posse, id de motu secundum locum, physicum accipientium est. Esti Molina hic qu. 53. art. 1. contra S. Thomam ibidem, & q. 52. art. 1. assertit, sicut vbi Angelicum, ita etiam motum localem Angelii, vniuoce conuenire cum vbi & motu locali corporum; illumque ponit in predicamento vbi, hunc vero in prædicatione quantitatis; de quo viderint Philosophi.

Assertio II. Angeli effectiæ à seipsis & proprijs naturæ viribus moueri possunt localiter. Ita communis etiam & certa Doctorum, cum Magistro & S. Thoma locis citatis; recteque confess Suarez hic lib. 4. cap. 18. num. 3. id absque errore negarion posse; quicquid Capreolus in 1. dist. 6. q. 1. a. 1. neget, posse Angelum seipsum moueri, nisi per accidens: & quicquid etiam dubium hac de re locutus fuerit Ariminensis in 2. dist. 6. q. 1. art. 4.

Probarunt assertio primo aperte ex scriptura, quæ non solum motum localem Angelo tribuit, sed eum etiam ijs verbis exprimit, quæ docent, eum à principio naturali & vi intrinsecâ ipsius Angelii prouenire. Sic enim Iob. 2. v. 2. Satanus dicitur circumfere terram, & perambulasse eam Luc. 1. v. 26. Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileam. Et v. 28. Et ingressus ad eam dixit. Et v. 38. Et discessit ab illa Angelus. Luc. 8. v. 32. Et rogabant (legio demonum) Christum, ut permitteret eis in porcos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo demones ab homine, & intrauerunt in porcos. Eodem modo Martini 1. Luc. 4. Act. 8. Ioann. 1. & 5. exire dicuntur ex corporibus obsecisis. Item Matth. 28. v. 1. Angelus dicitur descendisse de celo, & Ioann. 5. v. 4. in piscinam. 1. Pet. 5. Circuit quarens quem deuoret. Optimus etiam est locus Matth. 12. a. v. 43. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quarens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam, unde exiui. Et veniens inuenit vacantem, scopù mundatam, & ornatam. Tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum nequirores se, & intrantes habitant ibi. Plura similia passim occurunt.

Secundo probatur ex SS. Patribus. Dionysius cap. vlt. de cœl. hier. dicit, Angelorum pedes depingi latos, propter motus celeritatem. Tertullianus apolog. cont. gent. cap. 22. Omnis, inquit, spiritus ales est; hoc Angeli & demones; igitur momentu ubique sunt. Gregorius Nazianzenus orat. 34. siue 2. de Theolog. Loca omnia peragunt, omnibusque impigne adiungunt, tum ob ministerium promiscitudinem, tum ob naturale uitatem. Hieronymus epist.

epistol. 53. contra Vigilantium docet, Angelos vbique praesto esse; propter natura sua celeritatem. Damascenus lib. 1. de fid. cap. 17. ait: *Angelus ob natura perniciem, et quia prompte ac celeriter transit, in diversis locis operatur.* Similia habent Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancti. Chrysostomus homil. 3. in epist. Hebr. Gregorius homil. 34. in Euang. Bernardus in serm. in Cant. & alij.

Tertio probatur assertio ratione. Tum quia Angeli cum sint spirituales substantiae, non dependent ab uno loco; & cum nobiliores sint quam corpora, multo magis quam ista, mouere se poterunt; cum in substantijs finitis, que vbique non sunt, sit cuiusdam perfectionis posse alia & alia loca occupare, & ad eas mouere. Tum quia multo probabilius est, etiam animam rationalem separatam posse naturaliter seipsum mouere: tametsi Valsquez disp. 194. num. 8. putet, hoc ex doctrina Patrum, & scripturæ, non ita compertum esse. Certè quidem etsi de fide sit, Christi animam etiam quoad substantiam descendisse ad inferos, non tamen ex fide constat, hoc naturali, & non supernaturali virtute anima factum. Quod autem Durandus in 1. dist. 37. part. 2. q. 1. ad 6. & in 3. dist. 2. q. 3. num. 5. ait, animam separatam secundum se nullibi esse, & in inferno aut purgatorio solum per deputationem adesse, recte errore vocavit Valsquez disput. 194. cap. 2. de quo alibi.

Assertio III. Angelus seipsum per se mouet, & non solum per accidens. Ita communis Doctorum loc. cit. saltē eo casu, quo Angelus seipsum absque corpore, quod secūlū deferat, mouet, quamvis assertio etiam extra hunc casum procedat, vt dicimus. Est autem assertio contra Capreolum. loc. cit. qui yniuersim assertit, solum per accidens Angelum se mouere posse: quasi nimurum Angelus per se solum possit mouere corpus; à corpore vero ex consequenti, & per accidens simul quasi trahatur; perinde ac si quis in curru sedens directe & per se moueat currum, & ex consequenti seipsum, vel sicut anima directe mouet corpus, se vero solum per accidens una cum corpore. Quod sane non videtur probabile, vt bene Suarez hic cit. cap. 28. cum alijs citandis pro assert. 5.

Probatur assertio. Tum quia Angelus, siue est in loco per suam substantiam, etiam si in eo nihil efficiat, ita potest se loco mouere, etiam si nullum corpus moueat. Tum quia Angelus nullo vinculo reali alligatus est corpori, quod mouet, vt ab eo trahi possit; sed sola voluntate extrinsecce ei coniungitur, vt contra Valsquez etiam dictū dub. 3. Tum quia quando Angelus mouet corpus & ab uno loco defert ad alium, per se ipsum, absque impulsu impresso, (quo modo Angelum posse mouere corpora certius est, ex dicendis quest. 5.) tunc prius quasi natura & ratione seipsum loco mouere debet, quam corpus mobile; quandoquidem tunc mediante motu Angelicū corpus transfertur. In quem sensum Lychetus in 2. dist. 2. q. 9. ait, *Quod si Angelus sive in lapide, qui mouet lapidem, non moueat Angelum per accidens; sed si Angelus semper vult esse præfens lapidi, necesse est, ut propria voluntate & actione se moueat, ut lapidem comittetur.* Accedit

denique quod nusquam in scriptura, vel apud Patres legitur, quod corpus aliquod loco mouerit, aut alio tulerit Angelum, sed quod Angelus corpus, v. g. Habacuc in Babylonem ad Danielem, porcos in mare, &c. Recte tamen notat Suarez hic lib. 4. cap. 14. num. 1. Angelum quando mouetur cum corpore, dici posse per accidens moueri, alio sensu, nimurum quia concomitante simul cum corpore mouetur, vel quia non propter se, sed propter corpus mouetur, &c.

Assertio IV. Angelus mouere seipsum potest motu tum continuo, tum discreto. Ita expresse S. Thomas q. 53. a. 1. & communis Doctorum loc. cit. quicquid de continuo neget Hibernicus apud Ariminensem in 2. dist. 6. q. 2. & vt appareat olim etiam ipse S. Thomas in 1. dist. 37. q. 4. a. 1. & de discreto Ariminensis in 2. dist. 7. q. 3. apud Gregorium de Valentia hic q. 4. punct. 1. Probatur, & declaratur. Quia mortis continuus est, quando mobile locum quantum occupans, successuē & per partes, ac sine interruptione priorem locum deserit, & alium acquirit. Motus discretus est, quando mobile locum priorem quantum simul totum deserit, & toti alteri loco simul se applicat: at vero nihil obstat, quo minus Angelus & locum aliquem quantum seu diuisibilem occupans, successuē eundem locum absque interruptione deserat, & alium eadem ratione acquirat: vel etiam, vt priorem locum simul totum deserat, & alium nouum totum simul acquirat, siue utrumque hoc fiat simul in eodem instanti, siue in diverso, de quō dub. 8. quia cum sit spiritualis & indiuisibilis, non est necesse, quemadmodum in corpore accidit, vt una pars eius prius, altera posterius eundem locum occupet, sed potest se totum simul indiuisibiliter toti loco etiam diuisibili presentem susterere, vt pluribus dicetur dub. 7. & 8. Ergo, &c.

Nec obstat, quod ad motum continuum 6. Physic. cap. 4. & 10. requirit Aristoteles, vt mobile, partim sit in termino à quo, partim in termino ad quem. Id enim etiam in Angelo suo modo accidit; non quod Angelus secundū aliquam sui partem sit in termino à quo, & secundum aliam in termino ad quem; sed quia habet partem termini à quo, & partem ipsius termini ad quem, vt recte declaravit S. Thomas hic cit. art. 1. ad 1.

An vero si Angelus esset solum in aliquo punto indiuisibili, moueri posset motu continuo, non est opera pretium hic fuse disputare: eadem enim difficultas est, quæ de ipso puncto indiuisibili quantitatis, si separatum constitueretur. Et vero quāvis negatiua sententiam tradat Aristoteles 6. Physic. tex. 32. eo ipso argumento, quia hoc mobile non potest partim esse in termino à quo, partim in termino ad quem; verior tamē videtur sententia affirmativa, quā Scotus in 2. dist. 2. q. 9. tuetur, & sequuntur etiam Valsquez disp. 195. cap. 6. & Albertinus tom. 1. princ. 1. coroll. 46. dub. 4. quia ad motum continuum, in re indiuisibili, absolute loquendo, sufficit, vt mobile successuē & continuo alium & alium locum, seu Vbi acquirat. Et cum in motu continuo & successuō corporis nullum sit punctionum, quod non simul etiam

cum eo utique successiue moueatur; cur id repugnabit puncto separato; si modo puncta eiusmodi dentur? Quod si quis urget, hinc consequens esse, punctum puncto, & instanti instans immediate subsequens esse, is hoc solum efficiet, ut absolute concedamus, eiusmodi puncta nondari, de quo disp. 2. q. 4. dub. 2.

10 Atque haec tenus explicauimus, an & qua ratione, generatim loquendo, moueri possit Angelus: quid vero sit ipse motus localis Angelii, quidem ei superaddat, iam restat explicandum. De qua re sunt tres Doctorum sententia. Prima absolute docet, motum in Angelo solum esse formam seu denominationem extrinsecam, nempe vel presentiae denominationem à loco extrinsecam; vel distantia à fixis partibus mundi. Ita docent Aegidius in 1. distinct. 37. part. 2. art. 2. quæst. 1. Arminensis in 2. dist. 6. quæst. 1. art. 2. Ferrarensis 3. cont. gent. cap. 102. Caietanus hic q. 53. art. 1. quorum nonnulli idem etiam docent de motu corporum. Fauer huic sententia tum Aristoteles 4. Physic. cap. 7. tex. 59. vbi ait: *sola latione nihil in hisce, que insint fibi, mutatur: tum etiam Sanctus Thomas hic q. 53. a. 1. vbi obscure ait, motum localem nihil aliud esse, quam diuersos contactus diuersorum locorum successiue;* quod tamen, ut de loco dictum dub. 3. in variis posset sensus accipi. Et infra q. 100. art. 3. docet, Angelos mouere posse corpora secundum locum, non tamen alio motu, quia corpus per motum secundum locum non est in potentia ad aliquid intrinsecum. Quare Molina hic q. 53. a. 1. ita etiam S. Thomam intellexit; sed quem non sequitur, ut dicemus.

11 Secunda sententia distinguit; idque rursum, duplice. Quidam enim dicunt, priorem sententiam veram esse, quando Angelus solum mouetur motu corporis, quod mouet; non autem, quando per se absque motu corporis mouetur. Ita refere Vasquez cit. disp. 195. cap. 2. & Suarez lib. 4. cap. 12. num. 4. idque significat Ferrarensis cit. cap. 102. At vero ipsem Vasquez cap. 4. aliter distinguit. Fatetur enim quidem, quando Angelus solum per accidens una cum corpore mouetur, nullam fieri in ipso intrinsecam mutationem; fieri autem, quando per se mouetur loco, eo quod tunc Angelus verum modum realem unionis acquirat, quo coniungatur realiter alicui corpori, ut dictum supra dub. 3. at vero simul ait, motum localem formaliter non consistere in acquisitione aut variatione illius modi, sed in extrinseca quadam denominatione distantia à punctis fixis, ita ut terminus motus non sit motus ille realis, sed distantia. Vbi eadem ratione putat, etiam animam in corpore, & corpus Christi sub speciebus, moueri localiter solum per denominationem extrinsecam.

12 Tertia sententia vniuersim docet, tam corpus, quam Angelum non moueri localiter, nisi per mutationem intrinsecam in ipsis receptam, quam ut veriorem sequentibus assertionibus explicamus.

13 **Assertio V.** Omnis motus localis Angelii, siue per se, siue per accidens loco moueri dicatur, est mutatione quædam realis intrinsecam in ipso Angelo,

adeoque vera acquisitione noui termini realis & intrinseci. Hanc assertiōē aperte tradit Lychetus in 2. distinct. 2. quæstion. 9. & 10. Molina, & Zumel quæstion. 53. articulo 1. & fuses Suarez hic lib. 4. capit. 13. & 14. qui etiam cap. 12. eandem sententiam vocat communem Scholasticorum; tametsi veteres ex instituto hac de re vix disserant. Ita tamen sentire videtur Alensis 2. part. quæstion. 33. membr. 1. & 3. inter se bene collatis, apertius Scotorum in 2. distinct. 2. quæstion. 9. & 10. & in 4. distinct. 10. quæstion. 6. vbi docet, corpus Christi moueri proprio motu, quando cum speciebus defertur, Quare Scotum in hanc quoque sententiam citant Lychetus loco citat. Herrera & Pesantius infra. Consentit Richardus in 1. distinctione 37. articulo 3. quæstione 1. præsentim ad 5. & Bonaventura articulo 1. quæstion. prima. His addit Suarez ex recentioribus Herreram in 2. distinctione 7. disputat. 2. & 3. Malonium in 2. distinct. 8. disputat. 14. iuncta 15. & Pesantium, 1. part. quæstion. 53. articulo 1. disputat. 3. Imo ipsem Sanctus Thomas in 1. distinct. 37. quæstion. 4. articulo 1. ad 1. non parum eidem sententia faver, dum dicit, propositionem Aristoteles 3. physic. tex. 9. quod motus est actus imperfecti, habere locum in Angelo etiam beato: cum tamen constet Aristotelem illic loqui de subiecto motus.

Probatur assertio. Tum quia motus localis corporis subiectus & realiter est in ipso corpore, ut non solum habet communis Philosophorum & Theologorum sententia, consentiente quoque Vasquez 1. part. quæstion. 29. cap. 3. & disputat. 188. capit. 7. sed etiam aperte tradit Aristoteles 9. Metaph. tex. 9. & lib. 3. Physic. cap. 3. vbi ait: *Per se ipsum est, motum esse in eo, quod mouetur:* id quod ex ipsa etiam definitione motus colligitur, dum dicitur, *actus in potentia in potentia,* quod ens non est aliud, quam ipsum mobile. Ergo motus habet terminum realē & intrinsecum in ipso corpore, cum quo identificetur: Ergo in Angelo; siquidem quoad hoc est per ratio corporis & Angelii. Tum quia motus localis est aliquis effectus positivus realis, qui de novo producitur, vti patet: Ergo habet terminum realē de novo productū, at non alium, nec alibi, præterquam in ipso mobili; siue hoc mobile sit corpus, siue Angelus: siquidem impossibile est, ut motus localis sit forma alterius subiecti, quam ipsius mobilis, quod denominat. Denique supra dub. 2. probatum est, tam in motu locali Angelii, quam corporis terminum positivum realē & intrinsecum, qui per motum acquiritur, esse ipsum. Vbi intrinsecum, Vnde est?

Assertio VI. Terminus qui per motum localē ab Angelo acquiritur, non est aliqua unio realis Angelii cum corpore, qua moto etiam cum corpore, simul cum Angelo invariata permaneat, sed modus realis intrinsecus ipsius. Vbi localis; qui toties mutatur & variatur, quoties Angelus per se siue per accidens loco mouetur, mutata nimur distantia ad fixas partes mundi.

Ita.

Ita Molina, Suarez, aliquae citati, contra Vazquez. Probatur ex dictis citat. dub. 3. Tum quia nulla datur eiusmodi unio realis Angeli cum corpore. Tum quia etiam si daretur, is tamen non posset esse terminus motus localis: quandoquidem motu locali per se ac necessario non variatur aut mutatur, ut dictum: quare non potest etiam esse fundamentum relationis, distantiae, ad fixas partes mundi. Denique ipsum Vazquez fatetur, cum modum non semper, neque necessario acquiri, vel haberi ab Angelo, quoties mouetur localiter.

¹⁶ Vnde sequitur altera pars assertionis. Quia per illud ubi intrinsecum optime explicantur, omnia, quae ad terminum motus localis requiruntur: nimur 1. quod sit aliquid posituum, reale, accidentale in ipso Angelo. 2. quod per se motu acquiratur etiam in vacuo. 3. quod motus cum illo identificetur. 4. quod semper mutetur, quoties Angelus sive per se, sive per accidens loco mouetur. 5. quod sit fundamentum distantiae ad fixas partes mundi; quae omnia patent ex dub. 2.

¹⁷ Et confirmantur haec omnia ex analogia motus corpori; nam & hic aliud terminum proprium ac intrinsecum non habet, quam hoc ubi locale corporum; tum ab exemplo cælorum inferiorum, qui motu primi mobilis mouentur; aut etiam nautæ, qui motu nauis mouetur; imo etiam anima in corpore, & corporis Christi sub speciebus; nam & haec nouum ubi intrinsecum acquirunt, quoties loco mouentur; etiam si per accidens tantum moueantur; vt suo loco doceimus, & rectè etiam tradit Suarez hic cap. 14. Neque propterea vel corpus Christi in hostia, vel anima in corpore, simpliciter & absolute dicenda sunt per se moueri; quia vis motiva nondicere, sed indirecte solum illis applicatur; ita ut moueantur solum ad motum alterius; qui est virus ex præcipuis modis motus per accidens, iuxta Aristotelem 5. Physic. capit. 1. etiam si non moueantur per accidens alio sensu, quasi formaliter moueantur per solum motum alienum.

¹⁸ Ex quibus etiam dissoluuntur fundamenta sententiarum oppositarum; ut nimur. 1. quod motus localis, etiam corporum, solum sit denominatio extrinseca: vel 2. quod Angelus non moueatur loco, nisi secundum operationem transirent. vel 3. non nisi per unionem realem & formalem cum corpore, &c. quæ falsa esse, ex dictis constat. Aristoteles autem in contrarium citatus loquitur de termino motus, qui sit res distincta à subiecto, ut est forma substantialis, quantitas, qualitas, &c.

¹⁹ Assertio VII. Tametsi vero, ut dictum, in omni motu locali Angelus, ubi eius intrinsecum realiter aliquo modo varietur; non tamen quolibet motu locali Angelus terminus positivus acquiritur, & amittitur, sed prætermotum localem, quo Angelus amissus priori ubi locali intrinseco, acquirit nouum ubi locale intrinsecum, esse potest in Angelo etiam aliis motus localis, quo vel toto permanente priori ubi locali, accedit eidem solum noua pars ubi localis; aut quo parte solum

prioris ubi localis permanente, pars solum aliquam amittatur; ita ut in primo casu motus quidem localis Angelus sit inter terminos positivos, & partim deperditius, partim acquisitus: in secundo tamen sit mere acquisitus, adeoque inter terminum à quo priuatuum, qui est priuatio maioris ubi, & terminum ad quem positivum: in tertio sit mere deperditius sive priuatu⁹ inter terminum à quo positivum, & terminum ad quem priuatuum. Ita Suarez hic lib. 4. cap. 16. & patet ex dictis supra dub. 3. assert. 5.

²⁰ Probatur assertio. Quia Angelus suo arbitratu potest esse in loco adæquato, vel inadæquato, idq; per ubi diuisibile in ordine ad locum, ut ibide dicimus. Ergo potest vel totum priorem locum amittere, & acquirere nouum; vel in loco inadæquato existens, potest suum ubi extenderet, retento quidem priori ubi, sed nova ad eum facta accessione: vel in loco adæquato, aut etiam inadæquato existens potest contrahere se ad minus ubi, sola parte prioris ubi amissa, ut ibidem dicimus. Quia ratione etiam in locali motu Angelorum omnis illa varietas cernitur, quam Aristoteles 5. Physic. cap. 1. generatim motui attribuit, ut nimur sit, vel à subiecto ad subiectum, vel a non subiecto ad subiectum, vel à subiecto ad non subiectum.

²¹ Contrarium tamen docet, non solum Bassolis in 2. dist. 2. q. 4. a. 1. & quotquot cum illo sentiunt, Angelum per suam substantiam esse non posse nisi in loco adæquato; sed etiam qui negant, ubi locale Angelus, ex parte loci seu spaci, esse extensem & diuisibile; qui proinde asserunt, quoties Angelus se in eodem loco permanens, ad maiorem locum extendit, aut contrahit ad minorem, semper amitti prius ubi, & acquiri nouum, ut cit. dub. 3. retulimus. Sed quas sententias ibidem refutauimus; ubi etiam dicimus, esse quoad hoc differeniam inter corpora, & Angelos, illa enim cum non possint esse nisi in locis adæquatis, non possunt localiter moueri nisi à termino positivo, ad aliud positivum, non autem à positivo ad priuatuum, vel à priuatuo ad positivum, ut consideranti facile patebit.

DVBIVM VII.

Vtrū Angelus posset moueri de extremo ad extremū, seu ab uno loco ad aliu sine trāstū per mediū.

S. Thomas p. 1. p. 53, art. 2.

Proponit S. Thomas loc. cit. hanc difficultatem sub terminis paulo generalioribus, idq; dupl. citer: nam initio citatae questionis 53. ita articuli secundi argumentū proponit, *Vtrū Angelus moueatur de loco ad locum per transfundō medium*, at verò titulus, qui eidē articulo præfigitur ita habet, *Vtrū Angelus transeat per medium*, scilicet dum mouetur. Et vero res omnis eodem fere pertinet; siquidem cum in quovis motu Angelico, quo priori loco diuisibili relicto, nouus locus acquiritur, inter principium prioris loci, & extremum alteri⁹ (quæ sunt duo quasi extrema) intercedant plura loca media, ita ut Angelus semper in priori ac priori

motum

motum sistere, ac ibi quiescere potuerit, quæstio hæc ad omnem motum localem Angelii potest extendi, saltem eū, quo, vt dictum, Angelus priori loco diuisibili relicto, alium acquirit. Respondet vero S. Thomas loc. cit. motu quidem continuo Angelum ab uno extremo in alterum moueri non posse, nisi transeat per medium; per motum vero discretum posse: de quorum tamen verborum sensu, quoad posteriorem partem, non minus, quam de re ipsa est controversia.

2 Etenim quod dicitur, Angelum posse motu discreto moueri de extremo ad extremum, dupliciter intelligi potest, vel de loco medio participante, ab utroque extremo, vel de loco medio non participante. Sit enim V. G. locus Angelii decempedalis, & moueat se Angelus in alterum locum, decempedalem contiguum, & adaequatè à priori diuersum; tum inter initium primi, & extremum secundi loci designari possent alij infiniti (synctegorematice) decempedales loci communicantes seu participants; non communicans autem locus nullus; cum nullum plane sit spatium, imo nec punctum intermedium. quod non vel ad priorem vel ad posteriorem locum pertineat, & sub eo contineatur. Moueatur porro idem Angelus à priori loco ad alium non contiguum, sed decempedali V. G. spatio distantem, tum locus medius non communicans erit decempedalis. Nunc igitur est quæstio, quo modo vel ex mente S. Thomæ, vel secundum rei veritatem, possit Angelus de extremo ad extremum locum, sive motu continuo, sive motu discreto, naturaliter moueri, non transundo per medium; an scilicet hoc intelligendum sit, de medio communicante tantum, an de utroque, an de neutro: quæ quæstio solet à nonnullis etiam sub his terminis proponi, vtrum Angelus moueri possit naturaliter ab uno loco ad alium etiam distantem, & non contiguum. Dico naturaliter, quia omnes supponunt, supernaturaliter, & per absolutam Dei potentiam hoc fieri posse.

3 De hac re sunt tres Doctorum sententiae. Prima vniuersim affirmat, posse Angelum absque transitu per medium moueri motu discreto, ab uno loco ad alium, etiam distantem, & non contiguum. Ita docent Heruæus in 1. dist. 37. q. 1. a. 2. & tractatu de motu Angelique 1. 3. & 4. Marsilius in 2. q. 7. a. 3. Carthusianus in 1. dist. 37. q. 4. Capreolus in 2. dist. 6. q. 1. a. 1. Hispalensis dist. 6. q. 2. Ferrariensis 3. cont. gent. cap. 102. Caetanus, & plerique Thomistæ recentiores hic q. 53. a. 2. Vasquez disp. 196. cap. 2. & tribuitur etiam communiter S. Thomæ cit. q. 53. a. 2. non solum ab auctoribus huius sententiae, sed etiam à Suarez hic lib. 4. c. 18. & inclinant etiam Henricus quodlib. 4. q. 17. & Ariminensis in 2. d. 6. q. 3. a. 2.

4 Secunda sententia absolute ac vniuersim negat. Ita sentire videntur Alensis 2. part. q. 33. mem. 2. Albertus in 1. dist. 37. art. 2. 3. Bonaventura dist. 37. part. 2. art. 2. q. 2. Richardus a. 3. q. 2. Aegidius 2. part. dist. a. 2. Henricus quodlib. 13. q. 7. quam proinde communiorum inter antiquos Theologos vocat Richardus loc. cit. & Suarez hic lib. 4. cap. 19. num. 1. Quibus etiam Alberinus

tom. i. princip. i. coroll. 16. pun. 1. accenser Molinam, sed qui de loco solum distante loquitur.

Tertia sententia est, posse Angelum motu discreto, de extremo moueri ad extremum, sine transitu per medium non participans, seu quod idem est, posse moueri sine medio de extremo ad extremum locum coniunctum vel contiguum, non distante & diffitum, aliquo spatio interutrumque interiecto, nisi hoc ipso spatio prius transito. Ita cum Scoto in 2. dist. 2. q. 12. sive ultima, docent & distinguunt Gregorius de Valentia q. 4. pun. 1. Albertinus loc. cit. à num. 4. & videretur, vt dictum, consentire Molinam q. 53. a. 2. Eademque plane, vt bene citauit Gregorius de Valentia loc. cit. est sententia Gabrieli in 2. dist. 2. quæstion. 3. vbi expresse dicit, Angelum posse mutari de loco ad locum, & non per medium, si termini illius mutationis sunt indistantes; si vero termini distent, per medium (scilicet non communicans) non posse naturaliter ita moueri. Quanquam à nonnullis in eam sententiam referatur, quasi dixerit solum posse Angelum motu discreto moueri sine transitu per medium, cum est in loco inadæquato, & mouetur ad locum contiguum, adæquatum, v. g. ex loco bipedali extendendo suam presentiam ad decempedalem; non autem, cum est in loco adæquato: cum tamen hac in re de loco adæquato vel inadæquato Gabriel nihil distinguat. Ad eundem sensum recte etiam à Valentia intelligitur Richardus loc. citat. quia loquitur de medio inter duo loca Angeli interiecto. Eadem procul dubio est sententia Suarez hic lib. 4. cap. 19. quamvis enim absolute negatiua sententiam, vt probabiliorem tueatur, semper tamen loquitur de motu ad locum distantem. Hanc igitur sententiā, cū & ego probabiliorem semper existimauerim, sequentib⁹ assertionib⁹ declaro.

Assertio I. Motu continuo non potest Angelus de loco moueri ad locum, sive communicantem, sive non communicantem, & sive interiecto spatio distantem, sive contiguum, absque transitu per medium. Ita communis omnium, quos citauit, cum Sandro Thoma hic cit. q. 53. art. 2. adeo vt hæc assertio sit inter Doctores plane certa, & extra controversiam: quam etiam optime probat S. Thomas ibidem. Quia iuxta Aristotelem 4. Physic. tex 99. continuitas motus localis secundum prius & posterius sumitur ex continuate loci, secundum partes successivæ deperditæ & acquisiti; ita scilicet vt mobile prius veniat ad medium, quam ad extremum. Quare etiam Aristoteles de codem motu locali loquens 6. Physic. tex 77. ait, quod prius ad medium oportet pervenire, id quod fertur. Et lib. quinto, tex. 22. simili sensu ait: Inter (hoc est inter duo medium.) esse id, in quod prius aptum natura est pervenire id, quod mutatur, quam in quod ultimum mutatur. Quæ omnia æquè etiam procedunt, de loco continuo ac distante. Et confirmatur. Quia si motus est continuus, necesse est, vt etiam acquisitione termini sit continua, adeoque successiva: Ergo mobile non in instanti est in extremo loci, quem eo motu acquirit; ac proinde necessario

prius

prius fuit in medio; nullibi enim interim fuisse, non potest, ex dictis dub. 2. Quo sit, ut motus continuus sine transitu per medium plane implacet contradiccionem; ita ut nec per absolutam Dei potentiam fieri possit.

7 **Assertio II.** Sed nec motu discreto Angelus naturaliter moueri potest, ab uno loco ad alium, interiecto spatio distantem, sine transitu per medium: ac proinde non potest moueri ab extremo ad extreum, sine transitu per medium, non communicans, si quidem tale medium inter extrema sit interiectum. Ita sentio cum authoribus secundæ & tertiaræ sententia, contra primam sententiam; quæ est non sit omnino improbabilis; minus tamen probatur; non solum quia hæc opposita est communior veterum Scholasticorum, vt dictum, sed etiam quia melioribus rationibus nititur. Cum oppositorum sententia authores fere non nisi falsis fundamentis tantur, vt dicetur.

8 In rationibus autem pro hac assertione referendis, tametsi Authores discrepant, & vero difficile sit, rationem à priori, aut plane conuincientem adferre, vt patet ex ijs, quæ fuse disserit Suarez cit. cap. 19. mihi tamen hæc maxime probantur. Prima sumitur à posteriori seu effectu. Quia minus est agere in distans, seu virtutem vel actionem suam transmittere in distans, sine transitu per medium, quam suam substantiam in loco distanti collocare sine transitu per medium: sed Angelus non potest naturaliter agere in distans, nisi transmittendo virtutem seu actionem per medium, vt patet quæst. 5. Ergo, &c.

9 Secundo; Eadem quoad hoc videtur proportio inter duo loca extrema, quæ aliquo medio seiuenda sunt, quæ est inter tempus præteritum & futurum, quæ tempore seu nunc præsenti intermedio seiuenguntur: at vero impossibile est, vt supposita existentia temporis, res aliqua, in suo Esse permanens, à tempore præterito transeat in futurum, nisi per medium tempus seu nunc præsens: Ergo etiam impossibile est, vt res aliqua in suo esse permanens naturaliter transeat de extremo ad locum extremum distantem, sine transitu per medium; vt argumentatur etiam Gabriel loc. cit. Fateor tamen esse aliquam disparitatem, inter tempus & locum; quia cum tempus intrinsecus successuum sit, non potest nec discreto quidem motu, aut per ullam etiam potentiam, res in suo esse permanens coexistere tempori præterito & futuro simul aut successiue, nisi per medium transundo, coexistat etiam ipsi Nunc temporis præsens; quare etiam ratio præsens est non omnino conuincat, facit tamen rem probabilem.

10 Tertio, si Angelus posset moueri ad locum distante, sine transitu per medium, nulla causa esset, cur non vno instanti ad quemlibet locum remotissimum naturaliter se posset transferre; ita ut cum toto tempore præcedente quietisset in cœlo Empyreo V. G. vno momento posset esse in terra, vel in purgatorio: at hoc videtur incredibile & plane exceedens vires naturales substantia creatæ: est enim hac ratione virtus motiva Angeli, quasi infinita; cum etiam multiplicata in-

infinitum distantia loci, par facilitas esset, illic momento se collo candi; neque hac ratione inter Angelos quoad celeritatem motus esset differentia. **Quarto.** Nullum corpus, seu res naturalis nobis cognita potest moueri de loco in locum distantem, absque transitu per medium; neque illa ratio, aut experientia, vel authoritas probat oppositum de Angelo: Ergo probabilius est, nee Angelum id posse.

11 **Assertio III.** Potest tamen Angelus motu discreto naturaliter se mouere ad locum coniunctum, vel contiguum, sive communicantem sive non communicantem cum priore, absque transitu per medium. Ita authores prima & tertiaræ sententia, adeoque communis Theologorum, cui existimo, etiam ex authoribus secundæ sententia teipsa neminem aduersari, præter eos qui motum discreterum Angeli plane negant, in quibus est Ariminensis, vt dictum dub. præced.

12 Probatur primo; Quia si Angelus motu discreto necessario transiret per loca media participantia, tum necesse foret, transire per omnia eiusmodi loca participantia; cum sit eadem ratio omnium: sed hoc est impossibile; sequeretur enim in fine motus esse quasi numerata ab Angelo loca infinita participantia; quæ inter utrumque extreum intersint: nam motus discretrus, qui per interrupta instantia fit, facit numerum; continuus non iterum. Quæ est ratio S. Thomas, & Scoti locis citatis.

13 Secundo. Quia eodem modo anima rationalis V. G. simul & in instanti, adeoque sine transitu per medium, informaret totam partem aliquam corporis, si simul dispositam reperiret. Tertio. Hoc ipso, quod Angelus motu discreto simul & in instanti se constituit in toto loco adæquato subseqüente, non prius est in loco medio, quam in extremitate adæquato: Ergo hoc motu non transit per medium.

14 Quarto. Moueri localiter ad extreum, transiendo per medium, proprie est acquirere prius locum medium, & eo relicto venire ad extreum; transire enim relinquere quoddam est: atqui cum Angelus de loco ad locum coniunctum, sive contiguum, motu discreto mouetur, nullus locus medius potest assignari, ad quem ita prius mouetur Angelus, vt eū, veniendo ad extreum relinquat: nulla enim pars loci acquiritur, quæ deseratur, vel contra: sed posterior locus totus simul acquiritur, prior itidem totus simul deseritur. Ergo impossibile est, vt motu discreto Angelus moueat de loco ad locum coniunctum, sive contiguum, transiendo per medium: ac proinde nisi omnino negetur motus discretus Angeli, negari non potest, eum fieri absque medio participante. Diuersa est ratio corporis; quod cum plane motu discreto de loco ad locum moueri non possit, ob intimam suam extensionem & diuisibilitatem, non potest ullo modo de loco ad locum moueri, sine transitu per medium, vt recte etiam notauit S. Thomas cit. q. 52. a. 2.

15 Posset tamen aliquis de nomine contendendo, dicere, sufficere ad motum discretum Angeli per medium, vt prius ratione, vel natura, relinquatur & ac-

& acquiratur vna pars loci, quam alia; sed hoc est contra receptum loquendi usum, & proprietatem verborum, ut recte Vasquez loc. cit. quicquid in contrarium differat Suarez hic lib. 4. cap. 22. num. 3. Cum enim Aristoteles loc. cit. dixit in motu prius perueniri ad medium, quam ad extreum, non sane locutus est de prioritate solum rationis seu naturæ, sed temporis, cui etiam motum æquiparari docuit.

¹⁶ Argumenta vero authorum prima sententia iam aliunde refutata sunt: supponunt enim plerique falsa principia; ut quod Angelus secundum seac substantiam suam, vere non sit in loco, nec moueatur loco; sed solum secundum effectum; ut de Heruæ dub. 1. dictum: vel quod Angelus non sit in loco nisi per operationem transiunt, seu applicationem virtutis ad illam; quam cui velit loco possit applicare, vel non applicare; ut de Thomistis dictum dub. 3. vel quod Angelus sit in loco per unionem realem & voluntariam ad aliquod corpus; quam ita possit vni loco seu corpori etiam remoto applicare, vt non necessario etiam applicet locis seu corporibus intermedij, ut de Vasquez dictum dub. 3.

¹⁷ Quod vero ad Sanctum Thomam attinet, equidem cum Gregorio de Valentia & Albertino locis citatis probabiliter existimo, eum re ipsa à nobis non dissentire; sed locutum solummodo fuisse, iuxta sensum tertiaræ assertioñis, de medijs participantibus, non de alijs: quia de illis solum procedit eius ratio, non de istis; hæc enim infinita non sunt, sed illa tantum; quod etiam magis patet eius verba consideranti.

DVBIVM VIII.

*De velocitate motus Angelici: Et
speciatim, an et quæ ratione
Angelus moueri posset in in-
stanti, maxime ad locum di-
stantem.*

S. Thomas 1. p. q. 53. a. 3.

¹ Xplicata ratione motus Angelici, tum quoad substantiam, tum respectu loci seu spatij, superest, ut de eo etiam differamus per comparationem ad tempus, quo peragitur, & ex quo etiam desumitur velocitas motus: siquidem motus localis velocior est ille, qui eodem tempore plus spatij conficit.

² De qua quidem re, generatim loquendo, certum est, motum Angelii (pro arbitratu tamen ipsius Angelii, ut optime notauit etiam S. Thomas q. 53. a. 3. ad r.) esse posse velocissimum, siue is motu continuo, siue discreto velit moueri. Ita enim expresse docent SS. Patres, qui propterea motum eorundem alibus comparant, & addunt momento posse esse ubique, nempe quasi moraliter, ut retulimus supra dub. 6. assert. 2. Et ratio sumitur, tum à perfectione naturæ; quæ vti ca-

teras proprietates naturales, ita etiam vim motuam utique perfectiorem habet, quam in corporibus cernatur; spectat autem ad perfectionem facultatis motuæ posse celeriter mouere: tum ex conditione mobilis, & habitudine Angelii ad medium; siquidem ex neutro capite, cum ipse spiritualis & incorporeus sit, ullam penitus patitur resistentiam, cum sine ulla divisione medijs, penetratione quadam peruidere & percurrere possit omnia; tum denique ex imparabilitate spiritualis naturæ, quæ nullo motu aut spatij longitudine, siue continuatione fatigatur.

Duvero sunt dubia. Primum, utrum Angelus etiam in instanti moueri localiter possit; secundo, utrum velocitas motus Angelici sit determinata ad certum tempus, seu longius, seu breuius, pro maiori aut minori perfectione Angelii; quod sequentibus assertionibus declaramus.

Assertio I. Motus Angelii continuus fieri non potest in instanti; sed solum in tempore continuo. Ita communis & certa omnium Doctorum sententia cum S. Thoma cit. quæst. 53. a. 3. neque de hoc est ulla controversia. Ratio patet ex dictis dubiis præced. Quia de ratione motus continuis est, ut mobile partim sit in termino à quo, partim in termino ad quem; adeoque ut prius sit in medio, quam in extremo loco, seu termino loci, iuxta Aristotelem 6 Physic. cap. 4. & 10.

Assertio II. Nullus etiam motus Angelii, ab uno loco ad alium locum ita distantem, ut cum suo spatio excedat locum adæquatum eiusdem, fieri potest, nisi in tempore. Hæc assertio est contra Albertum in 1. dist. 37. a. 23. & 24. (qui tamen non satis constanter loquitur) item contra Henricum quolibet. 13. q. 7. Ariminensem in 2. dist. 6. q. 3. a. 2. Maiorem dist. 2. q. 12. Marsilium in 2. quæst. 7. & ut citat Ariminensis contra Hybernicum; qui existimat, motu discreto Angelum moueri posse etiam ad locum ita distantem in instanti: & addit Hybernicus, ita etiam necessario moueri.

Sed nostra assertio est communis ceterorum Theologorum, quam tradunt sancti Thomas hic quæst. 53. a. 3. Caetanus, & Thomistæ recentiores ibidem, Bonaventura in 1. dist. 37. part. 2. q. 3. Richardus art. 3. q. 3. Egidius part. 2. dist. q. 13. Scotus in 2. dist. 2. q. 11. Gabriel q. 3. a. 3. Capreolus in 2. dist. 6. q. 1. a. 1. Ferrariensis 3. cont. gent. cap. 102. item Gregorius de Valencia q. 4. punct. 2. Molina hic cit. q. 53. a. 3. Vasquez disp. 197. c. 2. Suarez hic lib. 4. cap. 22.

Probatur assertio. Quia si Angelus hoc casu moueretur in instanti, tunc simul ac eodem instanti esset in loco medio adæquato, & ultra illum in loco remotiori; ut necessario concedunt Ariminensis, & Maior, alijque nonnulli aduersari sententiæ authores: at vero consequens exedit naturalem virutem ac facultatem Angelii; ut qui naturaliter esse non potest, in maiori loco, quam sit locus eius adæquatius: ac præsertim etiam quia ea ratione sequeretur, Angelum simul esse posse etiam in duobus locis adæquatius, & per consequens etiam in pluribus, imo in quibusvis locis et si remotissimis, cum par sit ratio de duobus locis

locis adæquatis, & de pluribus quibuslibet: Ergo naturaliter impossibile est, ut Angelus ita in instanti moueatur.

8 Fundamentum autem oppositum contrariae sententiae, quod successio motus solum oritur ex resistentia medij, iuxta Aristotelem 4. Physic. falsum est; oritur enim etiam tum ex extensione mobilis; tum ex distantia terminorum; tum hac supposita, ex limitata virtute motiva, seu essendi in loco ipsius mobilis. Alias enim etiam corpus, dum mouetur in vacuo, vel in eodem instanti amitteret totum terminum a quo, & acquireret totum terminum ad quem, vel simul esset in vitroque, ac in omnibus spatijs intermedij: quod totum etsi concedat Ariminensis, plane tamen absurdum est, & contra ipsum Aristotelem, ut bene Suarez n. 9.

9 Assertio III. Imo nullus omnino motus Angelis, qui sit per medium, siue is continuus sit, siue discretus, fieri potest in instanti; sed solum in tempore, siue continuo, si motus continuus sit; siue discreto, si motus sit discretus. Hæc assertio quoad motum discretum est contra Albertum, Henricum, Ariminensem in 2. dist. 6. q. 3. a. 2. Maiorem, Marsilium, Hybernicum, locis citatis, & denique quoad modum loquendifere etiā contra Suarez cit. cap. 22. num. 3. extra casum præcedentis assertionis. Est tamen assertio communis ceterorum Theologorum, quam tradunt S. Thomashic q. 53. a. 3. Caetanus & Thomistæ recentiores ibidem, Bonaventura, Richardus, Egidius, Scotus, Gabriel, Capreolus, Ferrariensis, Gregorius de Valentia, Molina, Vasquez locis citatis.

10 Probatur assertio. Quia si Angelus ex priori loco in instanti moueretur ad extremum per medium, tunc simul & in eodem instanti esset in extremo & medio, & nihilominus tamen simul moueretur per medium, adeoque pertransire medium; sed impossibile est, ut Angelus simul & in eodem instanti sit in extremo & medio, quod pertransit: dum enim per medium transiendo venit ad extremum, necessario in instanti eius motus terminatio, est extra medium: quia transire localiter peraliquid, est illud relinquendo ultra tendere. Accedit, quod de ratione motus localis per medium, est, ut prius tempore, mobile sit in medio, quam in extremo, ut ex Aristotele ibidem docuimus: Ergo impossibile est ut Angelus per medium moueatur in instanti.

11 Et quia continuitas temporis est ex continuitate motus, iuxta Aristotelem. 4. Physic. tex. 99. & S. Thomam cit. quæst. 53. a. 3. necesse est, ut motus continuus sit in tempore continuo; motus autem discretus per medium, sit in tempore discreto; quanquam tempus hoc Angelicum, siue sit continuum, sit non, non est idem cum tempore, quod mensurat motum cœli, & quod mensurantur corporalia, qua habent mutabilitatem ex motu cœli; si quidem motus Angelis nullo modo penderet ex motu cœli, sed est alterius & altioris rationis; cuius mensura per se non est motus cœli, ut notauit Sanctus Thomas ibidem; etsi per accidentes &

secundum nos, nihil obstat motu cœli tanquam notiori mensurari etiam motum Angelis, ut recte Caetanus ibidem.

12 Atque hæc ratio vniuersim procedit de quois motu per medium, etiam si Angelus locum solummodo contiguum & propinquum, priori relato, occiperet; imo etiam si ex loco inadæquato solum moueatur, extensione quadam ad locum adæquatum: nam etiam huius extensionis motus propriè dici non potest fieri per medium, nisi fiat successio, adeoque in tempore, iuxta descriptionem motus per medium, quam ex Aristotele expōsumus dub. præced. Similiter vero etiam ea ratione probatur, nec perpotentiam quidem Dei absolutam, Angelum posse propriè loquendo, per medium moueri in instanti, nisi forte Angelis praesentia localis multiplicetur, de quo non est quæstio, ut recte Vasquez ibidem, quanquam ne hoc quidem casu, Angelus propriè, transiendo scilicet, moueretur per medium in eodem instanti, quo est in extremo; quia transire per medium est, relinquendo medium ulterius pergere: at vero si in eodem instanti simul esset in medio, & in extremo, tunc Angelus nec in eo instanti relinquoret medium, quia esset in illo; nec immediate post, quia post hoc instantio est alia instantia, nisi forte quod correspondat nostro tempori: Ergo necessario aliquā tempore etiam post illud instanti maneret in medio: Ergo nec quamdiu est motus relinquitur medium; nec in aliquo instanti indivisibili subsequente motum: Ergo per motum illum nullo modo relinquitur medium.

13 Fatorum tamen, hanc assertionem, secundum id, quod superaddit præcedēti assertioni, posse reuocari quæstionem nominis tantum. Nam si dicatur, ad motum localem per medium non requiri, ut mobile prius duratione sit in medio, quam in extremo, ad quod per medium transit, sed sufficere, ut prius ratione vel natura in illo sit mobile, modo, quo sol dicitur illuminare terram per aerem, in quem sensum differit Suarez contra hanc assertionem citatus; tunc sane fatendum erit, motum discretum Angelis per medium, qui sit per solam extensionem loci inadæquati ad locum adæquatum, aut ex loco adæquato, ad alium locum adæquatum coniunctum siue contiguum, posse fieri in instanti, ut docet ibidem Suarez. Sed ut dictum dub. præced. modus hic loquendi minus proprius est: in quem sensum etiam ipse Suarez capit. 21. num. 3. dicit, Angelum occupando simul totum aliquem locum, etsi naturæ ordine prius occupet partem proximam, quam remotorem, non tamen dici posse transire, cum ibi permaneat.

14 Assertio IV. An motus Angelis differeret, qui sit sine medio, fieri possit in instanti, videretur esse quæstio nominis; sed rectius affirmatur. Probatur & declaratur assertio. Negatiuam enim partem tuentur Sanctus Thomas hic cit. quæstio articulo 3. alijque Thomistæ citati pro præcedenti assertione; quos sequitur Gregorius de Valencia, quæst. 4. punct. 2. Illi enim absolute loquuntur de motu Angelis, ac simul etiam eas rationes afferunt; quæ procedunt de omni motu, siue sit per medium, siue non.

15 Videatur autem S. Thomas pro hac sententia, ut duplice ratione. Prima petitur ex ratione motus. *Quia de ratione motus est*, inquit Sanctus Thomas, *ut mobile alter se habeat nunc*, & *prima*: quod fieri non potest in instanti. Quia quidem ratione, cum moueri in recto dicat existentiam mobilis, sub utroque termino, à quo videlicet, & ad quæ, procul dubio fatendum est, nullum motum fieri posse in instanti: quia non potest in eodem instanti, mobile in utroque termino existere: quod solum vult Valentia cit. pun. 2.

16 Sed hac ratione ex præsenti controversia solum efficitur quæstio nominis: in qua facile oppositum ex alia terminorū non minus probabili explicatione defendi potest. Namirum, si quis dicat, de ratione motus in recto non esse, existentiam mobilis sub utroque termino; sed solum acquisitionem noui termini, cum connotatione prioris, qui fuerit derelictus; quod plane consonat cum recepta motus seu mutationis definitio- ne, quæ est, ut per eam mobile nunc alter se habeat, quam prīus; quo modo loquuntur multi Doctores inferius citandi. Quia ratione, etiam plane fatendum est, motum discretum, vnicum, adeoque non compositum ex pluribus mutatis esse eiusdem motus fieri posse in instanti, quod sit intrinsecum motui, & extrinsecum quieti; saltem quantum est ex ratione motus, ut dictum.

17 Secunda autem ratio S. Thomæ ad rem ipsam pertinet; & videtur esse hæc. Quia ad motum pertinet etiam initium motus: sed initium motus non est ipsum mutatum esse, sed instans aliquod præcedens mutatum esse, quod non est aliud, quam ultimum esse quietis, seu ultimum instans quietem terminans; quod semper ac necessario in omni motu interuenit. *Quia de ratione quietis est*, ut quiescens non alter se habeat nunc & prīus, ac proinde in quolibet Nunc temporis mensurantis quietem, quiescens est in eodem (statu) & in primo, & in medio, & in ultimo. &c. unde non est possibile, ut aliquid in toto tempore præcedente quiescat in uno termino, & postea in ultimo instans illius temporis, sit in alio termino; sed oportet assignare Nunc in quo ultimo fuit in termino præcedenti; ac proinde necessario acquisitione alterius termini, debet fieri in alio instanti, subseqüente ultimo instans intrinsecum quietis. *Vbi autem sunt multa* Nunc sibi succidentia, ibi de necessitate est tempus, cum tempus nihil aliud sit, quam numeratio prioris & posterioris in motu. Necesse est igitur, ut motus Angelus sit in tempore. Hæc videtur mens Sancti Thomæ citat. quæstione 53. articulo tertio, eti discursus ipsius varie explicetur, ut videre est apud Caeteranum.

18 Et vero potest is etiam in hunc modum conformari. Si in motu Angelico datur ultimo. Nunc intrinsecum quietis, tunc impossibile est moueri Angelum in instanti: sed verum antecedens ex dictis: Ergo, &c. Sequela probatur. Tum quia autores oppositæ sententiae, qui Angelum in instanti posse moueri dixerunt, contra quos ibidem differit Sanctus Thomas, ea nituntur ratione; quod fieri possit, ut Angelus toto aliquo

tempore præcedenti quietuerit, & in ultimo instanti extrinseco quietis mouetur, & sit in termino ad quem; qui proinde negant, Angelum quiescentem aliquo tempore, necessari ad quiescendum etiam usque ad ultimum terminatum, instans illius temporis: alias si hoc concederent, non dicarent, motum fieri in instanti. Tum quia si datur instans præcedens motum Angelii, iam in eo ipso instanti incipiet motus extrinsece, qui proinde non fiet in tempore. Addi potest etiam hæc ratio. Quia si datur instans ultimum quietis, Ergo non potest immediate subsequi instans intrinsecum motus; sic enim darentur duo instantia immediata Ergo necessario inter instans ultimum quietis, & quodlibet mutatum esse, seu esse intrinsecum motus, intercedit tempus. ac proinde motus fiet in tempore, non in instanti.

19 Verum omnis hic discursus Sancti Thomæ, quomodounque formetur & instituatur, nimirum principio, quod omne mobile aliquo tempore quiescens, necessario quiescat, usque ad ultimum terminatum instans illius temporis: quod tamen non satis probatur à Sancto Thoma; & negant contraria sententia auctores; qui dicunt, satis esse ut quiescat qualibet parte intrinsecā & constitutive ipsius temporis, etiam si in ipso instanti terminatio illius non quiescat, sed mouetur; quod etiam optima ratione probatur, ut dicimus.

20 Quare omnibus consideratis, & absolute loquendo, probabiliter & rectius dici existimo, motum localem Angelii discretum vnicum, adeoque non compositum ex pluribus mutatis esse eiusdem motus, fieri in instanti. Ita docent complures veteres & recentiores Theologi, speciatim Albertus in 1. dist. 37. art. 23. & 24. Ariminiensis in 2. dist. 6. quæst. 3. art. 2. & apud eundem Hybernicus; item Maior dist. 2. quæst. 12. Gabriel q. 3. a. 3. Scotus q. 11. & 12. Mathilius in 2. q. 7. a. 3. Henricus quodlib. 13. quæst. 7. & ex recentioribus Molina cit. quæst. 53. articulo 3. Vasquez disputat. 197. cap. 4. Suarez hic lib. 4. cap. 21. Albertinus tom. princip. 1. coroll. 16. punct. 1.

21 Probatur hæc sententia. Si enim datur vnicum instans, quo verum est dicere, Angelus iam mouetur localiter, & immediate ante, non mouebatur localiter, nec immediate post mouebitur localiter, tunc verum est dicere, motum localem Angelii (nempe discretum, & qui sit absque transitu per medium) fieri in instanti: sed verum est antecedens: Ergo, &c. Maior constat, quia qualibet res in uno tantum dicitur instanti esse, de qua pro uno tantum instanti verum est dicere, iam est, & immediate ante non fuit, nec immediate post erit: præsertim quia tunc talis res non incipit extrinsece, sed intrinsece; ita ut præcedens tempus seu instans, quæcunque deum illud sit, ad existentiam eius rei in recto nullo modo pertineat, nec intrinsece ut patet; nec extrinsece, tanquam principium eius extrin-

secum

secum; quia ex hypothesi supponitur rem incipere intrinsece.

²² Minor probatur. Quia per motum discretum Angelus, cum immediate antea quietisset, simul ac in eodem instanti, acquirit alium locum, sive deferendo simul priorem (licet hoc absque causa neget Gabriel loc. cit.) sive cum inadæquatus est, extendendo se ad nouam partem loci, couferrando priorem; sive etiam solum amittendo aliquam partem prioris lociuxta variam mutationem localalem Angeli, ut dictum dub. I. quod principium totum etiam concedunt S. Thomas & Thomistæ; cum plane fateantur, omnem locum, qui per motum discretum Angeli acquiritur, simul & non successivæ acquiri, ut superius dictum, dub. I. Hoc autem velut principio posito, ita licet argumentari; Ante hoc instans immediate, non est verum dicere, Angelus mouetur; si quietem immmediate ante quiescit; dum autem quietescit nullo modo dici potest moueri; nec motus unquam in illo casu à quiete incipere potest, nisi extrinsece; ut verum sit dicere, iam non est motus, sed inmediate post erit motus. Nec post illud instans vere dici potest, Angelum moueri; cum enim tunc sit in termino, ac proinde etiam sub eo quiescat, fieri non potest, ut tunc moueat: Ergo solum vere dici potest hoc casu Angelum localiter moueri, tunc ac in eo tantum instanti, quo acquirit alium locum.

²³ Nec obstat primo, quod tunc moueri transeat in mutatum esse: nam in mutationibus instantaneis simul est moueri seu mutari, & mutatum esse, vt patet in generatione, illuminatione, &c.

Nec obstat secundo, quod in motu locali corporum quies necessario durat, usque ad instans terminatiuum totius temporis, in quo mobile est in termino à quo. Est enim quoad hoc diuaria ratio corporis & Angeli. Cum enim motus corporum, propter extensionem mobilis, necessario sit successivus, etiam quoad acquisitionem termini, ut dictum, fieri non potest, ut motus corporis incipiat intrinsece; sed necessario incipit extrinsece, in illo ipso instanti, quod quietem intrinsece terminat. Secus est in Angelo, qui suum locum per motum discretum in instanti acquirit: cuius proinde motus potius responderet alijs mutationibus instantaneis corporum, ut in generationi, & illuminationi.

²⁴ Nec obstat tertio, quod hæc mutationes, sunt quasi termini (extrinseci) motus continuui, puta alterationis vel motus localis. Hoc enim per accidens est, nec ista est causa adæquata cur aliqua mutatio situit possit esse instantanea, ut ex dictis constat.

Ex quibus etiam patet responsio ad fundamenta contraria sententia. Ad primum enim, quod à ratione motus petitur, iam antea responsum est; ad motum satis esse, ut mobile nunc se aliter habeat, quam antea; quod etiam fieri potest in instanti, ut dictum; maxime cum ipsum etiam Sanctus Thomas citat. question. 53. artic. 3. generationem & illuminationem vocet mutationes instantaneas.

²⁵ Ad secundum, negatur mobile quoduis in omnini motu quiescere necessario usque ad ultimum, instans temporis, in quo mobile fuit in termino à quo, seu quod idem est; quietem desinere necessario in ultimo sui esse: sed potest in nostro casu desinere, ac ipsa definit extrinsece, in primo suonum esse, quando iam est motus, ita ut illud instans sit intrinsecum mortui, in quo proinde motus intrinsece incipit, & simul perficitur, per primum sui esse; & extrinsecum quieti, ut dictum; quemadmodum etiam sentiebant autores illi, quos refert & refellere nititur S. Thomas ibidem: quem proinde licet Albertinus explicare conetur in fauorem nostræ sententiae, nihil ramen est, cur in eo explicando laboremus, quandotam aperte suam mentem exposuit, ut quoad hoc bene etiam no[n]quit Caietaus.

Accedit, quod etiam si quies terminaretur in instanti intrinseco, nihil tamen obstat, quominus in instanti immediate subsequenti moueri posset localiter Angelus, ut recte notarunt Caietanus, Suarez, & Albertinus locis citatis; quia instans temporis discreti bene potest esse immediatum praecedenti instanti; non quidem ut verumque præcise & adæquate respondeat instanti nostri temporis, ut indicat Caietanus, sic enim etiam in tempore nostro darentur eiusmodi instantia immediata; sed ut posterius respondeat tempori nostro, ut recte Suarez & Albertinus.

²⁶ Assertio V. Probabilis videtur, velocitatem motus continui, in unoquoque Angelo determinatam esse, ad certum tempus breuius aut longius, pro maiori aut minori perfectione Angeli: adeoque nec posse Angelum moueri pro libitu, ad quodcumque spatium, in tempore minori & minori in infinitum syncategorematice. Ita docet Vasquez disputatione, 197. capit. 4. & Delrius libro secundo disquisit. mag. libro secundo quæstio. 16. & fuer Suarez Metaphys. disputat. 35. sect. 6. licet oppositum ex probabili defendat Albertinus loc. citat. numero decimo quinto, & Suarez hic capite 24. numero 6. post Alensem 2. part. questione 33. membr. 1. ad 1. & Capreolum in secundo distinctione 6. quæst. 1.

²⁷ Probat assertio. Tum quia velocitas motus in actu primo pertinet ad quandam perfectionem potentie motuæ; non ergo potest esse maior & minor in infinitum; nisi etiam hæc pari proportione crescat; quod fieri in Angelis non potest. Tum quia hoc magis est consentaneum modo operandi potentie motuæ, ad extra; qua itidem est determinata quoad velocitatem, ut dicetur quæstio. 5. Tum quia alias Angeli omnes essent inter se æquales, quoad virtutem scipios mouendi; cum tamen passiones & proprietates sequantur perfectionem naturæ, ac ei, ceteris paribus, seruata debita proportione respondeant.

²⁸ Ex quibus proinde efficitur, Angelum quemque, quo est superior, eo velocius posse scipsum mouere localiter, motu continuo. Quod motum vero discretum fatendum est, non esse in

æqualitatem, nisi quantum ad hoc, quod Angelus, quo quisque perfectior est, eo maiorem locum ad æquatum sibi vendicat, ac proinde etiam cæteris paribus, hoc ipso velocius mouetur, quod æquali tempore, seu potius in partibus instantibus temporis discreti, semper maiorem simul locum acquirit, & deserit, maiusque adeo spatiuum percurrit, quam Angelus aliquis inferior; licet quoad singula mutata esse, non

major mora consumatur, vel intercedat in uno Angelo, quam in altero, quia singula mutata esse æquæ omnia fiunt in uno instanti; nec opus est in uno Angelo, post singula mutata esse, maiori quiete, quam in alio: siquidem mouendo non defatigantur, ut idcirco cogantur seu breviori, seu longiori tempore quiescere.

Q V A E S T I O III.

De intellectu & cognitione Angelorum.

S. Thomas I. p. q. 54. 55. 56. 57. 58.

Ab soluetur hec questio octo dubitationibus. I. Quid, & quotuplex sit intellectus Angelii; quidque ipsius intelligere. II. De medio cognitionis Angelice, seu speciebus intelligibilius: an nimurum; unde, quot, & quales species intelligibles habeant Angelii. III. De obiecto cognitionis Angelice naturalis, respectu rerum immaterialium: an nimurum, & quomodo Angelus naturaliter cognoscat, tum de seipsum, tum etiam alios Angelos. IV. De obiecto cognitionis Angelice naturalis respectu rerum materialium, tum possibilium, tum actu existentium, vel etiam præteriorum, aut necessario futurarum. V. An & quomodo Angelii cognoscant futura contingentia. VI. An & quomodo Angelii naturaliter cognoscant actus internos alienæ mentis & voluntatis. VII. De obiecto cognitionis Angelice, respectu rerum supernaturalium. VIII. De modo cognitionis Angelice; an scilicet ea cognitio sit semper in actu secundo, & quidem plurimum aut omnium obiectorum simul, an etiam discursiva, vel habitualis, aut errori obnoxia.

D U B I U M I.

Quid, & quotuplex sit intellectus Angelii; quidque ipsius intelligere.

S. Thomas I. p. q. 54. 55. 56.

Post locum, & metum localem Angelii, interactus & potentias, qua eidem Angelo conueniunt; proximus est intellectus & intellectio; tum vt natura prior voluntate, & operatione ad extra, tum etiam vt cæteris notior. Etenim Angelum esse substantiam natura sua intelligentem & intellectu præditam, tam clarum & perspicuum est, vt id etiam in communione Angelii notione includatur, vt dictum dub. 1. quæst. 1. Quomodo vero hic intellectus Angelii se habeat, tum quoad substantiam, & actuum suum; tum quoad principia interna seu species intelligibles; tum quoad obiecta; & denique quoad modum & affectiones suas, restat deinceps explicandum, secundum seriem dubitationum superius propositam. Et quod ad ipsam substantiam ipsius intellectus & intelligere Angelici attinet, iuxta præfixa huic dubitationi titulum, sequentes assertiones statuimus.

Assertio I. Est in Angelo, intelligere seu actualis intellectio; & quidem nec de essentia Angelii, nec idem cum essentia, aut existentia eiusdem, sed realiter ab aliisque distincta. Ita S. Thomas cit. q. 54. a. 1. & 2. & communis & certa Theologorum

ibidem, & cum Magistro in 2. dist. 3. quicquid Aristoteles in 12. Metaph. c. 6. & 9. insinuat, non solum Dei, sed etiam reliquarum Intelligentiarum essentiam, esse intelligere: quem ita etiam explicant & sequuntur Auerroes, Aphrodites, & Philoponus. Sed quod absque errore defendi non potest, vt bene Vasquez disp. 198. c. 1. & Suarez hic lib. 2. cap. 2. num. 5. & quicquid etiam Durandus in 2. dist. 3. q. 5. indicet, cognitionem, qua Angelus seipsum cognoscit, esse suam substantiam.

Probatur assertio quoad singulas partes. Prima enim pars indubitate est; quia Angelus est substantia intelligens; Ergo naturaliter conuenit illi actus intelligendi seu actualis intellectio.

Secunda pars, intellectionem actualem nec esse essentiam, nec de essentia Angelii, quod ex insti-tuto probat S. Thomas a. 1. Probatur. Tum quia de nulli entis creati essentia est agere; cum omnis essentia creata sit in potentia ad esse; ac proinde multo magis ad agere, quod supponit esse. Tum quia essentia ipsa est invariabilis & determinata: intelligere vero Angelii est varium & multiplex, etiam à parte rei. Tum quia plus differt actio rei à

substan-

substantia eius, quā ipsum esse eius: nec tamē vlliū
entis creati esse, est sua essentia, siue de essentia ei⁹.

5 Tertia pars, eandem intellectionem, siue in-
telligere Angeli, non esse etiam ipsius Esse siue
existentiam, ex instituto probat S. Thomas art.
2. & videtur esse hæc eius ratio. Quia intelligere
respicit omnia entia velut obiecta, & speciem
recipit ab ijs velut ab obiectis: at vero existentia
Angeli, non minus quam essentia, est determina-
ta ad unum, secundum genus & speciem. Ade-
de; quod existentia re ipsa non differt ab essentia:
cum ergo intelligere Angeli à parte rei differat ab
eius essentia, etiam se ipsa distinguetur ab existen-
tia, vt recte Vasquez cit. a. 2.

6 Quarta pars, intelligere distingui realiter ab
essentia & existentia Angeli, tum ex dictis sequi-
tur; tum etiam ex eo probatur. Quia intelligere
à parte re variatur in Angelo; cum tamen essentia
& existentia eius maneat invariata. Item in-
telligere est vera & realis, & non tantum grammaticalis actio,
cuius terminus est absolute quædam ac perfecta entitas: Ergo realiter procedit
ab eius essentia, siue immediate, siue mediate,
per potentiam, de qua assert. seq. Accedit, quod
dantur actus intelligendi intrinsece supernatu-
rales, qui non possunt realiter identificari cum
substantia & agente naturali, vt suo loco doce-
tur: eadem verò quoad hoc est ratio omnium in-
tellectionum: Ergo intelligere Angelinon solum
differt à substantia Angeli modaliter seu forma-
liter, sed etiam realiter stricte. Et quanvis naturaliter
non possit separatum ab Angelo existere,
potest tamen de potentia Dei absoluta. Quare,
non audiendus recens quidam scriptor quem re-
fert Suarez cit. cap. 1. num. 9. contra communem
docuisse, intelligere distingui ab essentia Angeli
solum formaliter, non autem realiter stricte:
quod nec ratione, nec auctoritate probatur.

7 Assertio II. Est etiam in Angelo intellectus
seu potentia naturalis intelligendi; eaque tum
à substantia Angeli, tum ab actu intelligendi rea-
liter distincta. Ita S. Thomas cit. quest. 54. a. 3.
& fere communis Theologorum ibidem & in 2.
dist. 3. Et prima pars est extra controvèrsiam. Quia
vbi est naturalis intellectus, est etiam naturalis vis
seu facultas, per quam immediate intelligimus;
qua generativum vocatur intellectus.

8 Secundam partem, intellectum seu potentiam
intelligendi distingui realiter à substantia Angeli,
præter S. Thomam, & Thomistas loc. cit.
tradunt Alensis 2. part. quest. 2. memb. 1. &
omnes Scholastici, qui de anima & intellectu eius
ita docent, excepto Durando in 2. dist. 3. quest.
5. qui cum hoc de anima affirmit, eo, quod sit
actus corporis; de Angelo tamen negat. E recentioribus
autem ita etiam speciatim docent Gregorius de Valentia q. 5. pun. 3. Molina & Vasquez
cit. q. 54. art. 3. Suarez Metaph. disp. 18. sect. 3. &
hic lib. 2. cap. 1. n. 2. contra Scotum in 2. dist. 1. 6.
quest. vn. & in 4. dist. 12. quest. 3.

9 Probatur ea pars assertionis. Tum quia uni-
uersum in substantiis creatis, potentiae per quas
immediate solent operari, distinguuntur realiter
ab ipsis, tanquam proprietates naturales superad-

ditæ. Tum quia, vt argumentatur S. Thomas cit.
art. 3. Ea, quorum actus sunt realiter distincti,
necessæ est inter se etiam realiter distinguiri; sed
essentia siue substantia Angeli, & eius intellectus
habent actus realiter distinctos; siquidem
actus essentiæ est existentia, actus autem intellectus
est intellectio, quæ realiter differt ab existentia,
ex dictis priore assert. Ergo & essentia siue substanc-
tia Angeli, & intellectio ei⁹ inter se realiter distin-
guuntur. Tum quia potentia intelligendi, vt &
quævis alia potentia, specificatur ab actibus & ob-
iectis: ipsa vero per se essentia & substantia animæ
non item. Denique si intellectus non distingue-
retur realiter à substantia Angeli, tum nec volun-
tas, nec vlla potentia eius realiter ab ea differet;
cum par sit ratio omnium; sed consequens est ab-
surdum: sic enim Angelus nullas haberet passio-
nes reales ab eius essentia effluentes, camque rea-
liter perficienes.

10 His accedunt SS. Patres, qui communiter in
omni re creata, hæc tria inter se distinguunt, essentia-
tiam, potentiam seu virtutem operandi & ipsam
operationem. Speciatim Dionysius cap. 11. cœl.
hier. de Angelis loquens ait: *Quoniam in tria omnes
diuina mentes celesti ratione sua diuise sunt, in essentiam,
in virtutem, & in actionem, &c.* Et Anselmus lib. de
concept. Virg. cap. 4. *Aliud, inquit, est via illa ani-
me, per quam ipsa anima vult aliud, quæ via instrumen-
tum volendi dici potest, sicut visus, instrumentum viden-
di, quam voluntatem nominamus; & aliud est insi-
tia, quam habendo iusta voluntas, & qua carendo iniu-
sta vocatur.* Quæ omnia simul considerando, planè
persuadent, quod etiam cum Caetano cit. art.
3. docet Suarez hic cit. cap. 1. num. 2. nec crea-
bilem quidem esse villam substantiam intelligen-
tem, in qua intellectus, seu naturalis potentia in-
telligendi non realiter distinguatur à substantia,
etsi contrarium assertat Gregorius de Valentia cit.
q. 5. pun. 3. Si enim hoc possibile esset, nulla ratio
esset, cur non Angelis quam plurimis, aut saltem
perfectissimo Angelorum re ipsa conueniret.

11 Tertia pars assertionis, in qua diximus, intel-
lectum Angeli realiter distingui ab actu intelligendi,
est communis Doctorum, quam supponit Sanctus Thomas cit. art. 1. 2. & 3. Scotus in 4.
distinctione 1. questio. 1. Probat. Quia actus
intelligendi elicitor à potentia intellectiva, &
multiplicatur ac variatur in Angelo, sicut in a-
nima, manente eadem potentia: Ergo necessæ
est, ab intellectu saltem ex natura rei, siue à parte
rei distingui, ante omnem operationem intellectus.
Quia vero intellectio est qualitas & forma
perfecta atque absoluta, & non tantum nudus
quidam modus ipsius intellectus, fatendum est,
distinctionem illam esse realem stricte, nempe
duarum rerum mutuo separabilium, saltem de
potentia Dei absoluta. Quod ex eo etiam confir-
matur; quia datur intellectio intrinsece & enti-
tatiue supernaturalis, quæ non potest cum natu-
rali entitate intellectus realiter identificari, vt su-
perius in simili dictum.

12 Assertio III. In Angelo vnicus tantum est in-
tellectus: ac proinde in eo proprio locum non
habet distinctio duplicitis intellectus, agentis

nimirum & possibilis. Ita Sanctus Thomas hic quæstione 54. articulo 4. Caietanus & Thomistæ ibidem, Gregorius de Valentia hic quæst. 5. pun. 2. Molina cit. quæst. 54. art. 4. Vasquez disp. 199. cap. 2. Suarez hic lib. 2. cap. 1. num. 13. & Albertinus tom. 1. princip. 1. coroll. 7. numer. 19. et si contrarium non pauci veteres Scholastici docuerint, in quibus Albertus lib. 4. de coœvis part. 1. q. 5. art. 11. & 12. & in sum. part. 2. tractat. 4. q. 14. memb. 3. art. 2. Richardus in 2. dist. 3. art. 6. quæst. 2. Scotus distinct. 3. quæst. vlt. Bassolis q. 4. art. 3. & significant Alensis 2. part. q. 22. mem. 3. & quoad modum loquendi sequitur etiam Bonaventura in 2. distinct. 3. part. 2. artic. 2. quæst. 1. qui tamen non ijsdem rationibus & fundamentis rem explicant. Albertus enim intellectum agentem Angelis tribuit, non ad producendas, sed ad illuminandas species, etiam concreatas & innatas. Sed frustra & contra communem Philosophiam. Scotus, Richardus, Bassolis, intellectum agentem Angelis tribuant ad producendas species: sed supponunt, Angelos sumere species à rebus materialibus; quod falsum esse patet. dub. sequent. Alensis verò ea ratione intellectum agentem Angelis tribuit, quia educt potentiam intellectus possibilis in actum per acceptiōnēm quandam specierum; quod aut idem esse debet cum præcedenti fundamento, aut si quid aliud est, sanc non magis est intelligibile & probabile.

Quare et si hæc quæstio aliquo modo sit de nomine, vt notauit etiam Sanctus Thomas ibidem, propriè tamen, & iuxta consuetam ac receptam ex Aristotele Philosophiam, loquendo de intellectu agente & possibili, probatur assertio. Quia intellectus agens, & possibilis in homine, non alia ratione distinguuntur, nisi quia ille à phantasmatibus abstrahit & producit species, & sic quasi obiectiu aut efficienter illuminat intellectum possibilem: possibilis vero ab agente intellectu recipit in se species, ijsque receptis producit & recipit intellectionem: id vero non conuenit Angelis, qui non accipiunt species à rebus materialibus sive obiecto; sed habent eas naturaliter congenitas, vt diceretur dub. sequent. Adit etiam Sanctus Thomas loc. cit. ad intellectum possibilem requiri, vt aliquando sit in pura potentia ad intelligendum, cum tamen Angelus nunquam ab omni plane intellectione cesseret, vt diceretur dub. 8.

Quod si quis dicat, ad distinctionem intellectus agentis, & possibilis in Angelis sufficere, quod vna & eadem potentia simul & producat intellectionem, & recipiat, is quidem de nomine tricabitur, sed simul abutetur nominibus: hac enim ratione etiam in quolibet sensu, & quauis potentia eliciente operationes immateriales, nomen & distinctio agentis & possibilis, seu patientis locum habebit; quod est absurdum.

Assertio IV. In Angelis non est alia cognitio, quam intellectiva; ac proinde nec alia potentia (immanenter operativa) quam voluntas & intellectus, quo etiam spectat memoria. Ita Sanctus Thomas quæst. 54. art. 5. Caietanus, & Thomistæ

ibidem, & communis Doctorum in 2. d. 3. quos sequuntur recentiores citati. Ratio est. Quia aliae potentia omnes sunt corporeæ. Quare etiam Commentator 12. Metaphys. dixit, *substantias separatas diuidi in intellectum & voluntatem*. Memo- ria autem aut est ipse intellectus, prout retinet species, & suo arbitriu per earum quasi vsum, intelligit, ac in mentem, sive actualē considerationem reuocat præterita; aut si est potentia intellectualis diuera, subseruit tamen intellectui & intellectioni; iuxta varias de memoria intellectua sententias Philosopherum. An autem nihilominus in Angelis detur potentia operativa ad extra, distincta ab intellectu & voluntate, suo loco q. 5. dicetur: idcirco enim nunc, vt ab hac controversia abstraheretur, addidi in assertione limitationem, potentia *immanenter operativa*; quæ est ex mente S. Thomæ, vt ibidem dicetur, licet hoc loco non fuerit ab eo addita. Vtrum vero intellectus Angelicus specie differat ab humano, dicetur quæst. sequente.

D V B I V M II.

De medio Cognitionis Angelica, seu species intelligibilis: an nimirum, unde, quot, & quales species intelligibles habeant Angelii.

S. Thom. 1. part. q. 55. aa. 3.

R Ectè post declaratam quasi substantiam ipsius intellectu, & intellectio Angelicæ, S. Thomas de coœni medio eiusdem cognitionis agit; quæ sunt species intelligibilis, de quibus cum eodem S. Thoma sequentes assertions statuimus.

Assertio I. Angelus non omnia cognoscit immediate per suam substantiam, sed quedam per species intelligibilis essentiæ superadditas. Ita cum S. Thoma cit. quæst. 55. art. 1. Thomistæ omnes, ceterique Theologi communiter, specialiter Alensis 2. part. quæst. 24. memb. 2. & 3. Albertus 2. part. sum. tract. 4. q. 19. art. 11. Bonaventura in 2. dist. 3. part. 2. artic. 2. quæst. 1. Richardus a. 6. q. 1. Scotus q. 10. Agidius eadem dist. part. 2. q. 2. a. 1. Heruæus q. 4. a. 2. & 3. Maior q. 6. & 7. Argentina q. 2. a. 4. Capreolus q. 2. a. 1. Marsilius in 2. q. 7. a. 1. Henricus quodlib. 1. q. 12. & quodlib. 4. q. 7. Ferrariensis 2. cont. gent. c. 96. & ex recentioribus Molina cit. q. 55. a. 1. Gregorius de Valentia q. 6. punct. 1. Suarez Metaph. disp. 35. sect. 4. & hic lib. 2. cap. 3. Albertinus tom. 1. Princip. 7. coroll. 8. punct. 1.

Quanquam contrarium docent Durandus in 2. dist. 3. q. 6. Gabriel q. 2. a. 2. & 3. Ockam in 2. q. 15. & 16. Bassolis in 2. dist. 3. quæst. 3. & Arminensis in 2. dist. 7. q. 5. a. 1. aliquip Nominales, & ferè Henricus quodlib. 5. q. 14. qui negant species intelligibilis in Angelis, & ferè etiam in animalibus humanis, rati solam potentiam cum obiecto, vel effectu, vel alio modo concurrente, sufficere ad intellectionem. In quam sententiam, quoad

quoad Angelos, magis etiam inclinat Vasquez disp. 200. cap. 3. vbi ait: *rationes quidem efficaces suppetere, adprobandum, humanum intellectum instrui speciebus ad intelligendum; at vix certe villam esse rationem, qua id de intellectu Angelico eodem modo aperte eminetur.* Et disp. 201. num. 6. ait, *faciliter ad intelligendum videri, Angelum speciebus non indigere, ut intelligatur, sed sola sua virtute posse intelligere aliquid, eo ipso, quod intra limites sui obiecti continetur.*

4 Ratio assertoris ex S. Thoma loc. citat. est. Quia ipsa essentia Angeli, cum finita sit, nec continet omnia intelligibilia in se formaliter vel eminenter, sicut Deus, non potest omnia per seipsum representare: Requirit ergo species. Accedit quod cognitio Angelica vera & reali dependet ab obiectis, seu concursu obiectuum iuxta receptum axioma Philosophicum, *ex obiecto & potentia oritur notitia*, quod traditur etiam ab Augustino lib. de Trinit. c. 12. vbi ait: *Ab utroque enim notitia paritur, cognoscente & cognito:* Ergo vel obiectum ipsum per se, vel aliquid aliud ex parte obiecti, eiusque vim supplex, concurrit causaliiter ad cognitionem Angeli: obiectum vero ipsum, saltem quando vel distans, vel materiale est, id per se non potest praestare, nec ipsa substantia Angeli, quia nec est naturalis similitudo rerum omnium qua intelliguntur; nec continet formaliter vel eminenter eiusmodi perfectiones obiectorum materialium, alias enim etiam producere illa posset; Ergo concursus obiecti per species debet suppleri. His accedunt Aristoteles lib. 3. de anima c. 1. vel 4. vbi laudat Platonem, quod diceret, *intellectum esse locum formarum.* Et Proclus lib. de causis, proposit. 10. ait: *Intelligentias plenas esse formis rerum;* hoc est speciebus intelligibilibus. Citat etiam S. Thomas cit. a. 1. argum. sed contra. Dionysium cap. 4. de diuin. nom. *quod Angelii illuminentur rationibus rerum.* Verba, ad que respondebit videtur S. Thomas, secundum Peronij versionem, sunt ista. *Eorum quae sunt rationes discutunt diuina sibi accommodata illustratione.* Eodemque referri possunt illa verba inferius subsequentia, quae ad Deum refert: *Quaque in summo bono sunt excellentes formarum fabricationis, in ijs que formam non habent.* Et cap. 5. sub fin. docet exemplaria & rationes rerum unitas & simplicissimè esse in diuina, mente, & inde inferioribus communicari. Fateor tamen, non sat constare, an hæc & similia ex mente Dionysij ad species intelligibiles pertineant. Rationes vero in contrarium solum pertinent ex difficultate explicandi siue modum acquisitionis, siue vsum specierum: de qua re inferius agendum.

5 Assertio II. Angelus non accipit villas species ab obiectis; sed habet naturaliter sibi congenitas omnes illas, quæ naturali eius intellectu deserviunt. Ita S. Thomas hic cit. q. 55. a. 2. & 2. conf. gent. cap. 96. & cum eo Ferratiensis, Caietanus, & Thomistæ omnes; item Albertus 2. patt. sum. tract. 4. quest. 14. memb. 3. articulo 2. & libro de quatuor coœvis 1. part. quæstione 5. articulo 12. Bonaventura, Aegidius, Heruæus, Argentina, locis citatis assert. præced. quos sequuntur Gregorius de Valentia q. 6. pun. 2. Molina q. 55.

a. 2. Vasquez disp. 201. Suarez loc. cit. & hic lib. 2. cap. 8. & Albertinus loco citato.

Contrarium docent Scotus in 2. dist. 3. q. 11. Richardus art. 6. q. 2. Maior q. 7. Bassolis q. 4. a. 2. & 3. Marsilius in 2. q. 7. art. 1. & Alensis in 2. part. q. 24. memb. 2. & 3. quorum iste, vniuersum omnium rerum, ceteri vero retum saltem corruptibilium & singularium species Angelis primum post creationem ab obiectis aduenire docent; admittentes interim, rerum incorruptibilem, & vniuersalium species esse Angelo ab initio creationis sua congenitas.

6 Probatur autem assertio. Tum quia obiecta materialia non possunt agere in substantiam spiritualis; immaterialia vero extra se producere nihil possunt, nisi motum, motusque naturale instrumentum. Tum quia sepe ab Angelis intelliguntur obiecta pro�rta distantiæ, quæ nec pertantur spatium transmitte species possunt; nec agere in distans. Denique ad perfectionem vniuersi spectat, esse substantias quasdam creatas, quæ vi ipsius conditionis sua, connaturaliter in natum habeant omne principium, ad intelligentum requisitum; adeoque & species sibi congenitas. Argumenta vero contraria partis, quia petunt ex modo cognoscendi varia obiecta, & augmento seu noua acquisitione scientia Angelica respectu quorundam obiectorum, inferius dubiis sequentibus diluentur.

7 Assertio III. Probabilius tamen videtur, species non fluere effectiæ ab essentia Angelorum, sed esse ac dici ipsis connaturales, seu etiam velut naturales proprietates eisdem congenitas, quia in ipsa creatione sunt congenitæ ipsiæ à Deo, potentia eorum passiva id exigent, velut connaturale debitum; libere tamen à D E O persolendum, etiam supposita tam ipsorum Angelorum, quam ceterarum rerum existentia seu futuritione. Ita Ferratiensis 2. cont. gent. cap. 98. Molina q. 55. art. 2. disp. 2. Zumel eodem art. 2. Albertinus tom. 1. princip. 1. coroll. 8. num. 2. & prolixè Suarez hic lib. 2. cap. 7. à num. 1. vbi citat etiam Pesantum, Danielem Malonium, & Radum. Et saet S. Thomas cit. q. 55. a. 2. in corp. & ad 1. & q. 56. a. 2. ad 4. & in 3. patt. q. 9. art. 3. eti contrarium doceant Capreolus in 2. dist. 3. q. 2. a. 3. Caietanus in 1. 2. q. 50. a. 6. & q. 51. a. 1. & in 3. patt. q. 9. a. 3. Medina ibidem, Baines hic q. 55. a. 2. & Gregorius de Valentia quest. 6. pun. 1. qui species Angelorum tanquam proprietates stricte acceptas, ab eorum essentia effectiæ fluere dixerunt.

8 Sed probatur assertio. Tum quia si fluenter ab essentia, causa nulla esset, cur ipsa essentia per se non sufficeret ad intellectionem per modum representantis; quandoquidem tunc eminenter contineret perfectionem imaginis representationis, neque vel ob distantiam, vel materialiter illa posset ratio afferri, euf ipsa per se, tunc non immediate sufficeret ad representationem. Tum quia Angeli non habent species proprias omnium rerum possibilium, sed solum rerum quandoque existentium, vt inferius dicetur suis locis: Ergo species Angelicæ in particulari,

pendent à libero decreto Dei idque supponuntur, quo nimurum Dens has potius, non alias species, aut individua rerum voluit creare; quod si Deus, ut poteisset, alias res ac individua rerum creare, voluisse, Angeli non has, quas nunc habent, sed alias species fuissent habituri: Ergo non est verisimile, essentiam Angelorum esse ex se determinatam ad harum potius, quam aliarum rerum species per emanationem producendas; nec adeo etiam species emanare ab ipsorum essentia; alias enim semper ac eodem modo, etiam supposito alio quoconque libero Dei decreto, de producendis rebus alijs, emanarent.

Obijicitur primo, hac ratione species non posse dici Angelis connaturales, aut proprietates eorundem. Respondeo negando sequelam; non solum quia secundum S. Thomam, & multos alios, motus cœlorum est ipsis naturalis, cum tamen solum passiuè ab ipsis dependeat; sed etiam quia omnium iudicio forma & quantitas materia dicuntur naturalis, & hæc quidem etiam quasi proprietas naturalis, licet materia passiuè solum ad easdem concurrat. Sufficit ergo ad proprietatem seu passionem naturalem generatim, ut subiectum capacitate & appetitum naturale ad eam habeat, secundum quem ei naturaliter quodammodo debita sit talis forma.

Obijicitur secundo; Omni potentia passiuè naturali respondet potentia activa naturalis: hoc autem in proposito non fieret. Respondeo negando minorem, quia etsi hæc naturalis potentia activa non sit intrinseca in ipso Angelo, est tamen in ipso Deo, qui per modum cause naturalis hoc quasi debitum naturale, Angelo persoluit; ad eum modum, quo etiam Deus in dispositum corpus humanum infundit animam, & ceteris causis naturalibus agentibus per modum cause vniuersalis debitum concursum exhibet.

Assertio IV. Angeli nec omnia per unam speciem intelligunt; nec singula per diuersas; sed habent species plures, quarum singula distinctè representant plura; quæque eo sunt in quoouis Angelo in representando vniuersaliores, quo perfectioris naturæ est Angelus. Ita S. Thomas q. 55. a. 3. & q. 8. de verit. artic. 10. & in quæst. disp. de anima art. 7. & cum eo Capreolus loc. citat. Caietanus, & Thomistæ recentiores eodem art. 3. item Molina ibidem. Gregorius de Valencia q. 6. pun. 3. Albertinus loc. cit. Suarez Metaph. loc. cit. & hic lib. 2. cap. 14. 15. 16.

Probatur assertio sigillatim secundum omnes partes, referendo simili etiam eos, qui particulatum vniuersique parti eiusdem vel accedunt, vel aduerterantur.

Et enim prima pars est communis etiam ceterorum Scholasticorum, quos pro assert. 1. retuli: contra Henricum quodlib. 5. q. 14. qui cum concedat, habitum cognoscitum Angelii vocari posse speciem, dicit, esse vnicum tantum. Sed & Caietanus cit. a. 3. etsi concedat vniuersim plures species in Angelis, simul tamen putat, saltem supremum Angelum per vnicam tantum speciem omnia intelligere, quæ naturaliter intelligit; quod non videtur satis consentaneum S. Thomas, nec

est necessarium, & forte nec possibile, ut inferius dicatur. Probatur vero ea pars. Quia quo ratio seu medium cognoscendi magis est vnum & simplex, eo cognoscens ipse perfectior est; & è contrario, quo ratio & medium cognoscendi ceteris paribus magis multiplicatur, eo cognoscens est imperfectior: propterea enim sensus externi, eorumque cognoscendi media, magis quam sensus internus, & huius media siue species, ceteris paribus, & respectu corundem obiectorum, magis quam intellectus species multiplicantur; & inter ipsos homines, quo quisque perfectior est intelligentia, eo plura per vnum medium siue principium intelligit; Vnde etiam sumitur principium illud, Ea quæ inferioribus insunt diuisa; in superioribus reperiuntur: Ergo per vnum tantum simplex medium cognoscere omnia, proprium est perfectissimi cognoscens, aliorum vero per plura. Quæ videtur ratio S. Thomas cit. artic. 3. & procul dubio procedit etiam secundum absolutum DEI potentiam, respectu totius infinitæ multitudinis omnium cognoscibilium, quæ à Deo cognoscuntur. Accedit etiam alia ratio. Quia species intelligibilis, ut colligitur ex specie visibili (in qua hoc meo iudicio ad sensum patet) est formalis quædam & naturalis similitudo rei in representando; atqui vix fieri posse videtur, ut vna & eadem species sit rerum adeo diuersarum qualis qualis similitudo; ut magis inferiori dicatur: Ergo, &c.

Secundam partem, Angelos non cognoscere singula per diuersas species, præter citatos, tradunt etiam Albertus lib. de quatuor coevis 1. part. quæst. 5. articulo 12. Agidius in 2. distinct. 3. part. 2. quæstione 2. articulo 2. dub. 3. & 4. Argentina quæst. 2. articulo 4. Capreolus quæst. 2. articulo 1. & 3. Ferrariensis 2. cont. gent. cap. 9. 9. quos sequitur etiam Vasquez disputat. 202. cap. 2. & fauent Bonaventura dist. 3. part. 2. articulo 2. quæst. 1. & Henricus quodlib. 5. q. 14. etsi contrarium sentiant Scotus in 2. distinct. 3. quæst. 10. Richardus articulo 6. quæst. 2. Basfolis qu. 3. & Maior qu. 6. qui docent, singularum naturarum, & singulorum individuum, singulas species in Angelo esse. Sed probatur ea pars assertioris ex dictis. Quia quo intelligens est perfectius, eo principium ipsius intelligendi est simplicius, ut ita magis ad Dei perfectionem accedit, qui ut dictum, omnia per unam quasi speciem cognoscit.

Necvero obstat quicquam, quo minus una species altioris ordinis, plura distinctè representet quamvis diuersa: cum vna visio sit plurium obiectorum simul, & unus conceptus seu notitia mentis possit esse plurium simul veritatum, praesertim in Angelis; & vna visio beatifica representet DEVM infinite perfectum, & quidem ex veriori etiam, vna cum pluribus rebus creatis, ut suo loco dictum: cum tamen & visio, & intellectio, sit formalis & expressa quædam similitudo rei. Et vniuersim potentia intelligendi eo plura simul & per eandem notitiam intelligit, quo perfectior est, ut pluribus declarauit Valentia, Vasquez, Suarez locis citatis.

Tertia

16 Tertia pars, quod species sint eo vniuersaliiores, quo perfectior est Angelus, est contra Scottum, Bassolem, Richardum locis citatis, qui cum existimat, Angelos cognoscere singula per diueras species, absolute docent superiores Angelos non intelligere per pauciores species; item ex parte contra Heruatum, Ferratiensem, & fere Aegidium locis citatis, dum sentiuntur Angelos eiusdem ordinis, vel ut Heruatus dicit, eiusdem generis proximi, habere aequales species, etiam specie inter se differant. De qua re etiam Vasquez disput. 203. cap. 4. ita censet, ut nec probabili quidem conjectura in ullam partem quequam affirmari posse existimet. Sed ratio sancti Thomae citat. a. 3. non est contemnda, quam recte tuentur Valentia, Albertinus, Suarez locis citatis. Quia perfectius est, maioremque cum modo diuino intelligendi similitudinem habet, intelligere plura per unam speciem, quam per plures ceteris paribus: Ergo quo naturalis perfectio Angelis, saltem specifica, maior est, ed etiam ceteris paribus, & quoad natura rerum patitur, perfectiores adeoque vniuersaliores habent species.

Accedit auctoritas Dyonyssij hoc ipsum indicantis cap. 12. de diuin nom. vbi generatim ait: sanctos vero, & Reges, domino que ac DEOS, scripta diuina appellant gradus & orationes, qui in singulis primis obtinent, quoru opera secundi sue inferiores munera, qua a Deo proficiuntur, accipientes, tributionis diuisioni- que illorum simplicitatem in suis distinctionibus multiplicant & augent, earumque varietates primi ordines utiliter & diuine ad unitatem suam contrahunt, &c. Qua generali doctrina docemur etiam Angelos superiores scientiam vniuersaliorem & celiorum participare. Quod clarius docet idem Dionysius cap. 12. cœl. hierarch. vbi ait: sanctorum Cherubim ordo sapientia, scientiaque aliorum est participes. Ordines autem earum essentiarum, qua iis subiecta sunt, participes quidem etiam ipsi sunt & sapientia & Scientia; sed tamen eius, que pars est ad illos, & quæ inferiorem locum tenet. Vbi non solum docet scientiam inferiorum Angelorum esse, de paucioribus obiectis, sed etiam inferioris ordinis.

Quomodo vero hæc multiplicationis proportionio in Angelis particulatum se habeat, melius est, nostram in ea re fateri ignorantiam, quam pluribus inquirere. Videri possunt Aegidius & Suarez locis citatis: cuius illud cap. 16. numero 7. mihi probatur, pauciora illa vel plura non intelligenda de solis speciesbus; sed etiam de indiuiduis. Quod autem numero 9. addit, omnes Angelos saltem habere tot species, quot sunt essentiae specificæ rerum, quas intelligunt mihi non probatur, & ipse etiam numero 10. in dubio ponit.

Sed obiecit Scotus primo. Si datur in Angelis una species representans naturam ipsam, & indiuidua illius, aut è rebus naturalibus unam species aliquam superiorem, cum alijs inferioribus, tunc sequitur, una species representari posse infinita; quia indiuidua eiusdem speciei possunt esse, & quædam etiam

re ipsa sunt infinita. syncategoreticamente, puta infinitæ cogitationes etiam naturales vniuersitatem Angeli, vel animæ, &c. Species etiam possibles rerum sub qualibet specie superiori determinata, deorsum descendendo, sunt infinitæ syncategoreticamente: Sed consequens est falsum: quia cum in qualibet specie intelligibili, sit alius perfectionis, vnam aliquam speciem, vel vnum aliquod indiuiduum representare, majoris erit perfectionis, plura; ac proinde simpliciter infinita perfectionis sit necesse est, posse infinita representare.

Respondeo cum Vasquez citat. disputatione 102. cap. 2. quod ad indiuidua attinet, concedendo sequelam, & negando minorem. Ad probationem respondetur, calculationem illam de infinito augmento procedere, quoties augmentum sit vniuox in eadem forma secundum intentionem vel extensionem quantitatis: non autem quando augmentum sit in perfectione & natura diversa rationis; tunc enim solum sequitur, speciem illam debere esse altioris rationis & perfectionis specificæ; quæ quidem ea ratione dici poterit infinita secundum quid, quia eminenter continet infinita; non autem simpliciter: alioquin enim pari ratione colligeretur, etiam visionem DEI in beatis simpliciter esse infinitam.

Quod vero ad species rerum attinet, negatur sequela; tum quia forte non sunt infinitæ species rerum possibles, deorsum descendendo; tum quia non est necesse ut species intelligibilis representans aliquam naturam superiori, representet omnes etiam inferiores; sicut in nobis species hominis non representat speciem leonis, vt benè etiam Vasquez citat. disp. 102. cap. 2. Qui tamen addit, etiam si species infinita rerum, una species representetur; absurdum tamen, quod Scotus inde deducebat, non magis inde, consequens esse, quam de indiuiduis dictum.

Obiicitur secundo. Eadem ratione consequitur, una species ab Angelo cognosci posse omnia, quæcumque naturaliter per speciem intelligit: Sienim quo perfectiore est Angelus, eo plura per eandem speciem cognoscit; nec tamen ea quæ ab Angelis naturaliter cognoscuntur, aut cognosci possunt, sint infinita, nisi secundum rationem solam indiuiduam, qua per se non multiplicat species, sequitur aperte, saltem ascendendo in perfectione Angelica (quod fieri potest in infinitum syncategoreticamente) tandem deueniri posse ad aliquem Angelum tantæ perfectionis, qui ut alios inferiores omnes perfectione intelligendi superet, non nisi per unam speciem omnia cognoscat: id vero est absurdum: tum quia hoc ipso talis Angelus non poterit habere se perfectiorem & superiori, cum perfectio intelligendi non possit ulterius crescere, quam ut per unam speciem omnia cognoscantur: siquidem omnia per essentiam cognosci à creatura, impossibile indicat. Thomas cit. a. 3. quanquā etiam si hoc ulterius ascendatur, hic tamen saltē necessario con-

quiescendum

quiescendum est, manente interim eadem, vi argumenti. Tum quia vna species debet habere, vnam rationem adequatam obiecti; qualis ab omnibus simul creatis obiectis abstrahi non potest. Tum quia si possibilis est Angelus tam perfectus, non est ratio, cur negetur re ipsa talis existere.

²⁰ Respondet primò, cum Caetano, etiam concedamus, deueniri posse ad Angelum, qui omnia cognoscat per vnam speciem, nunquam tamen idè deueniri posse ad aliquem, qui vel per solam essentiam intelligat omnia: vel qui non intelligat per pauciores species omnia, qua intelligit, quam quilibet inferior Angelus. Quia hoc ipso, quod in illo progressu condetur superior Angelus, accederet inferiori cui libet noua species eiusdem Angelis superioris, qua proinde inferior excederet numerum specierum in superiori; vt qui se ipsum non per speciem, sed per suam essentiam intelligit. Quæ responso locum habet, etiam si infinitum fieret progressio in superioribus Angelis creandis. Ad qualem ferè etiam modum respondet Suarez cit. lib. 2. cap. 16. num. 9. et si contingere possit, vt aliqui Angeli inæquales in perfectione cognoscant omnia, quæ sunt, per æqualem numerum specierum, nihil minus semper Angelum superiorem cognoscere, per vniuersaliores species, per extentionem ad representationem plurium rerum seu individuum possibilium: neque doctrinam de paucioribus species S. Thomæ intelligendam, nisi cæteris paribus, ex parte rerum representatarum.

²¹ Respondeo secundo cum Gregorio de Valentia cit. q. 6. punct. 3. negando sequelam; quia doctrina illa S. Thomæ, quod perfectiores Angelii cognoscant per species pauciores, intelligenda est vel de facto tantum, vel etiam de absolutâ Dei potentia, sed eousque tantum, quo usque indiminuendo specierum numero, respectu tanta varietatis, & multitudinis obiectorum, perueniri potest: at vero vt vna species sit naturalis similitudo tanta varietatis & diuersitatis rerum omnium, quæ nunc ab Angelis naturaliter cognoscuntur, equidem existimo impossibile: et si cum Caetano contrarium sentiat Suarez hic cap. 16. num. 15. Poterit tamen nihilominus crescere perfectio intelligendi Angelorum in infinitum syncategorematicè, non diminutione numeri specierum; sed tum claritate cognitionis eorumdem obiectorum, tum multitudine obiectorum, cognitorum. Neque vero ideo necessarium est vt vna quælibet species habeat vnum obiectum, adæquatum, secundum vnam rationem vniuersam; satis est, si in vnam aliquam rationem analogicè communem conueniant, vt recte cum Capreolo cit. art. 3. Ferrariensi cit. cap. 98. notauit Vasquez disp. 202. num. 8.

²² Dices. Vnde ergo constat, re ipsa nunc Angelos perfectiores semper per pauciores species eadem obiecta cognoscere; si id absolute ac vniuersim secundum totam Angelorum multitudinem possibilem, non est necessarium, nec possibile. Respondeo hoc nihilominus recte probari non solum auctoritate Dionysij citata, sed etiam ra-

tione S. Thomæ, facta tamen hac tacita suppositione, quod varietate & multitudine Angelorum nondum fuerit è peruentum, vt respectu obiectorum, quæ per Angelos modo cognoscuntur, non potuerit ulterius diminui numerus specierū, quod ad decorum & maiorem varietatem vniuersi aliquo modo pertinere videtur: eaque de causa supra in probatione tercia partis dixi, quod naturarum partitur.

Obiicitur tertio. Quisque Angelus inferior, per vnam aliquam speciem distincte cognoscit, speciem etiam vniuersalissimam supremi Angelii: Ergo etiam omnia obiecta, quæ per eandem speciem vniuersalissimam representantur, ac prout species inferioris Angelii non erit minus vniuersalis representando, quam supremi.

Respondeo negando primam consequentiam: quia ad distincte cognoscendam aliquam potentiam, vel habitum, seu actum, non est necesse distincte cognoscere omnia eius obiecta, ad que terminatur, sive quæ transcendentaliter respicit, saltem per vnam & eandem speciem: sed sufficit intrinsecam & essentialiem eius rationem habere perspectam; si modo saltem interim obiecta, quæ essentialiter respicit, per aliam vel alias species simul distincte cognoscantur, vt in propositione accedit. Omitto, quod scientia diuina à beatis distincte virtute videtur, nec tamen interim omnia illius obiecta distincte vlo modo cognoscuntur, vt suo loco dictum.

Assertio V. Angelii non omnia quæ cognoscunt etiam naturaliter, per species cognoscunt. Ita S. Thomas q. 56. a. 1. & communis Thæologorum, & patebit ex dub. sequenti, vnde constabit, Angelum per species ab initio infusas cognoscere omnia, præter Deum & se ipsum, sicutque adeo operationes, vt recte etiam notauit Suarez Metaph. disp. 35. sect. 4. An vero præter species naturaliter & à principio congenitas Angelo, dentur etiam ei progressu temporis alia, ad certa quædam obiecta cognoscenda, pender ex particulari explicatione singulorum obiectorum, de quibus dubijs sequentibus agendum est.

D V B I V M III.

De obiecto cognitionis Angelica naturalis, respectu rerum immaterialium: an nimis. Et quomodo Angelus naturaliter cognoscet se ipsum, aliosque Angelos, & Deum.

S. Thomas 1. p. q. 55. a. 3.
Explicato medio communi Angelica cognitionis, optima ratione sanctus Thomas agilatim obiecta eiusdem cognitionis explicare aggreditur. Ea autem varijsunt generis. Quædam naturalia sunt, alia supernaturalia. Illa rursum aut immaterialia sunt; vt est Deus, Angelus ipse cognoscens, Angelialij; aut materialia, tam vniuersalia, quam singularia; praesentia, futura, præterita; de quibus sigillatim agendum, initium

cum

cum S. Thôma faciendo ab obiectis immaterialibus; tum quia hæc sua natura magis sunt proportionata spirituali cognitioni & substantiæ ipsius Angeli; tum quia hæc magis etiam necessario ac naturaliter ab Angelis cognoscuntur. De singulis vero his obiectis, quæ ipse etiam Sanctus Thomas citata quæst. 56. tripartita facit, sequentes assertiones statuo.

² Assertio I. Angelus naturaliter cognoscit, tum seipsum, tum alios Angelos, ac Deum. Ita communis omnium Doctorum, cum S. Thoma cit. q. 56. a. 1. 2. & 3. & cum Magistro in 2. dist. 3. Et patet ex scriptura varijs in locis, quæ etiam de moni tribuit hanc cognitionem, qui non aliam quam naturalem cognitionem habet. Ratio patet tum ex dictis; quia horum obiectorum cognitionis, ex suo genere, est maximè proportionata Angelo. Tum à posteriori; quia etiam homo naturaliter cognoscit non solum seipsum aliosque homines sibi similes, sed etiam Deum, ut suolo loco disp. 2. quæst. 6. dub. 3. dictum.

³ Assertio II. Angelus cognoscit seipsum per suam substantiam; & non per speciem superadditam. Ita S. Thomas 2. cont. gent. c. 98. & q. 8. de verit. c. 6. & hic cit. q. 56. a. 1. & cum eo Thomistæ omnes ibidem, item Richardus, Bonaventura, Argentina, Capreolus in 2. d. 3. Fauet Gandauensis quodlib. 1. q. 12. & quodlib. 4. q. 7. & aperte tradunt Gregorius de Valentia q. 7. pun. 1. Molina. cit. q. 56. art. 1. d. 1. Vasquez d. 204. c. 2. Suarez Metaph. d. 35. sedt. 4. & hic lib. 2. c. 4. idemque docuit Aristoteles lib. 3. de anima tex. & 15. & lib. 12. Metaph. tex. 51. Commentator, Soncinnas, & alij ibidem; adeo ut Durandus in 2. dist. 6. q. 6. non immerito dixerit, in hac assertione omnes tā Theologos, quam Philosophos conuenire. Contrarium tamen significat Marsilius in 2. d. 7. a. 1. conel. 2. qui absolute videtur negare: & ex parte Scotus in 2. d. 3. q. 10. Major q. 4. Bassolis q. 3. qui si concedant, Angelum seipsum cognoscere intuitu per suam essentiam, putant tamen etiam cognoscere seipsum alia quādā cognitione abstractiua, per specie superadditam. Marsilio Suarius hic loc. cit. fecetus Scotū adiungit Henricū quodl. 5. q. 14. quāuis eū conetur tueri Vasquez loc. cit.

⁴ Probatur assertio optimā, eademq; comuni ratione S. Thomæ loc. cit. Quia substantia Angelī cuiusq; cum & immaterialis sit, & connaturaliter ac intime præsens, ipsi sat is proportionata, vt per modum obiecti actualis, vna cum ipso concurrat ad intellectiū, sine alia specie. Quia proinde nec dāri potest, saltem naturaliter, & secundum naturalem modum intelligendi ipsius Angelī; siquidem hæc non datur, nisi quando obiectū ipsum non est per se satis proportionatum, vt obiectū per seipsum immediate concurrat ad cognitionem, vt in simili de Deo dictum d. 2. q. 6. dub. 2. Quanquam Vasquez ob contrarium fundamentum, quod ibidem fecutus est, multum hic circumscriptionem allatam disceptet. Idem vero etiam de anima separata assert S. Thomas, q. 89. a. 2. non autem de existente in hac vita, vt pote quæ in intellegendo dependet à corpore; de quo Philosophi. Accedit contra Scotum, quod cum Angelus

per suam substantiā intuitu se cognoscet, vt ipse fateretur, nec ab ea cognitione quicquam cesset, vt in terius dicetur, supervacanea plane esset altera illa cognitionis abstractiua per specie impressam adeoq; contra consuetum naturæ ordinem quæ refutit superflua.

⁵ Assertio III. Angelus cognoscit seipsum per suam substantiam immediate, ita vt ipsa ex parte obiecti immediate influat & concurrat ad eam cognitionem. Hæc est mens S. Thomæ loco citata, quem ita etiam sequuntur & intelligunt Ferrarensis 2. cont. gent. c. 98. Capreolus in 2. d. 3. q. 2. conclus. 5. Soncinnas 2. Metaph. q. 59. item Molina cit. a. 1. Gregorius de Valentia q. 7. pun. 1. ad 4. Suarez hie lib. 2. c. 4. n. 9. & consentiunt Egidius in 2. d. 3. p. 2. q. 2. a. 1. Argentina q. 2. a. 3. Richardus a. 6. q. 1. Durandus q. 6. Scotus q. 8. & Henricus quodlib. 4. q. 7. et si contrarium dixerint Caietanus hic q. 54. a. 3. & q. 56. a. 1. Bannes & Ripa eodem a. 1. qui docent, non ipsam substantiam Angelī immediate, sed solum intellectū tanquam virtutem ab ea decimam seu manantem, tam ex parte potentie, quam obiecti immediate concurrens in Angelo ad cognitionem sui, quod generalius etiam sequitur Vasquez, disp. 204. c. 2. Sed ratio in contrarium est manifesta. Nam aliud est concursus ex parte obiecti, & aliud ex parte potentie; hunc præstat potentia, illum vero aut ipsum per se obiectum, quando est ex se proportionatum ad hoc officium, aut eius loco species intentionalis, qualis non est ipse intellectus; vt inductione in ceteris rebus omnibus patet.

⁶ Assertio IV. Angelus etiam per suam substantiam immediate cognoscit naturales suas potentias & proprietates, quæ ab eius essentia manant; species vero intelligibiles, & ipsam sui cognitionem, vt & cætera accidentia intrinsecā, etiamsi libera & contingentia sint, cognoscit per seipsum existunt, & non immediatè per substantiam, aut species impressas. Ita Suarez cit. cap. 4. à n. 20. ex communiori, post Henricum, Richardum, & fere omnes Scholasticos loc. cit. Ratio est; quia qui comprehendit cognoscit subiectum, simul etiam & eadem cognitione ac medio cognoscit eius passiones naturales; alia ratio est aliorum accidentium. Quia tamen & species, & cætera accidentia, quæ dixi, & spiritualia sunt, & in eadē substantia intimè præsentia sunt intellectui Angelico, nihil deest, quo minus per se intelligi possint: præsentum quia si Angelus suas species cognosceret per alias species, daretur processus in infinitum. Dixi vero cum existunt. Quia actus suos præteritos non videtur Angelus posse cognoscere aliter, vt etiam citati veteres Scholastici videntur supponere, quam per suam substantiam, supposita hac quasi conditione, quod ea semel fuerit, eiusmodi actu informata; et si Suarez per species acquisitas cognosci putet, quod dub. seq. assert. 7. refelletur.

⁷ Assertio V. Quilibet Angelus clare & perfecte etiam cognoscit omnes alios Angelos; idq; nec per suam substantiam, neq; per substantiam Angelicam cogniti, nec per species ab eo impressas; sed per species sibi à Deo naturaliter inditas. Ita 3.

Thomas

Thomas. cit. quest. 56. artic. 2. Caietanus, & Thomistæ ibidem, Ferrariensis 2. cont. gent. c. 98. & alij communiter, qui necessitatem specierum in Angelis admittunt, speciatim Gregorius de Valencia q. 7. pun. 2. Molina citat. artic. 2. Suarez hic lib. 2. cap. 5. contra Durandum, & Nominales, species in Angelis vniuersim negantes, ut dictum dub. præcedenti; quos sequitur Vazquez ibidem citatus, & hic disp. 205. cap. 3. item contra Alensem, qui has species ab obiectis imprimi docuit, vt ibidem diximus.

8 Probatur assertio. Nam à quoquis Angelo clare cognosci alios omnes, consentient Doctores, ut dictum assert. 1. Nam si quoquis apud omnes, aliuear is socias, si ciues vnius ciuitatis se mutuo vtcumque norunt; cur non multò magis Angeli cæteros suos confiosos perfectè norint; quando multo maiorem inter se subordinationem & dependentiam habent, quam eiudem ciuitatis ciues. Neque tamen unus cognoscit alterum, per suam essentiam; nec veluti per speciem, seu medium, non cognitum; quia nec formaliter nec eminenter continet alterum; nec similitudinem haberet ad perfecte representandum requisitam: nec tanquam per medium cognitum; quia talis cognitione non esset. quidditatua, sed imperfecta; quicquid author libri de causis proposit. 8. erro-neo fundamento nixus, quasi unus Angelus sit causa vel effectus alterius, dixerit, merito idcirco refutatus à S. Thoma q. 8. de verit. Neque item unus cognoscit alterum Angelum, per ipsam eius essentiam aut per species ab eo impressas; tum quia essentia naturaliter & ad libitum cognoscens, non est coniuncta Angelo cognoscenti; qui tamen sibi connaturaliter & ab initio vim sufficientem ad eam cognitionem depositebat. Tum quia Angeli non accipiunt cognitionem ab obiecto externo cognito; nec etiam species; vt generatim dictu dub. præced. Superest ergo solum, ut quisq; Angelus cognoscat alium clare & quidditatue per species à Deo sibi naturaliter & à principio inditas.

9 An autem simulcum hac cognitione, locum habeat cognitione abstractiuam eiudem obiecti, per medium cognitum, dubitari potest. Affirmat Alensem loc. cit. Vazquez cit. disp. 205. cap. 1. & alij. Breuiter dico cum Suarez num. 20. eam, esto fortasse à absolute non sit impossibilis, esse tamen valde imperfectam & superuacanam, adeoque parum consentaneam Angelis, qui perfectè se cognoscere possunt. Cum autem dicit Iustinus l. qq. q. 76. Angelos & dæmones se mutuo non cognoscere & intelligere; & Chrysostomus homil. 5. in Matth. Angelum voluntate sua fieri dæmoni inuisibilem; aut de cognitione secretorum cordis intelligendi sunt, iuxta dub. 6. aut non de eo, quod ex natura rei, sed ex peculiari Dei dispositio-ne accidit, vt notauit Vazquez cit. c. 1.

10 Assertio VI. Cognitione illa, qua quisq; Angelus alterum intelligit, est quidditatua; an etiam sit vniuersim comprehensiva, questio nominis est: rectius negatur. Primam partem docent omnes: & patet ex dictis; quia est per propriam speciem rei; quare cum etiam feratur in obiectum ut existens & praesens, etiam intuitu dicenda erit.

Secundam partem declaro. Nam si comprehendere est, non tantum cognoscere ea, quæ formaliter rei insunt, sed etiam omnia, quæ ex ea ori-ri possunt, velut ex causa, tum vtique nullus Angelus alium comprehendit; quod Vazquez citat. disp. 205. cap. 3. afferit. Si vero nihil est aliud, quam totam latitudinem essentiale intelligendo penetrare & perlustrare, tunc non solum superior inferiore, sed etiam superiore inferior naturaliter comprehendit; quod afferunt Molina & Bannes cit. a. 2. Si denique idem est, quod tam perfecta cognitione cognoscere, secundum ea, quæ rei formaliter ac necessario insunt, quam ipsæ ex se est cognoscibilis, tunc quidem Angelus quicunque seipsum, & superior inferiorem, non autem hic superiore comprehendit; vt sentiunt alij apud Vazquez loc. cit. & velut probabiliorem sequitur Suarez hic lib. 2. cap. 3. numero 14. idque mihi etiam magis probatur, vt in simili deo dictum disp. 2. q. 6. dub. 6.

11 Assertio VII. Angelus non cognoscit Deum naturaliter, per ipsam essentiam diuinam, concurrentem per modum speciei intelligibilis, neque per aliquam essentiae diuinæ speciem creatam. Ita S. Thomas cit. art. 3. Caietanus & Thomistæ omnes ibidem, item Molina eadem qu. 56. a. 3. Gregorius de Valencia q. 7. pun. 3. Vazquez disp. 206. cap. 2. Suarez hic lib. 2. cap. 17. Et prima pars est extra controversiam; quia cogitatio Dei per suam essentiam est intuitu, quæ nulli creaturerum potest esse naturalis, vt supra disp. 2. q. 6. dub. 3. diximus.

12 Secunda pars est contra Scotum in 2. d. 3. q. 9. & in 4. d. 49. q. 11. & cont. Marsilium in 2. q. 7. a. 1. conclus. 8. quorum ille docet, Deum ab Angelo naturaliter cognosci, per speciem propriam & quidditatuum ipsius Dei; hic vero per speciem quidem Dei, sed non quidditatuum. Scoto fauent etiam Bassolis in 2. d. 3. q. 3. a. 2. & cum Marsilio Nominale in prologo, qui saltem id fieri posse tuentur. Omitto Molinam, qui eti neget, defacto cognosci Deum ab Angelo per speciem, sive naturalem, sive supernaturalem, dicit tamen, nil obstat, quo minus diuinæ potentia detur species abstractiuam representans Deum, & sanctissimam Trinitatem, non quidem naturalis, sed supernaturalis, de qua re actum cit. disp. 2. quest. 6. dub. 2. & 3. Vnde etiam probatur assertio. Tum quia non potest dari species intelligibilis ipsius Dei, vt ibidem dictum. Tum quia omnis cognitione Dei quidditatua, adeoque etiam per propriam speciem ipsius, si qua detur, est intuitu; cum sit impossibile, vt abstrahat ab existentia, & presentia, seu immensitate Dei; siquidem utraque est de essentia Dei; intuitu autem visio repugnat naturalibus viribus Angeli, vt ibidem ostensum.

13 Assertio VIII. Angelus cognoscit Deum naturaliter in primis per suam essentiam; non quidem, vt per speciem intelligibilem, sed vt per similitudinem seu imaginem, & medium cognitionis. Hæc est mens & doctrina S. Thomæ cit. q. 56. a. 3. vbi distinguit triplicem modum aliquid cognoscendi; I. per presentiam, inquit, sua essentia in cognoscere; sicut si lux videatur in oculo: & sic Angelus intelligi-

intelligit seipsum. 2. per præsentiam suæ similitudinæ (sive speciei) in potentia cognoscitua; sicut lapis videtur ab oculo. 3. per hoc, quod similitudo rei cognita non accipiatur immediate ab ipsa re cognita, sed a re aliqua, in qua resultat; sicut videmus hominem in speculo. Et subiungit, primo modo cognosci Deū a beatis; tertio modo velut per speculum & in ænigmate, ex reb⁹ creatis, à nobis viatoribus; inter utramque vero medianam esse cognitionem Angelis; quia magis tamen accedit ad tertiam seu specularem; quia & ipsa, inquit, natura Angelica est quoddam speculum, & (vt superius dixerat) imago, diuinam similitudinem representans. Vbi proinde in hoc similem facit cognitionem Angelorum de Deo, cognitioni per speculum, quia ita necesse est aliquid in speculo reflexe videntem, prius ratione videre ipsum speculum; ita necesse est, ut Angelus seipsum cognoscat, ad hoc, vt in se Deum cognoscat. Eadem est ratio cognoscendi aliquid in imagine. Idem docet Sanct. Thomas 3. cont gent. cap. 9.8.

14 Prima vero pars huius assertionis est certa, & extra controversiam; apud omnes. Cum enim quisq; Angelus sit tum præstantissimus quidam effectus Dei, tum etiam elegans & naturalis quadam imago & similitudo Dei, sequitur ipsum quisque etiam secundum habitudinem intrinsecam, qua à Deo penderet, intime cognoscas, utique poterit optime, ac præ aliis etiam modis accommodatissime, & in primis naturaliter eorum quisq; Deum cognoscere per seipsum, ac per suam substantiam; seu quod idem est, in seipso, nempe velut effectum in sua causa, aut prototypum in imagine.

15 Secundam vero partem expresse docent Molina q. 56. art. 3. Gregorius de Valentia q. 7. pun. 3. Vasquez disp. 206. cap. 2. Suarez hic lib. 2. cap. 18. & significant Bonaventura in 2. dist. 3. part. 2. a. 1. q. 2. Richardus dist. 4. a. 1. q. 1. & 2. Bassolis dist. 3. q. 3. a. 3. & est plane mens S. Thomæ cit. art. 3. vt retulimus; et si contrarium significare videantur Alensis 2. part. q. 24. mem. 1. Capreolus in 2. distin. 3. q. 2. a. 1. Ferrariensis cont. gent. 9.8. Caietanus, & Zumeit. cit. q. 56. a. 3. qui et si concedant, Angelum posse cognoscere Deum per suam substantiam, vt per medium cognitum, addunt tamen, posse etiam cognoscere, vt per speciem, licet adæquatam & imperficiam; quamuis cum isti non negent, Angelum cognoscere Deum per seipsum, necessario etiam cognoscere seipsum, in modo forte loquendi poti⁹, quam re ipsa à nobis dissentire videantur; adeo vt etiam à Valentia & Molina pro nostra sententia citetur.

16 Ratio est. Quia licet Angelus sit quædam similitudo Dei, non tamen est similitudo intentionalis, sed obiectiva, per modum imaginis, quæ in prototypi cognitionem solum ducit velut obiectum cognitionis. Accedit quod omnis cognitionis naturalis Dei, solum est ab effectu, qui itidem causam representat solum per modum mediæ cogniti. Alias nulla ratio esset, cur Angelus non representaret Deum, etiam supra mensuram illius similitudinis, quam habet cū Deo in essendo; vt species intentionales faciunt: aut cur non etiam unus Angelus quemvis alium cognoscat per suam substantiam, tanquam per speciem; siquidem maior similitudinem cū eo habet, quam cū Deo.

17 Asserit IX. Angelus etiam quisq; naturaliter co-

gnoscit Deum, ex aliis rebus creatis, tanquam Dei effectibus; adeoq; vt per medium cognitum, ac per species concretas tum aliorum Angelorum, tum celorum, aliarumque rerum naturalium. Ita Bonaventura in 2. dist. 3. part. 2. a. 2. q. 2. & omnes interpretes S. Thomæ cit. art. 3. ex certa & communis. Ratio est manifesta. Cum enim ab hominibus quoque misericordia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conficiantur, iuxta Apostolum Rom. 1. multo magis ab Angelis, qui natura perspicaciores sunt, & lumen eius res naturales omnes, earumq; dependentiam à Deo cognoscunt. Quare etiam Vasquez disp. 206. cap. 7. putat, Angelum Dei proprietates melius nosse, ex pluribus rebus aliis, quam ex se solo; quod nisi ad Angelos alios, præsertim superiores, referatur, non sat probatur.

18 Illud dubitari potest, an perfectius Angelus quisque Deum cognoscat, per seipsum, an per Angelum superiore; de quo fuit disputat Suarez lib. 2. c. 20. Breuiter dico, et si concedi possit, Angelum perfectius cognoscere Deum per Angelum superiore, perfectione nobilitatis ex parte obiecti seu mediæ cogniti; tamen perfectione claritatis, ex parte actus cognoscendi, perfectius cognoscere per seipsum; cum ut Angelus quisq; seipsum multo naturalius, & ut ita dicam penitus, adeoq; etiam clarius cognoscit, quæ Angelum superiore; ita etiam consentaneum rationis sit, ut clarius etiam Deum ex seipso cognoscat, quam ex alio Angelo superiore, quem minus clare & perfecte, quam seipsum cognoscit. Quæ etiam forte causa est, cur S. Thomas cit. art. 3. eum modum cognoscendi Deum solum preferit, nulla expressa a liarum creaturarum facta mentione.

19 Asserit X. Angelus cognoscendo Deum per suam substantiam, vna & eadem cognitione cognoscunt seipsum, & Deum per seipsum, sive per suam substantiam. Ita Gregorius de Valentia q. 7. pun. 3. Vasquez disp. 206. & consentit Suarez hic lib. 2. cap. 19. post Ferrariensem cit. lib. 2. cont. gent. cap. 9.8. et si contrarium sentiat Molina cit. a. 3. vbi dicit, Angelos ita ex se, & aliis rebus cognitis Deum cognoscere, vt nō sit vna cognitionis, quæ res eiusmodi & Deum per seipsum cognoscunt; sed duæ, specie ac numero diuersæ; cum nequeat vna cognitione esse intuitiva simul & abstractiva, etiam diuersorum obiectorum: quod adeo verum censet Molina, vt potius existimet, concedendum Angelo discursum in ea cognitione Dei exercenda; ad quod veluti absurdum deuitandum, Scotus in 2. dist. 3. q. 9. negavit, Angelum per suam substantiam cognoscere Deum.

20 Sed probatur assertio. Tum quia naturale est Angelo, cum sit expers discursus, vna & eadem cognitione cognoscere in effectu causam; & in principiis conclusionem. Tum quia impossibile videatur, vt euidenter cognoscatur aliquis effectus, simul cum actuallī dependenti, quam habet à sua causa, & non simul etiam eadem cognitione cognoscatur causa, saltem quoad questionem An est; siquidem relatio & terminus eodem actu necessario cognoscuntur: sed Angelus cognoscendo quidditatue & comprehensione, necessario cognoscit se, vt ens participatum & depedens à Deo veluti causa: Ergo. &c. Neq; vero repugnat, eandem realiter intellecti respectu diuersorum obiectorum, simul esse intuitiuam

uam & abstractiuam, cum id etiam in ipsa scientia Dei, vel visione Dei reperiatur, ut suo loco dictum: & Angelus saepe in una re existente visa, cognoscat aliam esse possibilem, ut recte Suarez num. 2.

21 Addit tamen Suarez ibidem a num. 3. posse nihilominus Angelum habere propriū actū cognitionis & cōceptionis Dei, distinctū ab actu, quo se vel alios effectus Dei, & per illos Deum cognoscit; nimurum concipiendo Deum sub ratione absoluta entis à se, seu non ab alio, infiniti, immensi, omnipotentis. &c. idq; ita, vretiam si per impossibile se non intelligeret, nihilominus post habitam semel eiusmodi absoluta cognitionem de Deo, ipse postea mediante specie „quam eius visu acquisierit, possit probitum denuo realsumere: id quod suo modo èt in hominib⁹ putat accidere. Sed hæc res mihi dubia est; non solum, quia S. Thomas absolute docuit, Angelos cognoscere Deum per suam substantiam; vel si addamus èt iuxta dicta, per alias effectus Dei, velut medium cognitū, quæ communis est Doctorum sententia, vt vidimus; sed quia consulendo èt rationem, non appetet, quo medio talis cognitione Dei ab Angelo, sine cognitione sui, alias unius rerum, haberi possit. Cum n. Deum, Angelus naturaliter non possit cognoscere, per substantiam, vel etiam per speciem propriam ipsius Dei, vt dictum, necesse est, ut cognoscat Deum vel per suā substantiam tanquam medium cognitionis, vt dictū, vel per species alterarum rerum, velut effectum Dei; qui modus cognoscendi Deum non est, nec esse potest, sine cognitione earundem rerum. Ergo etiam si Angelus cognoscat Deum velut Ens ex se, immensum, infinitum, omnipotenter. &c. vt quidem ab Angelo cognosci, negari non potest, necessario tamen, id ipsum in se vel alio effectu Dei, vtique velut medio cognito, cognoscere. Ergo impossibile est, ut Deum cognoscat, quin simul le velutum Dei effectum cognoscat. Et quia quod est medium cognoscendi, per modum obiecti cogniti, non cognoscitur ab Angelo, distincto actu ab ipso cognita, vt qui non ex effectu causam, sed in effectu causam cognoscit, necesse est, vt illa cognitione Dei semper etiam simul sit cognitionis aliius effectus Dei.

22 Quod autem Suarez de specie prioris cognitionis ab Angelo acquisita docet, multo magis insolitū videatur: sic n. Angelo denerari nō posset intellectus agere, contra communem doctrinam traditā dub. I. quamvis etiam si per talem speciem Angelus Deū intelligeret, nihilominus simul èt saltē ipsius precedentis cognitionis (rei utiq; creatæ) memoria & cōsideratio velut medium cognoscendi interueniret, ac proinde ne sic quidē cognitione Dei esset sine omni cognitione creaturæ. Neq; vero existimo, etiam homines naturaliter vñquam ita abstractam de Deo cognitionē vel cōtemplationem habere posse, quin simul saltē confuse & in obliquo ad rem èt aliquam creatam terminetur cognitione, ob eandem causam: quia nullam de Deo cognitionem naturaliter habemus, aut habere possumus, nisi per effectus Dei, velut medium cognitū; idq; non habitualiter tantum, sed etiam actualiter, alias enim continuo aliquid aliud, ex parte obiecti, ad eam cognitionem Dei actualiter concurrens, assignandum esset: quod commodè assignari non potest. Atque hæc de immaterialibus obiectis Angelicæ cognitionis satis.

D V B I V M IV.

De obiecto cognitionis Angelicæ naturalis, respectu rerum materialium; tum actu existentium, vel etiam præteritarum; tum possibilium.

S. Thom. I. p. q. 57. a. 1. 2. & 3.

Explícata cognitione obiectorum immaterialium, quam Angeli habent, cum S. Thoma progradiat ad explicandam cognitionem obiectorum materialium; non tamen simul omnia hæc obiecta uno dubio comprehendendo; sed reseruando ea, que specialē difficultatem habent, nimurum futura contingentia, & occultas cogitationes, seu affectiones mentium ad duo dubia subsequentia. In præsentis vero de triplici genere rerum materialium, nimurum 1. singularium actu existentium. 2. præteritarum. 3. mere possibilium, sequentes assertiones ponimus.

Assertio I. Angeli directe & perse, propriaq; adeo & intuitu cognitione cognoscunt res materiales singulares existentes. Ita S. Thomas hic q. 57. art. 1. & 2. & communis omnium Doctorum ibidem, & cum Magistro in 2. dist. 3. contra duos errores oppositos gentilium, unus est, quod Angelis nullo modo cognoscant singularia, cui errori fauunt Averroës & Auicenna, qui ita videntur docuisse de Deo; quicquid sit de Aristotele, de qua reactum disp. 2. q. 8. dub. 4. alter error est, quod ea solum cognoscant, abstracte in suis causis vniuersalibus.

Sed vt bene dixit S. Thomas cit. a. 2. *Primus ille error derogat Catholicæ fidei, que ponit hac inferiora administrari per Angelos, secundum illud Heb. 2. Omnes sunt administratoris spiritus & Eccles. 5. v. 5. Nedita coram Angelo, Non est prouidentia. Deinde derogat, inquit S. Thomas, Philosophia documentis, secundum que ponuntur Angelii motores, calefactum orbium, & quod eos moneant secundum intellectum & voluntatem.*

Ex quibus èt refellitur secundus error. Nam ad recte prouidendum rebus singularibus, necesse est, eas non tantū in genere vel in confuso habere cognitas, sed etiam in particulariæ individuo, quæ singulares sunt: cum tamen ex causis vniuersalibus non possint cognoscari individua, nisi secundum rationem communem; eo ipso quod causæ vniuersales ex se ad plura individua indifferentes sunt.

Ratio a. vniuersalibus assertionei sumitur ex S. Thomas cit. a. 2. Quanto n. aliquid, in aliquo rerū genere superius est, tanto habet in eo genere virtutem magis vnitam, & ad plura se extendentem; sicut patet in homine; in quo vñica potentia sensus communis tanquam superior proprio sensu, omnia cognoscit, quæ quinq; sensibus exterioribus cognoscuntur; & quædam alia, quæ nullus sensus exterior cognoscit, sciens differentiam albi & dulcis: Cum ergo Angelus naturæ ordine in genere naturæ cognoscens sit supra hominem, necesse est, ut Angelus per vnicam, quam habet vim cognoscendem, scilicet intellectu, intelligat omnia quæcumq; homo sua potentia cognoscit.

cognoscit: homō autem directe, clare & intuituē cognoscit etiam singularia materialia si non directe per intellectum, vti putat schola S. Thomæ, fauente non nihil Aristotele i. poster. tex. 43.) saltem per sensum: Ergo. &c. Qua de causa etiam S. Thomas cit. a. 1. ad 2. eam cognitionem materialium obiectorum appellavit *visionem intellectualem*. Cum quo non pugnat, quo minus simul ea cognoscantur, secundum gradus etiam vniuersales omnes, seu genericos, seu specificos, imo hoc necessarium est ad eorum intuituam & quidditatiam cognitionem; vt inferius dicemus assert. 4.

5 Assertio II. Angeli non cognoscunt hæc individua materialia, nec per solam præsentiam obiecti, si ne aliqua specie eiusdem obiecti; nec per species ab ipsis obiectis acceptas, sed per species sibi ab initio congenitas. Ita S. Thomas 2. cont. gent. cap. 96. & hic cit. a. 2. Caietanus, & omnes Thomistæ ibidem, Ferrariensis loc. cit. Capreolus in 2. dist. part. 2. quest. 2. item Bonauentura eadem in 2. dist. part. 2. art. 2. quest. 1. Aegidius q. 2. a. 1. dub. 2. & art. 2. dub. 2. Argentina q. 2. a. 4. Heruæus q. 4. a. 3. Albertus art. 1. 5. & in sum. part. 2. tract. 4. q. 14. mem. 3. a. 2. & de quatuor coœvi 1. p. q. 5. a. 12. Henricus quodlib. 5. q. 14. Guiliel. Parisiensis tract. devniuersalibus, quos sequuntur recentiores communiter, Gregorius de Valentia q. 8. pun. 2. Suarez hic lib. 2. cap. 6. Albertinus tom. 1. princip. 1. coroll. 8. contra dupl. a liorum sententiam. Prior est Durandi in 2. distin. 3. q. 6. Gabrielis q. 2. a. 2. & aliorum Nominalium, quos citauimus dub. 2. & fere sequitur Vasquez ibidem, citatus & hic disp. 208. cap. 4. qui docent, individuum materiale cognoscit ab Angelo per solam præsentiam obiecti, si ne aliqua specie eiusdem in se recepta. Altera est Alensis 2. part. q. 2. 3. mem. 3. & 4. & q. 24. memb. 3. Richardi in 2. dist. 3. q. 2. Scoti q. 11. Balliolis q. 4. art. 3. Maior q. 4. Heruæi q. 2. & quodlib. 5. q. 6. Marsili in 2. q. 7. a. 1. qui docent, Angelum videre singularia materialia per species ab obiectis acceptas.

6 Ratio assertionis est. Quia ad quamvis intellectuē creatam requiritur non solum terminatio, sed etiam realis concursum, & vera causalitas ex parte obiecti, vt sapientius dicitum: eam vero in præsenti præstare non potest, nec ipsum per se obiectum materiale, quia non potest agere in substantiam immaterialē: nec ipsé intellectus Angelicus; quia hūc solum concurrīt ex parte potentia, non ex parte obiecti: nec species ab obiecto materiali Angelo impressa: quia, vt dictum, non potest agere in subiectum immateriale; multo minus qualitatem spiritualem produdere. Restat ergo, vt intelligantur per species à Deo congenitas, vti generatim docuimus dub. 2.

7 Assertio III. Angelii habent species innatas omnium rerum naturalium (abstrahendo tamen à futuris contingentibus, & occultis cordium) creatarum & creandarum, ab initio mundi usque ad finem, non solum quoad genera & species, sed etiam quoad individua. Ita communis Doctorum, quos pro præcedenti assertione adduximus; idemque fuisse prosequuntur Albertinus loc. cit. & Suarez cit. cap. 6. & 8. & colligitur ex S. Thoma cit. art. 1. & 2. vbi expresse dicit, *habere species connaturales ad omnia intelligenda, quae naturaliter cognoscere possunt*. Ratio

est: quia cum Angelii non accipiunt suam cognitionem ab his obiectis, vt dictum; neque adeo in hac cognitione quoad habitum proficiant, vti nos homines; conuenienter erat, vt eorum obiectorum omnium, quæ homines successivæ & diuisim cognoscunt, habitualem notitiam, seu potius species repræsentatiua, simul ab initio congenitas acciperent.

8 Assertio IV. Non sunt in Angelo species distinctæ, ad repræsentandam existentiam eiusmodi rerum singularium, aut essentiam; vel etiam ad repræsentandagenera, species, & individua earundem; velenique ad repræsentandam substantiam, & accidentia earundem rerum: sed eadem species, tum directe individua eiusdem speciei; tum ipsæ earundem naturas, gradusque & rationes essentiales communes; tum omnia earundem accidentia, modosque, & mutations; tum deniq; simul & essentiam, & cum existunt, etiam existentiam repræsentant. Ita ex mente S. Thomæ loc. cit. citati pro assertione præcedenti, & fuse Suarez cit. cap. 8. et si Bonauentura in 2. dist. 2. part. 2. art. 2. q. 1. putet, non omnia accidentia, quæ subiecto contingenter insunt, simul cum subiecto per unam speciem repræsentari, sed per varias, idque velut quadam compositione seu simultanea applicatione specierum.

9 Ratio est. Quia partim quædam ex his, puta essentia & existentia; natura communis & singularis; adeoque gradus Metaphysici eiusdem rei, ex veriori non distinguuntur nisi ratione: partim ipsa præstantia naturæ & intellectus Angelici, species sibi earum rerum connaturales depositebat, quæ & in repræsentando vniuersalia essent, & simul res ipsas perfectissime, adeoque secundum totum suum esse, quod habent, repræsentarent; quicquid Scotus loc. cit. dixerit, Angelos habere innatas species rerum vniuersalium, non autem singularium. Imo verius est, Angelos nunquam habere proprios & preciosos conceptus generum vel specierum, quæ in individuis reperiuntur; quandoquidem ipsi cognoscuntur prout sunt, nec adeo ratione distinguuntur, quæ à parte rei distincta non sunt; et si à nobis ratione distinguiri intelligent, vt pluribus differit Suarez cit. cap. 8. num. 9. & 11.

10 Assertio V. Eiusmodi species congenitæ Angelo, quamvis numero finitæ; imo etiam una quæpiam ex illis, repræsentare successivæ possunt infinita singularia accidentium, re ipsa quandoq; existentium, tam materialium, quam immaterialium, quæ in substantiis, sive corporeis, sive incorporeis, syncategoreticamente in infinitum multiplicantur. Ita Caietanus, & omnes Thomistæ hic q. 57. art. 2. & supra q. 55. a. 3. & fieri posse fatentur etiam Gregorius de Valentia quæst. 8. pun. 2. & Suarez hic lib. 2. c. 14. num. 13. Id vero necessario sequitur ex communis & recepta doctrina S. Thomæ, quod Angeli res naturales extra se per species cognoscant, nec tamen accipiunt species à rebus ipsis; nec successivæ eas acquirant, vt supra dictum. Hinc enim sit, vt per species congenitas omnia eiusmodi singularia, quæ aliquando existentiam habent, aut habeant, cognoscere possint. Et quia hæc singularia in infinitum syncategoreticamente multiplicantur, cum sint infinitæ motiones corporum, passiones animorum (vt de

occultis cogitationibus & affectionibus mentis nihil dicant) partim in Angelis, partim in hominibus, tam beatis, quam damnatis futuræ; quæ accidentia, saltem cum existunt, Angeli naturaliter per inditas naturales species cognoscere possunt, ut dictum, sequitur species eiusmodi ex se sufficere ad infinita eiusmodi individuæ representanda.

Et vero vterius quia species illæ non sunt, nec esse possunt infinitæ (esse enim tunc infinitum actu, quod est impossibile) necessarium est, ut etiam una aliqua eiusmodi species per se sufficere possit ad eiusmodi individua infinita syncategorematicæ successivæ cognoscenda. Fac enim, ut quantolibet numero finito multiplicentur species; quero, an aliqua ex illis representare possit infinita eiusmodi singularia, an non: si affirmas, habemus intentum: si non, ergo totum etiam aggregatum singularium, quæ ab ipsis representantur, solum est finitum; quia ex finita multiplicatione numeri finiti non potest exurgere nisi numerus finitus: Ergo cum numerus solum finitus ex infinita syncategorematicæ multitudine illorum individuorum representetur, necessario adhuc restabit infinita multitudine representanda; ad quam proinde representandam nullus finitus numerus specierum sufficere potest, si non vna aliqua species ad infinita representanda sufficiat. Posito autem quod via species ad infinita individua representanda sufficiat, non est ratio, cur ad ea saltem in certa aliqua specie, & in uno aliquo individuo, cognoscenda, multiplicentur species; quia natura odit superflua. Quomodo autem hinc non sequatur, species eiusmodi esse infinitæ perfectionis, dictum est dubium.

Assertio VI. Angeli quoque cognoscere possunt eiusmodi obiecta naturalia præterita, etiam vt præterita; idque non tantum in aliquo suo effectu, aut signo externo, vel etiam per attestacionem extrinsecam Dei, vel alterius Angeli, aut hominis; sed etiam vi naturali intrinseca, & ex internis principiis, quæ Angelii in se habent; & quibus in actu primo constituantur, vimque naturalem intrinsecam habent, ad ea cum voluerint recognoscenda. Hæc assertio in his terminis est communis Doctorum, nullo quod sciam repugnante; quam tradidit etiam Augustinus libro secundo, de Genesia ad lit. c. 17. & lib. de diuinatione, & lib. decimo de Trinitate, cap. vndecimo, vbi Angelis tribuit memoriam præteriorum. Et ratio primæ partis, quod nimurum præterita saltem materialiter cognoscant, est. Quia Angeli omnium eiusmodi rerum naturalium, quæ aliquando habent vel habuerunt, aut etiam habitur sunt existentiam, species congenitas habent, ut dictum: Ergo saltem eas cognitione abstractuæ, & infuse, atque abstrahendo ab existentia cognoscere possunt: quod etiam de rebus futuris non negatur, ut dicemus.

Secunda & tertia pars constat ex SS. Patribus, qui sèpe memoriam & experientiam, seu experimentalem cognitionem Angelis etiam malis tribuunt, ut ex Augustino dictum. Ratio est. Tum quia Angeli habent memoriam, ut dub. prim, dictum. Tum quia nos ipsi etiam præterita ut præ-

rita cognoscimus, idque sèpe sola vi intrinseca, nullo effectu aut vestigio externo rei præterita, nec vla attestatione extrinseca interueniente.

Assertio VII. Angeli naturaliter ita, sine medio extrinseco, cognoscere possunt præterita, etiam ea iam antea, cum præsentia essent, actum non cognouerint; idque non solum per speciem alienam, multo minus per speciem de novo primum, acquisitam ipsius præterita cognitionis seu visionis; sed directe & in se, per speciem ipsius rei præterita naturaliter congenitam. Hæc est plane mens & sententia Sancti Thomæ, quando de his rebus singularibus agens question. 57. articulo primo & secundo vniuersum docet, cognosci ab Angelis, eiusmodi singularia, etiam perfecta cognitione, idque per species naturaliter congenitas; & ibidem articulo tertio, ab hac generali doctrina solum excipit futura contingentia; & articulo quarto occultas cogitationes cordium: sentitergo præterita etiam, vi præterita ab Angelo cognosci per species congenitas. Accedit, quod cum articulo tertio, obiec. 3. obieciit hoc argumentum: *Angelus non cognoscit per species acceptas à rebus, sed per species innatas universales: sed species universaliæ se habent ad præteritum & futurum: Ergo videtur, quod Angeli indifferenter cognoscant præterita, & præsentia, & futura;* Respondet ipse his verbis: *Dicendum, quod licet species, quæ sunt in intellectu Angeli, quantum est de se, equaliter se habeant ad præsentia, præterita, & futura: tamen præsentia, præterita, & futura non equaliter se habent ad rationes. Quia ea que præsentia sunt, habent naturam, per quam assimilantur speciem, quæ sunt in mente Angeli; & sic per eas cognosci possunt; sed quæ futura sunt, nondum habent naturam, per quam illi assimilantur; unde per eas cognosci non possunt.*

Quibus verbis aperte concedit S. Thomas, quod argumentum sumebat, Angelum cognoscere hæc omnia, (quando cognoscit) per species innatas; & simul cum minor propositio argumenti vgeret & obiceret representationem præteriorum, ad probandum similem etiam representationem futurorum, ipse in responsione non negat, per species innatas etiam præterita representari; sed vendo termino *præsentium*, ait, diuersam esse rationem futurorum; quæ sola negat ab Angelis cognosci, idque ob eam rationem, quia *nondum habent* (nimurum actualiter) *naturam*; quod ad res præteritas referri non potest. Comprehendit ergo S. Thomas præterita sub præsentibus; eo nimurum, quod in ordine ad cognitionem Angelicam, idem quasi sit, fuisse, aut esse præsentem, ut dicemus.

Denique in tota q. 55, vbi S. Thomas ex instituto tractat de species Angelicis, ne semel quidem mentionem facit specierum aliquarum, quas Angelus acquirat, sed vbiq; solum innatas & congenitas species ei tribuit: quod maxime patet ex artic. 2, in verbis paulo post referendis. Est ergo plane hæc sententia Sancti Thomæ, quam proinde eadem ratione supponunt Caietanus, & Thomistæ. Idem exprescent Gregorius de Valentia quest. 8. pna. 2. in fin. Albertinus tom. I. princip. I. coroll. 8. & Vasquez disp. 208. cap. vlt. saltem supponendo, quod Angelii habeant species: alias vero sine his ipse sola

vinatu-

vi naturali intellectus, ab Angelis cognosci præterita existimat, etiam in se, & directe, sine villa specie acquisita superaddita.

16 Contrariuero, Angelos scilicet non cognoscere præterita, qua talia sunt, directe & in se, per species inditas, docet Suarez hic lib. 2. cap. 12. vbi etiam pro fecit Zumel & Pefantium; & putat consentire S. Thomas hic cit. art. 3. ad 3. quasi præterita futuris, non presentibus, vii nos diximus, & quiparet; item Marsilius in 2. quest. 7. artic. 1. & Arimenes in 2. distin. 3. quest. 3. articul. 3. Sententia autem Suarez de modo cognoscendi præterita hæc est; nimirum Angelum non cognoscere praesentia ut præterita, nisi vel per effectus aut vestigia exterha, aut quando Angelus ea iam anteua ut praesentia videndo intellexit; neque vero tunc ea cognoscere per species ipsarum rerum, quæ præterierunt, sive innatas, sive de nouo acquisitas, sed per speciem quandam propriam de nouo acquisitam præterita visionis, quæ immediate quidem & directe representet actuū illum visionis, indirecte autem & mediante etiam rem ipsam præteritam, eiusque præteritionem; ita proinde ut cognitionis hac rei præterita non sit per propriam speciem, sed per alienam; nec sit cognitionis rei in se, sed in alio, puta in visione præterita, velut medio cognito.

17 Sed probatur nostra assertio, ex fundamento generali superius posito dub. 2. Angeli enim omnia creata & naturalia obiecta, quæ per species cognoscunt, cognoscunt per species inditas sibi & congenitas, & non per acquisitas. In quem sensum diserte etiam S. Thomas q. 5. a. 2. ait. Angelos habere species intelligentiales connotatales ad omnia intelligenda, quæ naturaliter cognoscere possunt. Deinde species Angelica representantem vim quamq; cum omnibus suis accidentibus: Ergo etiam cum certis differentiis locorum & temporum excepta sola futuritione, ut dicetur dub. seq. Denique hoc ex una parte non repugnat, ut in inferno declarabitur; ex altera parte pertinet ad perfectionem cognitionis Angelicæ.

E contrario alter ille modus cognoscendi præterita, per speciem alienam acquisitam, multis de causis non probatur. 1. Quia vniuersum verius est, nullas species ab Angelo acquiri; vti docet S. Thomas loc. cit. & dictum dub. 1. & 2. alias enim haberet etiam intellectum agentem. 2. Multo minus habet Angelus speciem acquisitam suæ intellectioñis præterita, cum ipse suas illas operationes omnes cognoscat per seiphas, aut certe cum præterierunt, per suam substantiam, ut dictum dub. præced. 3. Memoria sensitiva probabiliter cognoscit præterita, absque villa specie ipsius sensacionis acquisita; vt recte Vasquez loc. cit. 4. Alter ille cognoscendi modus rempræterita est valde imperfectus, ut pote solum per alienas species, & per medium cognitum. 5. Exsequitur, tot species ab Angelo acquiri, quod habet diuersos actus cognitionis: quod eti concedat Suarez, valde tamen nouum & insolens videtur.

18 Assertio VIII. Probabilis est, Angelos per easdem species, à parte rei plane inuariatas, cognoscere res præteritas, quibus cognoverant, aut cognoscere poterant præsentes; mutata solum conditione ipsius obiecti. Hæc assertio explicat determinate modum cognoscendi præterita. Probatur & decla-

ratur. Quia omnes authores, pro præcedenti assertione citati fatentur, species Angelicas repræsentare obiectum prout est, adeoque varie, prout ipsum obiectum varie se habet: circa modum explicandi autem variant. Primo enim quidam Thomistæ dicunt, hoc fieri, per quandam modificationem intrinsecam, que, Deo quasi naturaliter agente, speciesbus accedit; quod indicat etiam Suarez Metaph. d. 3. 5. sect. 4. & non solum evidenter refelli non potest; sed etiam non parum habet probabilitatis, ut fatetur quoque Albertinus loc. cit. eti repugnet Vasquez loc. cit.

19 Secundo alii probabilius docent, id fieri per species recipia plane inuariatas, mutata solum conditione ex parte obiecti. In qua re rursus est variatio. Quidam enim dicunt, species inditas Angelorum directe repræsentare tutu præsentia, tum præterita, pro varietate ipsorum obiectorum; etiam sine villa alia conditione requisita. Ita Vasquez loc. citat. Alii docent, ad hoc, ut species Angelicas determinante & in particulari secundum modum etiam particularem suæ existentiae, repræsentent sua obiecta, requiri, per modum conditionis, præsentiam seu coexistentiam actuali carundem specierum cum obiecto; ita nimirum, ut vel de facto etiamnum coexistant speciesbus, vel certe coexistenter aliquando: ad eum modum, quo quidam existimant, ad visionem requiri præsentiam & coexistentiam obiecti visi; adeo, ut etiam si species visibilis supernaturaliter sine obiecto conservaretur, ea tamen obiectum ipsum non sit repræsentatura. Ita docet Gregorius de Valentia question. 8. pun. 2. & 3. & consentire, videntur Cajetanus quest. 57. artic. 2. & Ferrar. I. 2. c. 96. Quod plane etiam intellexisse videtur S. Thomas relatus assert præcedens, iis verbis art. 3. ad 3. dum dixit, ea quo præsentia sum (sub quibus etiam intellexit præterita) habere naturam, (re ipsa nimirum ad actum existentie redactam) per quam a similitudine species; futura autem nondum habere; & ideo illa cognoscere posse, hæc non posse. Ex quo sequitur, si Angelus de notio creareretur, cum omnibus species naturalibus, quas nunc Angeli habent, cum tamen per se & directe non cognitum præsentia, ob defectum conditionis requisita.

Et confirmatur hic modus ex simili. Si enim Angeli possint occultas cogitationes alienas cognoscere, sine mutatione reali ex parte specierum, aut potentia, sola mutatione eiusdem conditionis extrinsecæ, ex parte obiecti interveniente, quia himerum locutio alterius Angeli accessit, ut dub. sexto cum Sanct. Thoma dicemus, eti hoc ipsum etiam neget Suarez, multo facilius intelligi potest, easdem species, licet in seiuariatas, varie tamen repræsentare idem obiectum à parte rei variatum. Denique eadem species plane inuariata successiue repræsentat omnia accidentia, quamvis sacer contra, eiusdem rei existentes, ut facetur etiam Suarez; quidn ergo possit etiam directe idem obiectum tum præsens, tum præteritum repræsentare. Et terque modus alignatus in hoc conueniunt, quod species inditæ præterita etiam, qua talia, adeoque præteritionem ipsam directe repræsentent, tunc cum obiectum præteritum est, ut expresse docet Vasquez loc. cit.

20 Nihilominus est tertius modus, non minus probabilis, quod nimirum species Angelicæ, cum res praesentes esse desierunt, plasim se quidem, & in particulari, vna cum sua existentia, quam habuerunt, directe representent, sed non vt actu iam praesentes & existentes. Quo ipso velut indirecte (cum futura non itare representent, vt dicetur dub. seq.) perspecies rerum praesentium cognoscere possunt præterita. Quod significare etiam videtur Albertinus loc. citat.

21 Assertio IX. Angelii non habent species proprias rerum pure possibilium; nec eas adeo etiam in se, & quidditatibus cognoscunt; sed solum quatenus aliquæ in potentia activa aliquarum rerum productarum continentur; per quas proinde cognoscuntur velut per medium cognitionis. Hæc est mens S. Thomas i. p. q. 56. a. 2. ad 4. vbi ait, quod si Deus factum fuisset plures Angelos, vel plures naturæ rerum, plures species intelligibiles mentibus Angelicis impressæ. Sentit ergo, non habere species rerum, quas Deus nunquam statuit facere. Et q. 55. a. 2. solum tribuit Angelis species intelligibiles, directe representantes ea, quæ aliquando habent existentiam. Eadem est communis doctrina Thomistarum ibidem, quæ tradunt velut communem etiam Vasquez disp. 208. cap. 4. & Suarez lib. 2. cap. 13. num. 10 contra Gaudensianum quodlib. 5. q. 14. qui Angelo tribuit habitum quendam cognoscituum naturaliter concreatum, quo inclinetur & habilitetur, ad cognoscendum rerum omnium, etiam mere possibilium, quidditates.

22 Ratio est. Tum quia mere possibilia, sicut actu secundum se nullum habent esse, adeoque non sunt actu entia, ita etiam in se non videntur actu intelligibilia; saltem potentia naturali creature, cuius cognitionis ab obiectis pendet. Tum quia ob eandem etiam causam Angelii non habent species, quæ directe & formaliter representent futura, qua futura, nimirum quia non sunt, nec fuerunt actu entia. Tum quia nec anima Christi, nec intellectus beati cognoscit omnia possibilia. Cognoscunt ergo Angelii quædam eiusmodi possibilia solum per species rerum existentium, in quibus virtute continentur; vt in posteriori reassertionis parte dictum est.

23 Assertio X. Cognitionis rerum naturalium existentium, per proprias species, est intuitiva; at vero non existentium, sive sint præterita, sive mere possibilia, (quatenus quidem hæc ab Angelo cognoscuntur) solum est abstractiva. Ita communis, idemque mox de futuris dicetur dub. sequenti. Ratio sumitur ex notionibus nominibus. Nam cognitionis intuitiva est, qua res ipsa in se, vt existens & quasi praefens, clare conspicitur; quæ proinde non est nisi existentium; abstractiva generatim dicitur, quæ vel non est per proprias species, vel ab existentia abstracta; & vero que hoc modo cognitionis mere possibilium est abstractiva: priori autem modo solum, cognitionis rerum præteritarum. Has enim, vt dictum, per proprias species cognoscit Angelus, et si non vt actu existentes.

24 Atque ex his etiam, quæ diximus, facile solui possunt omnia argumenta, quæ contra inditas species rerum singularium materialium obiicit Scotus, præter ea quæ dub. secundo retulimus & dissolu-

mus; & de futuris contingentibus dub. seq. dicentur. Videri potest præter alios Gregorius de Valentia cit. quæst. 8. pun. 2.

D V B I V M . V.

An & quomodo Angelii naturaliter cognoscant futura, præsumt contingentia.

S. Thom. i. p. q. 57. a. 3.

Præcipue difficultates, quæ contra doctrinam S. Thomas de speciebus Angelicis, & modo cognoscendi obiecta materialia singulare, à Scoto & aliis obiiciuntur, peruntur ex cognitione futurorum, præsumt contingentium; horum enim absoluta & perfecta cognitionis cum Angelis tribuit non possit, videtur inde consequens esse, Angelū nec habere species omnium rerum naturalium congenitas; neceas etiam adeo cum existunt, aut extiterunt, sine nouis speciebus cognoscere posse. Est igitur cum S. Thomas loc. cit. hæc dubitatio hoc loco explicata; quod assertoribus sequentibus præstabilitus, distinguendo nimirum inter rem ipsam futuram materialiter, & rem futuram, qua futura est; & virtusque cognitionis in se, vel in sua causa; itemque inter contingencia mere naturalia, & inter contingencia libera.

Assertio I. Res omnes naturales, quæ futura sunt, naturaliter cognoscere possunt Angelii abstractiva, & secundum suam essentiam; ita nimirum, vt non solum abstractatur ab existentia eorum, sed etiam à ratione ipsarum individuæ determinata: quod est cognoscere naturas ipsorum secundum se, vel ut summum etiam, prout substantia gradus & conditionibus individuantibus confuse & indeterminate. Hæc assertio est communis Doctorum, quos referimus, & patet ex dub. præcedent. assert. 3. Ratio est. Quia Angelii habent species congenitas, omnium rerum naturalium aliquando existentias, adeoque etiam futurarum, vt ibidem dictum: Ergo per eas saltem cognoscere possunt essentias & quidditates earum: abstractando ab existentia, & ratione individua particulari: esto confuse simul etiam eas cognoscant, prout substantia gradus & conditionibus individuantibus indeterminate, puta his vel illis: quod catenæ quidem, ab eis fieri posse, facili intelligitur; quatenus nimirum in ipsa natura, vel etiam in aliis individuis existentibus, velut medio cognito, intelligere possunt, etiam plura eiusmodi individua, hæc velilla esse possibilia; prout etiam viuenterum ab eis mere possibilia intelligi posse diximus.

Ve autem directe & determinate rationem individuum futurorum cognoscant, etiam abstractando ab eorum existentia actuali, fieri non potest, vt recte etiam docet Albertinus infra; et si contrarium sentiat Suarez lib. secundo, cap. vndecimo, numero 14. sic enim ipsam etiam futuritionem eorumdem cerre & determinate cognoscerent, quandoquidem cum nulla entia mere possibilia in se directe cognoscant, eo ipso, quod futura, sub ratione individua determinata, directe & in se cognoscerent, scirent, ea non esse mere possibilia, sed plane aliquando

futu-

1 futura, quandoquidem evidenter scire possint, ea actu non esse, nec fuisse. Ad cognitionem vero directam essentiae ipsorum, satis est, quod ea habuerit, aut habeat existentiam in aliis individuis, praesentibus, aut præteritis eiusdem naturæ.

4 Dicēs. Quid si specifica essentia non quam ante extiterit: nonne tunc altem ex directa eius cognitione futuratio ipsa determinate sciatur? Respondeo, assertione procedere secundum consuetum ordinem rerum naturalium, quo modo nula sunt nouæ rerum species & essentia futura, quæ non antea fuerint: si tamen in aliquo casu ponatur contrarium, tum ob eam ipsam causam dicendum erit, eiusmodi naturam ab Angelo directe & in se adeoque sine medio cognito, non cognosci; sed solum per modum tis mere possibilis, in aliquo medio cognito, ut si ex novo & in naturali coitu, ponatur nova species animalis futura.

5 Assertio II. Nullum futurum vi futurum in seipso cognoscitur ab Angelo, adeoque nec per speciem, quæ directe & immediate representant ipsa vi futura. Ita S. Thomas cit. q. 57. a. 3. & communis omnium Doctorum, quos citabimus, cum Magistro in 2. d. 3. vel 7. Probat ex scriptura & SS. Patribus, qui hoc velut proprium, tribuunt Deo, quod vt loquitur Apostolus Rom. 4. v. 17. vocet vel cognoscat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, hoc est directe, in se, ac velut per propria speciem. Ratio à priori est. Quia futura cum in se nec habeant nec habuerint existentiam, non magis in se sunt cognoscibilia à creato intellectu, cuius cognitio naturæ sua ex obiecto penderet, quam pure possibilia, de quibus actum debet præcedens assert. 9. quam rationem etiam indicat Sanctus Thomas artic. 3. ad 3. & 4. Ratio à posteriori est. Quia quoad hoc par ratio est omnium futurorum; siquidem omnia in hoc conuenient, quod in sensu illam penitus habent existentiam, & species Angelica ex se & qualiter se habent ad omnia: est autem erroneum dicere, omnia futura ut futura posse in se & directe naturali virtute cognosci ab Angelis, ut dicitur: Ergo de nullo hoc affirmandum est; etiam si rerum ipsarum futurorum species Angelis naturaliter indicata sint.

6 Qua ratione autem fieri possit, ut futura determinate & directe non præcognoscant Angelii, cum tamen species ipsarum rerum futurorum habeant congenitas, dictum est dub. præced. Quia nimis rurum species ut directe & determinate sua obiecta representant, requirunt per modum conditionis, coexistentiali sui cum obiecto, presentem aut præteritam; vel certe quia species directe non representant res nisi ut præsentes & existentes, idque tunc solum cum existunt. Certe quidem ut futuras directe naturaliter representare non possunt, ob dictas causas.

Assertio III. Futura, quæ iuxta naturæ ordinem, constitutum à Deo, necessario eveniunt, certo ab Angelis præcognoscuntur in sua causa secunda, velut medio cognito; non quidem ut absolute eveniuntur, sed quantum est ex vi causa secunda, nisi per causam primam extraordinarie impediuntur. Hoc est mens S. Thomas cit. artic. 3. vbi absolute affirmat, eiusmodi futura certo ab Angelo in sua causa præcognosci; quod iuxta sensum explicatum intelligendum. Ratio est, Tum quia Angeli præsentes

causæ secundas, quidditativè & intuitivè cognoscunt. Ergo eriam evidenter in ipsis velut medio cognitio cognoscunt id, quod ex vi eatum necessario futurum est. Tum quia nos ipsi etiam hoc modo quedam eiusmodi futura cognoscimus, v. g. Solem cras eritum, futuras Eclipses, & coniunctiones, seu aspectus astrorum, &c.

Quia tamen Deus omni creaturæ dominatur, ac solus ipse nulli legi ac necessitatibus subiectus, in administrando huius mundi creaturis, potest ipse etiam statas, & ex se necessarias rerum creatarum leges immutare, ut non semel accedit, v. g. tempore Iosue, Ezechiae, &c. Et quia libera ciuiusmodi decreta Dei, de rebus futuris, naturaliter ab Angelis cognosci non possunt, hinc he, ut nec de ipsa quidem futuritione, absoluta eiusmodi rerum, absolute & omni ex parte certi esse possint, sed solum, quantum est ex vi causarum secundarum, & consueti ac connaturalis concensus diuinus, ut dictum.

7 Assertio IV. Futura, quæ ex suis causis frequenter, & ut plurimum eveniunt, cognoscere potest Angelus in ipsis causis, velut medio cognito, per conjecturam, eo modo, quo medicus cognoscit a gritudinis eventum ex signis: & quidem tanto perfeccius, quam medicus, quanto Angelus perfectius novit & penetrat causas. Ita S. Thomas cit. art. 3. & omnes Thomistæ ac Commentatores ibidem, nullo Doctori dissentiente. Et vero assertio facilem habet explicationem, de quibusunque denum futuris eventis, sive mero naturalibus, sive liberis intelligatur: modo comparatio eorum fiat ad eas causas secundas, ex quibus non semper, nec necessario, sed solum frequenter, & ut plurimum, hoc vel illud futurum evenit. Ut si verum ponamus, quod natu sub hoc vel illo concordia syderum, fortiantur naturam, admodum cholericam, quæ frequenter ac ut plurimum (siquidem futurorum qui passionibus ducentur, est infinitus numerus), apertum verò, qui ab aliis, & a strom inclinationibus, suoque appetitu dampnatur, exiguus, iurgia & rixas ciere solet: vel quod hoc vel illo sydere oriente, seu in hoc planetarum cursu, tempus soleat esse pluvium; poterunt Angeli probabiliter scire, ex vi causarum illarum, seu rixas & iurgias ab eo homine excitandas; seu pluviis futuras, &c. In qua tamen genere Angeli beati, ne erroris periculo se exponant, nunquam absolutum, eliciunt assensum, de hac vel illa re, ex vi eiusmodi causalium, absolute futura, sed solummodo assensum, conscient modicatum, per modum quasi propositionis modalis, probabile esse, quantum est ex vi earum causalium, hoc vel illud esse futurum; in quo assensu nunquam ipsi falluntur, etiamsi id re ipsa postea non ita eveniat. Ratio vero assertio- nis est, quia & homines eo modo futura huiusmodi præcognoscere possunt: nec ea cognitio ob imperfectionem repugnat naturæ Angelicæ; saltem, quando melior & evidenter modus naturalis ea futura cognoscendi non suppetit, & moderatio superius dicta in assensu adhibetur: quamvis etiam sine hac moderatione esse possit, & sapienter sit in demonibus, etiam re ipsa cum errore conjuncta, ut suo loco dicitur, quæst. 6.

8 Assertio V. Futura quæ raro eveniunt, & ideo simili- pliciter causalia, aut fortuita dicuntur contingéntia,

comparationes etiam omnium suarum causarum, naturalium simul non possunt ab Angelo naturaliter vel modo cognosci. Ita S. Thomas quæst. 88. de verit. artic. 12. Vbi dicit: *Cognitione naturali illa tantum per formas imatas futura prefigere possunt Angeli, quia in causa naturaib; sunt determinatae, vel in una tantum causa, vel in collectione plurimorum.* Quia aliquid est contingens respectu causa vnius, quod respectu concordis plurimae causarum est necessarium. Angelii autem omnes causas naturales cognoscunt. Vnde quedam, quæ contingentia videntur, aliquibus causis eorum pensatis, Angelii ut necessaria cognoscunt, dum omnes causas ipsorum cognoscunt.

In eundem sensu intelligendum est, quod absolute docet S. Thomas hic quæst. 57. art. 3. ea quæ proueniunt ex causa sua, et in anterioribus, penitus esse rationata: sicut causa & fortuna; vt bene expositum. Ripa ibidem: nec opus est hic aliqua distinctione inter contingentia libera & naturalia. Ratio est manifesta. Quia futura non cognoscuntur ab Angelo directe & in se, sed naturali quidem cognitione cognoscuntur ab Angelo, solum (quidem cognoscuntur) in suis causis naturalibus, ex assert. 2. & 3. hæc autem contingentia futura nullo modo sunt cognoscibilia in suis causis naturalibus; cum respectu ipsarum quæ possint & soleant non esse ac esse: Ergo hæc nullo modo sunt ab Angelo naturaliter cognoscibilia.

Idem constat ex Scriptura, quæ hoc etiam sensu, futurorum cognitionem, tanquam Deo propriam reseruat. I&iot; 4. 1. v. 23. *Anuntiate, quæ ventura sunt in futurum; & sciennus, quia Dic eis.* Et I&iot; 4. 6. v. 9. *Ego sum Deus, & non est ultra Deus; nec est simili mihi mei, annuntians ab exordio nouissima, & ab initio, quæ nondum facta sunt.* Quod sacerdotiam ita tradunt Patres, & quidem etiam ex fide certum censemur, quoad contingentia futura libera: sive quæ à causis liberis pendent, Vnde Chrysostomus homil. 18. in Ioann. ait: *Certa prædictio futurorum immortalis duxit ad Deum est.* Et Origenes lib. 6. contra Celsum, dicit, *Diuini sermonis characterem esse prædictio nem futurorum.*

Quæ sit autem ratio, cur in Angelis non detur, aut dari possit species naturalis, (seu propria, seu aliena) eiusmodi futurorum contingentium, varijs varijs ratiocinantur; & Vasquez tandem disp. 207. cap. 2. & disp. 208. cap. 4. aliquique recentiores non nulli existimant, non posse huius rationem à nobis afferri ex Philosophia; sed constare solum de fide, ex Scripturis & revelatione. Albertinus vero tomo 1. princip. 1. coroll. 12. num. 6. reiecit aliorum rationibus, non tam ipse assignat, quod nempe Angelii, non vt Deus, eminenter contineant eiusmodi futura contingentia. Quod ego ita magis declarandum existimo. Quia eo ipso, quod contingentia sunt, causæque secundæ ponuntur ad ea producenda adhuc indeterminatae; necessariò fit, vt eorum futurum determinata, nec in natura Angelii, nec in villa causa naturali, quia tali, contineatur. Sicut autem se res habet ad esse, ita etiam ad representari: cum ergo futura contingentia non habeant villum determinatum esse, nec in se, nec in sua causa; non possunt etiam naturaliter vlo medio determinate representari.

Sed controvèrtitur inter Doctores, an posita assertio etiam locum habeat in futuris contingentibus solum liberis, seu quæ à causa libera dependent: an vero etiam in mere naturalibus, hoc est, quæ à nulla causa libera, sed solum à causis naturalibus dependent: & ideo solum sunt & dicuntur contingentia, quod à causis naturalibus naturaliter impeditib; bus, seu impediri solitis proficiunt; quod est querere, an dentur re ipsa futura contingentia etiam mere naturalia, hoc est, quæ respectu omnium suarum causarum etiam mere naturalium, & seclusa omni causa libera agente, sint contingentia, ita ut quæ possint esse, ac non esse.

De qua re est triplex sententia. Prima absolute existimat, non dari futura contingentia respectu omnium suarum causarum, nisi libera, seu quæ à libera causa aliquo modo dependent: quare propositam assertionem solum habere locum putat in contingebus liberis, aut quæ ab eis quomodounque pendent; non autem in contingebus mere naturalibus, quibus etiam animalium motus annulerantur: hæc enim in suis causis, vt & impedimenta eorum naturalia, putant isti no manis certo ab Angelis cognosci, quæ ea quæ dicuntur necessariò enenire. Cum enim habeant causas ex se determinatas ad viam, quas intimè pernovent, & comprehendunt Angelii, non potest fieri, inquit, ut aliquid ab ipsis efficiendum neciant. Nam si per aliam causam naturalem sint impedienda, hoc ipsum habebunt exploratum. Ita docent Corduba q. 55. dub. 4. Vasquez disp. 207. cap. 2. Albertinus citat. 1. tom. Princip. 1. coroll. 12. numero 3. Suarez Metaph. disp. 19. lect. 1. num. 9. & hiclib. 1. cap. 9. post Alençem part. 2. q. 26. memb. 4. Durandus in 2. dist. 7. quæst. 3. num. 3. & dist. 3. q. 8. num. 9. Albertum dist. 7. art. 5. idemque probabile censet Richardus in 2. dist. 7. a. 2. quæst. 2. Idem videtur sentire Augustinus de diuin. dæm. capite 5. & lib. 4. de Trinit. cap. 17.

Secunda sententia propositam superiorius doctrinam, simpliciter & absolute assertac intelligit, de omnibus contingentibus futuris, etiam naturalibus. Ita aperte docent Bonaventura in 2. d. 7. part. 2. a. 1. quæst. 3. Egidius eadem dist. quæst. 2. artic. 1. & tract. de cognit. Angel. quæst. 10. Heraeus dist. 7. a. 2. (vbi etiam ita S. Thomam intelligit) & Dionysius Carthusianus eadem dist. 7. vbi eam adeo veram existimat, ut opposita notam erroris inurat; eo quod pater eam damnatam in quadam articulo Parisiensis; (vti etiam putauit Richardus loc. cit. nihilominus utramque sententiam probabilem ratus) qui tamen solum Wicelli errorem damnat, ut recte Vasquez & Albertinus locis citatis. Idem ex recentioribus docent Bannez hic cit. quæst. 57. art. 3. qui oppositæ sententia audaciae notam imponit, & Zumel ibidem quæst. 1. vbi ait: *omnia sunt deesse omnibus, prater humanas operationes a libero arbitrio dependentes, & plerisque ab a futura contingentia; etiam relata ad omnes suas causas secundas.* Idem planè significant alij, qui absolute & indiscriminatim loquuntur, in quibus S. Thomas hic quæst. 57. a. 3. & in 3. contingent. cap. 154. Ferrariensis ibidem, Cajetanus cit. art. 3. Marilius in 2. quæst. 7. Argentinus in 2. d. 7. & Gregorius de Valencia quæst. 8. punct. 3. In ho-

rum.

rum ergo Doctorum sententia, ceventus naturales, prouenientes ex ipsis corporibus coelestibus, qui nullo modo impediri possunt, ut sunt eclipses, & concursus seu aspectus syderum ac planetarum &c. certo ab Angelis cognoscuntur; alii vero procedentes ex causis inferioribus, quae ab aliis per accidens impediri possunt, sola conjectura sciuntur. Eiusdem sententiae videntur esse Athanasius lib. qq. q. 2 3. & Tertullianus in Apologetico.

Tertia sententia videtur media, quae docet, futura contingentia causarum mere naturalium, ad unum prorsus determinatarum, certo cognosci ab Angelis: causarum vero liberarum, aut saltem aliquo modo in agendo indifferenter, ac indeterminatarum (quibus isti animalia, pueros & amentes annumerant) nonnisi per coniecturam cognosci posse, modo explicato. Ita Molina q. 57. a. 3.

Hæc res sane ambigua, ad explicandum difficulter, proprie pendent ex aliquo fundamento Theologico, sed Philosophico; an videlicet omnes cause naturales secundæ, ad omnes suos effectus, in particulari & individuo, plane sint determinatae; an potius animalia, aliaque eiusmodi nonnullæ causæ, quandam habeant in agendo indifferentiā rēspēctū certæ materiæ, vel obiecti: quod proprio Philosophorum est disputare. Interim vt mea breuiter sententiam exponam, sequentes assertiones statuo.

Affirmatio VI. Moraliter & regulariter loquendo. Angeli futura contingentia, quæ à causis secundis impeditibilibus pendent, certo præcognoscere non possunt. Ita sentiunt omnes autores secundæ ac tertiae sententiae: nec re ipsa dissentient autores pro prima sententia citati. Ratio est. Quia omnes in hoc convenient, futura contingentia, quæ quoquis modo à causa libera & libere agente dependent, aut impediri possunt, ab Angelis certo sciri non posse; at vero constat re ipsa nunc istarum causarum naturalium efficiantem plurimum & pierunque à libero arbitrio, saltem vt applicante; partim etiam vt à causa morali, puta precibus & meritis piorum, intercessionebusque Sanctorum aliquo modo dependere: Ergo pierunque & regulariter loquendo, Angelis nihil certi de iis scire naturaliter possunt. Minor declaratur. Quia constat, ad tempestatum mutationem seu conditionem, præter operam dæmonis, & opera humana libera; vt sunt V. G. incendia, & vastitates Vrbium ac Provinciarum; copiosa cædes & strages hominum, sordida ac immunda eohabitatione magnæ multitudinis. &c. quibus aer varie afficitur inficitur; multum sepe conferre merita & demerita hominum: ex aeris autem & tempestatis varietate & conditione pendente alteratio & dispositio varia aliarum omnium cauarum secundarum; siue de animatis, siue inanimatis loquamur. V. G. terra fertilitas, nutrimenta animalium, generatio horum vel illorum animalculorum; motus & affectus brutorum. &c. Quibus de causis non tantum varietas inducit in his locis, que multum habitatione hominum frequentantur, sed etiam in locis remotioribus, è quibus vel nubes & vapores abducuntur; velad quæ iidem deferuntur. &c. Potest ergo hec velut moralis cuiusdam regulæ instar haberi, futura contingentia ab Angelis naturaliter sciri non posse.

Assertio VII. Angeli etiam naturaliter & absolute possent omnia futura contingentia mere naturalia certo præcognoscere; quantum saltem est ex dispositione omnium simul causarum naturalium, inter se comparatarum, moraliter tamen & particulatim, ne sic quidem hæc cognoscuntur. Ita sentio cum Authoribus secunda & tercia sententiae. Probatur & declaratur. Quia cum determinata horum futuritio, ab innumeris quodammodo causis coelestibus & elementaribus directe vel indirecte dependeat, planè fit, vt Angeli nisi accuratè admodum, & non momentanea opera, attendant ad omnium causarum naturalium concursum, quantum saltem est ex vi naturæ, facile possint in ijs dijudicandis decipi; vt omnes fatentur. Quo posito, ita ratiocinor: Aut enim sunt Angeli beati aut dannati. Si dannati; Ergo quia pleraque præcipitantes agunt, facilè etiam in his iudicijis ferendis decipientur. Si sunt beati, non se occupabunt rerum harum inaniū operosa consideratione. Neutros ergo existimo, certo cognoscere, quot formicæ, v. g. iuxta naturæ cursum sint futurae, ab hinc mille annis; & quoties quoquo versum hæc ipsæ sint mouendæ; quot eniam culices, muscae, & vermes, hoc aut sequentianæ sint nascituri; & alia id genus.

Assertio VIII. Alias Physicè loquendo, verius existimo, omne agens naturale, positis omnibus ad agendum prærequisitis, esse ad agendum, certumque actionis modum effectumque determinatum; etiam si alias per cognitionem, vt bruta animalia, vel infantes, agant; nec habere per se propriam in agendo indifferentiā: ac prōinde absolute etiam posse Angelos, omnia eiusmodi futura contingentia mere naturalia, saltem quantum est ex dispositione causarum naturalium, certo præcognoscere. Ita sentio cum authoribus prius sententiae. Ratio est. Quia hæc videtur esse ratio & definitio causæ naturalis, vt positis omnibus prærequisitis, necessario agat; & quidem etiam in particulari hunc vel illum effectum producendo, pro ratione circumstantiarum: hoc autem posito, cum Angelis naturales omnes causas earūq; dispositiones mere naturalis intime pernoscant, certè poterunt, Physicè loquendo, si ad omnes simul causas, earumque contemplationem attendere vellint, tandem scire, quid ex vi earum præcisè futurum esset, vel non esset, si per causas liberè agentes non forent impedienda: siquidem etiam si una causa naturalis ab alia forte sit impedita, hoc ipsum nosse poterunt. Quare cum respectu eiusmodi futurorum contingentium causæ naturales, quantum est ex se, iam sint determinatae, saltem mediatae, poterunt ab Angelis physicè loquendo, præcognosci. v. g. ex hoc vel illo aspectu syderum, simul cum omnibus causis secundis mere naturalibus comparato, scire poterunt; quando & quanta pluvia sit futura; ex hac scire possunt qualis terra ærisque dispositio sit futura; hinc qui fructus, que & quot animalia ex terra progignenda, &c. semper hac conditione sub intellectu, nisi causæ naturales à causis liberis impedianter, seu quantum præcisè est ex concursu seu dispositione causarum mere naturalium.

Nec

17 Nec obstant, quæ in contrarium obiectiuntur argumenta, & fundamenta. Etenim i. quod brutum inter duo pabula æqualia constitutum, ad alterum feratur; dico hoc non futurum in differenter, sed determinatè pro varia eius tum interna dispositione vel imaginatione; aut externa aëris ventique aspiratione, &c. Quod si omnia ponantur æqualia, casus erit Metaphysicus, in quo facile negari poterit, brutum quicquam eorum, ob defectum conditionis requisita, nimirum debite propositionis obiecti, operaturum, donec aliud ab extrinseco determinetur. Nam vt at Sanctus Thomas quæst. 57. a. 4. ad 3. appetitus brutalis non est dominus sui actus, sed sequitur impressionem alterius causæ, corporalis vel spiritualis.

18 2. Siglobus igneus in centro terræ constituatur, dico eum sursum in omnes partes raptum iri; etiam ad minimas vñque sui, quantum naturaliter fieri potest, partitiones, donec tandem penitus dissoluatur & euanescat. Nec enim ob fugam corruptiōnis, naturalia agentia connaturales actiones suas pratermittunt, vt in igne & fumo sursum ascendeat videmus, ersi Suarez Metaph. loc. cit. putet non motum iri ob defectum conditionis ad agendum requisita.

19 3. Vt perfectum planum, in perfectum planum, vitreum prorsus vaiforme, lapidi itidem plano superpositum indicat, casus metaphysicus est; attamen si admittatur, puto nihil eo casu contractum iri, quia non est maior ratio, cur in has potius quam illas partes diffingatur, & violenta confractio quantum possunt resistunt partes omnes; nec tamen superari omnes ab agente possunt, alioquin in omnes suas partes commixendum esset vitrum, quod est impossibile. Idem in simili accidit, in quotidiano exemplo, dum ouum secundum longitudinem inter duas manus, quasi ad angulos rectos acceptum, & quamvis summa vi fortissime comprehendit, nulla vi frangi potest.

20 4. Quod agentia naturalia, quo ad individuam rationem actionis & effectus, dicuntur agere determinatione diuina, id quidem primum ad propositionem nil facit: quia non loquimur de effectu naturali, quatenus à Deo, sed præcisè quatenus à causa naturali dependet. Deinde principium illud, licet à Suarez loc. cit. Metaph. defendatur, minus tamen probabile videtur, & contra communem Philosophiam, secundum quam omnes cause naturales, cum omnibus suis circumstantijs, his velillis, ad agendum applicatae, ad suos effectus; etiam in particulari & individuo sua natura determinata existimantur, vt etiam Valsquez, & alij docent. Sed de his rebus plura Philosophi.

D V B I V M . VI.

An ē quomodo Angeli naturaliter cognoscant actus internos mentis alienæ, seu cogitationes cordum.

S. Thomas 1. p. q. 57. a. 4.

Pertinet quidem etiam hæc quæstio ad cognitionem singulatum, & quidem si ad humani coridis, aut interni sensus affectiones & apprehensiones respiciamus, materialium; sed quia speciale difficultatem continet, meritò à S. Thoma seorsim, & in speciali articulo tractata est. Procedit autem quæstio præcipue quidem de actibus internis intellectus & voluntatis, tam hominum, quam Angelorum; at vero propter rerum similitudinem & nonnullam connexionem, etiam ad actus imaginationis & appetitus sensitivi extenditur. Difficultas autem est, vtrum hæc per se, & neque locutione, neque vñlo signo exteriori manifestata, cognosci ab Angelis naturaliter possint: nam si alii locutione congrua manifestentur; aut exteriori aliquo indicio se prodant, nullum est dubium, quin ab Angelis naturaliter cognosci possint, vt dicetur.

De qua est prima sententia Heruæ in 2. dist. 8. quæst. 3. vbi docet, cogitationes cuiusvis alterius hominis, aut Angeli, cognosci posse naturaliter ab Angelo quolibet; hoc solum excepto, quod intensio modum in his actibus nescit, vt videlicet in harum cognitione aliquid saltem soli Deo relinquere videatur. Sed qua sententia defendi nullo modo potest; quia non solum in seipso non cohæret; sed etiam principale assertum erroris periculo non caret, vt dicetur; vnde etiam Suarez hic lib. 2. cap. 22. num. 4. eam temeritatis arguit.

Secunda sententia est Durandi in 2. d. 8. quæst. 5. num. 10. qui non solum eam Heruæ sententiam, quoad priorem partem probabilem censet; sed & insuper addit (magis quidem consequenter sed auctiore errore) etiam ipsam actus intentionem ab Angelis naturaliter cognosci posse: ratus proinde, solius Dei proprium esse, omnes orthinò cogitationes, tam futuras, quam præsentes seu præteritas cognoscere. Fundamentum autem vtriusque sententia est. Quia isti actus omnes sunt entis quædam naturalia: Ergo naturaliter cognoscibilia à creato intellectu perfectissimo, qualis est angelicus.

Tertia sententia est, de facto quidem, Deo sic statuente, vel prohibente, nesciri ab Angelis eiusmodi cordium secreta, (cogitationes scilicet intellectus, & operationes voluntatis) vt Scriptura & SS. Patres inferiori citandi docent: attamen natura sua illis ignota non esse, ob rationem dictam. Ita Scotus in 2. d. 9. quæst. 2. & in 4. d. 10. q. 8. Bafolis in 2. d. 9. quæst. 2. Lychetus quæst. 1. Ockam in 2. q. 20. & quodlib. 4. q. 13. Gabriel in 2. d. 9. q. 2. a. 2. & in Canonem Missæ lect. 3. 1. Maior in 2. d. 9. q. 3. & Holcot in 2. quæst. 4. Differunt tamen à Scoto nonnulli cæteri. Hi enim asserunt, omnibus Angelis, etiam bonis, eiusmodi secreta esse à Deo abscondita. Scotus autem solum malis eiusmodi secreta abscondita esse indicat.

Quarta sententia est Argentina in 2. d. 9. q. 1. qui putat cognosci quidem ab Angelo cogitationes quoad simplicem apprehensionem; non verò quoad compositionem; hoc est, cognosci quidem, quid alius apprehendat, & de qua re cogitet; vtrum autem assentu, an dissensu, compositione affirmante, an negante de eo cogitet, naturali vi nescire. Atque in eundem etiam ferè sensum docuit Aegidius in 2. d. 7.

q. 2.

q. 2. art. 2. & tractatu de cognit. Angel. quæst. I. scire quidem Angelos, qua quis specie intelligibili vtatur, sed non quo modo, vel circa quid in particuliari. Eadem opinionem probabilem censet Durandus loco citato.

6 Quinta sententia est Henrici quodlib. 3. quæst. 3. cognosci quidem naturaliter ab Angelis tum cogitationes cordium, non solum de quo obiecto sint, sed etiam utrum sint affirmationes, an vero negationes; tum affectus seu actus voluntatis, quoad substantiam; non tamen ex qua intentione proueniunt, seu ad quem finem cogitationes vel affectiones illæ dirigantur. Quia, vt dicetur, nec tuto defendi possunt; nec inter se coherent: siquidem ipsa virtute etiam intentio finis substantialiter est affectus seu actus voluntatis: quare & hanc sententiam, temeritatis arguit Suarez loc. cit. num. 6.

7 Sexta sententia est, cognosci ab Angelo naturaliter, tum cogitationes interioris sensus, seu phantasiaz, adeoque & motus appetitus sensuum, tum etiam cogitationes intellectus quoad substantialiam & secundum se, seu quatenus sunt præcisæ cogitationes talis obiecti; non tamen quatenus pendent aut procedunt à voluntate. Ipsas autem voluntatis affectiones seu libere sint, seu necessariae, dicuntur nec quoad substantiam quidem ab Angelis per se & in se cognosci. Refert hanc opinionem Durandus loc. cit. eamque postea docuit Alfonius Deza apud Vasquez disp. 210. c. 2. vbi hunc suum præceptorem laudat, ciuique sententiam etiam ipse velut probabilem tuetur; quanquam simul addit, se nolle in re tam abstrusa, cuiquam præiudicare, sed potius aliorum doctorum iudicio, quid verius sit, integrum relinqueret, &c. Idem videtur dicere Zumel q. 57. a. 4. q. 1. ad 2. vbi ait, omnes operationes, præterquam operationes voluntatis liberas, manifestas esse Angelo, secundum suam substantialiam, tantumque esse occultas in intellectiones omnes, sensations, & appetitiones, in quantum libera sunt aut humana. Inferius tamen ad 3. sentire videtur, tantum cogitationes connaturales Angelo, seu quæ ex necessitate naturæ consequuntur, alteri Angelo esse manifestas.

8 Sed vera & communis sententia affirmat, liberas cogitationes & affectiones mentis, quæ scilicet intellectus & voluntas regantur, naturaliter ac per se, nisi aliquo signo externo prodantur ac manifestentur, ab Angelo cognosci non posse; quam sententiam sequentibus assertionibus distinctè explicamus.

9 Assertio I. Apprehensiones & motiones potentiarum sensituarum, etiam internarum, vt imaginationis, & appetitus sensuum, si quidem secundum se spectentur, & non vt voluntate reguntur aut pendunt, etiam in se ac directè ab Angelis cognosci naturaliter possunt. Hæc est communis sententia Doctorum, non solum quos hactenus citauimus, sed etiam aliorum, quos proassert. 5. citabimus: idque, expresse docet S. Thomas hic q. 57. art. 4. ad 3. vbi ait: *Quia Angeli cognoscunt res corporales, & dispositiones earum, possunt per hac cognoscere, quod est in appetitu, & in apprehensione fantastica brutorum animalium, & etiam hominum, secundum quod in eis quandoque appetitus sensitivus procedit in actu, sequens aliquam impressionem corporalem, sicut in bruis semper est. Non*

tamen aportet, quod Angelii cognoscant metum appetitus sensitivum, & apprehensionem fantastica hominis; secundum quod mouentur à voluntate & ratione. Quia etiam inferior pars animæ participiat aliquid rationem, sicut obediens imperante, ut dicitur in Ethic. Nec tamen sequitur, quod si Angelus cognoscit, quod est in appetitu sensitivo, vel phantasia hominis, quod cognoscit id, quod est in cogitatione vel voluntate: quia intellectus & voluntas non subiacent appetitu sensitivo & phantasia, sed potest ei diversimode uti. Ita S. Thomas, quem sequuntur etiam Thomistæ omnes.

Et quamvis Sanctus Thomas in verbis citatis, significet, hæc solum cognosci ab Angelo alias res corporales & dispositiones earum, velut per medium cognitum, verius tamen est, ea etiam in se & directè cognosci posse ab Angelo eo modo, quo supra dub. 2. & 4. vniuersim docuimus, eisdem species inditas dicentes representare subiectum vna cum suis accidentibus naturalibus & materialibus. Vnde etiam petitur ratio. Quia actus isti sunt actus materiales, qui & per corpus exercentur, & in corpore recipiuntur: sunt ergo obiecta eodem modo naturaliter cognoscibilia ab Angelo, sicut cætera accidentia naturalia & materialia.

10 Assertio II. Angelii naturaliter quoque cognoscere possunt, etiam in se ac quidditatue, tum species intentionales, tum habitus quoslibet naturales potentiarum, seu in alijs Angelis, seu in hominibus, etiam si habens talen habitum nollet cognosci. Ita de speciebus expresse Sanctus Thomas citat. artic. 4. ad 2. & vniuersim Vasquez disput. 211. numer. 44. ex communi contra Marsilium in 2. quæstione 6. art. 2. cuius sententiam quoad habitus ex actibus liberis acquisitos, non improbabilem censet Albertinus infra. Ratio assertoris est. Quia habitus isti sunt mera entia naturalia; nec ab his secretæ cordium vlo modo pendent.

11 Assertio III. Sed & interni quoque actus intellectus & voluntatis naturaliter cognosciri possunt ab Angelo, quando & quatenus seu locutione Angelis accommodata, de qua quæstione sequente; seu externis signis aut effectibus, (vt est etiam quilibet corporis actio vel immutatio, inde consequens, aut cum tali affectu coniuncta) vel etiam ipsis internis motibus seu actibus potentiarum sensituarum produntur, aut in ijs reliquent: idque eo maiori vel minori certitudine, quo maiorem vel minorem habent hæc signa cum interno voluntatis affectu connexionem; tanto vero, quam nos homines perspicacius, quanto melius ipsi modos & rationes omnes particulares eiusmodi actuū seu effectuum norunt. Ita Sanctus Thomas citata quæstione quinquagesima septima, articulo quarto in corp. & communis Doctorum, post Hieronymum in illud Matth. 15, *De corde exenti, &c.* & Augustinum libro de diuinat. dæm. cap. 5.

Neque id libro secundo Retract. capite trigesimo ipse retractat, sed solum speciale quendam modum eiusmodi notificationis, in dubiu vocavit, vt notat S. Thomas ibidem, nimis per quædam signa sensibilium demonibus, & nobis occultis; Verba eius sunt: *In eius libri quodam loco, ubi dixi, demones aliquando & hominum dispositiones non solum voce prolatas, verum etiam cogitatione conceptas; cum signa quædam*

ex animo

*ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscre-
re: Rem dixi occultissimam audaciore asseveratione,
quam debui. Nam perenire ista ad notitiam dæmonum,
per nonnulla etiam experimenta compertum est.
Sed virum signa quædam dentur ex corpore cogitantium
illæ sensibilia, nos autem latentia, an alia vi & ea spiri-
tali ista cognoscant, aut difficultè potest ab hominibus,
aut omnino non potest inneniri.*

*Supposuit autem Augustinus in eo libro dediu-
nat dæmon. dæmones habere corpora aërea, & sen-
sus acutissimos; & ideo signa illa subtilia quæ à dæ-
monibus sentiri possint, etiam si nobis non pateant,
excogitauit, vt notauit Suarez libro secundo capi-
te vigesimo primo, numero secundo. Ratio autem
assertionis est manifesta. Quia Angelis signa
illa externa, simul etiam cum motionibus internorum
sensuum, vt dictum, optimè norunt: & nos
ipsi etiam per externa signa sèpe internas
mentis cogitationes & affectiones non improba-
biliter perdiscimus.*

12 *Assertio IV. Probabile est, ipsos etiam internos
actus intellectus & voluntatis, qui per se & ex sua-
ratione Angelis naturales & plenè necessarij sunt,
ab alijs Angelis etiam per se ac intuitiue cognosci:
Secuse est, si qui actus solum sint necessarij quoad spe-
cificationem, aut tantum per accidens. Primam
partem docent Zumel hic citat. quæstione 57. articulo quarto. Albertinus tomo primo Princip. I.
Coroll. 10. punct. 1. & Thomistæ recentiores cit.
artic. 4. & significat Sanctus Thomas ibidem, cum
ait, ea, quæ ex voluntate sola dependent, vel quæ in vo-
luntate sola sunt, soli Deo esse (in se) nota. Ex sola au-
tem voluntate dependere, significat illud, quod à libe-
ra eius voluntate, nec obiecto scilicet, nec vllare,
externa ad hoc necessitate, dependet, scit, inquit,
cum aliquis haberet habitum scientia, vel species intelligi-
biles in eo existentes, virtutis eis, cum vult. Ratio est.
Tum quia actus isti, habent se per modum quasi na-
turalium passionum; vt de naturali cognitione & a-
more Dei, ac sui, suo loco inferius dubio octauo, ex
probabilis sententia dicimus; adeoque sunt in gene-
re non rerum liberarum & occularum, sed natura-
lium & naturaliter ab Angelis cognoscibilium. Tum
quia hoc ipso, quod naturaliter ab Angelis emanant, cognita essentia Angeli quidditatius & intuiti-
vius, non videntur posse latere.*

13 *Secunda pars, quoad actus solum necessarios, se-
cundum specificationem, est communis omnium,
qui ita de actibus liberis docent, vt dicimus; & ra-
tio est eadem: quia hi actus simpliciter liberi sunt:
quoad actus vero per accidens solum necessarios,
etiam si necessarij sint quoad exercitium, vt sunt mo-
tus voluntatis primo primi, seu indeliberti, &c. vi-
detur ex mente Sancti Thomæ loco citato, non so-
lum quando in corpore vniuersum dicit, cogitationes
prosunt in intellectu, & affectiones prosunt in vo-
luntate, à solo Deo cognosci; sed etiam quia resp. ad
1. de statu beatitudinis loquens ait: Et tamen qual-
itatem mentis, quantum ad quantitatem gratia & gloria
representabit claritas corporis. Et sic unus mentem alterius
vndere poterit. Si ergo à beatis Angelis quantitas gloriae (extra visionem beatificam) non vi-
detur in seipso, sed solum in signo externo, idem vi-
detur dicendum de actibus naturalibus per acci-*

*dens necessarijs, comparatis ad naturalem cogniti-
onem alterius Angeli. Idem significant Zumel lo-
co cit. item Gregorius de Valentia quæst. 8. punct. 4.
& alij, dum vniuersaliter loquuntur; licet Alberti-
nus loco citato, & Thomistæ recentiores etiam hæc
per se ab Angelo vnoquoque cognosci posse existi-
ment.*

*Ratio est. Quia sicut in genere & ordine entis,
ita etiam in genere cognoscibilis, quodlibet est, &
estimatur, ex eo potius, quod est illi perse, quam
ex eo, quod est illi per accidens: Ergo hoc ipso
quod actus illi, de quibus loquimur, per accidens
solum necessarij sunt, per se vero ac sù natura-
liberi, censendi sunt potius esse ex genere & nu-
mero secretorum cordis, quam naturalium rerum
vel proprietatum. Accedit, quod quisque tam
merito velit eiusmodi osculta, ac saepet iofia, qua
patitur, alteri perse non esse manifesta. Denique
cum eadem sit entitas eiusmodi actuum, imò vnu
& idem actus possit successiue liber esse & necessari-
rus, vt omnes fatentur, non videtur probabile; e-
um in se protius inuariatum, intuitiue cognosci,
cum necessarij; non item cum liber est, vt rectè
etiam Vasquez loc. cit.*

*Verius est ergo, hæc non cognosci ab alio Ange-
lo perse & in se; sed solum prout in causa, vel effe-
ctu, seu alio signo exteriore aliquo modo mani-
festantur, iuxta assertione tertiam. Et tale signum er-
iam esse potest ipse habitus per aliquem actum ac-
quisitus iuxta assertionem secundam. Neque tamen
ideo actus etiam liberi, qua liberi, in eiusmodi habi-
tu cognosci, possunt; quia idem plenè habitus ex a-
ctibus generatur, sive iij sint liberi, sive necessarij.
Atque hanc assertione quoad vtramque partem
video eodem plenè modo traditam à Suarez hic
libro secundo capite 22. numero vndecimo, vbi ad-
dit, de actibus voluntatis per accidens solum nec-
cessarij, nec veram, nec probabilem sententiam esse, quod
per se naturaliter ab Angelo cognosci possint.*

*Assertio V. At vero ipsos per se actus liberos ali-
enæ voluntatis seu humanæ, seu Angelicæ, Angeli
naturaliter cognoscere nullo modo possunt. Sen-
sus est, non solum naturaliter non possunt cognosci in
se & quidditatius, seu intuitiue, sed nec vllo modo,
si per se spectentur; ita vt neque locutione, neque
signo exteriori manifestentur. Ita docet San-
ctus Thomas hic quæstione 57. articulo 4. & quæ-
stione 16. de malo art. 8. & quæst. a. 13.
& 3. cont. gent. capite 154. Ferrariensis ibidem,
Caietanus & Thomistæ omnes hic cit. art. 4. Alen-
sis 2. part. quæst. 26. memb. 3. Bonaventura in 2.
d. 8. part. 2. art. 1. quæst. 6. Richardus art. 2. q. 4.
Capreolus quæst. 1. art. 1. Ariminensis in 2. diff. 9.
quæst. 1. Marsilius in 2. q. 6. a. 2. item Gregorius
de Valentia q. 8. punct. 4. Molina hic q. 57. art. 4.
Vasquez disp. 209. cap. 3. Albertinus tom. 1. prin-
cip. 1. coroll. 10. Suarez Metaph. disp. 35. sect. 4.
num. 5. & hic lib. 2. cap. 21. qui etiam censet, esse
defide, eos actus naturaliter non posse in se certò &
evidenter ab illis cognosci, nisi ab habente mani-
festentur; quod etiam tradit Gregorius de Valentia
loco citato.*

*Probatur primò ex Scriptura, quæ id Deo velut
proprium tribuit. 3. Reg. octauo, versu 39. &*

2. Paralip. 6. v. 30. *Tu nos filius cor omnium filiorum hominum. Iob. 16. versu 20. Ecce testis meus, & conscientia mea in excelso. Psal. 7. v. 10. Scrutans corda & renes Dei. Psal. 43. v. 22. Ipse enim cognovit absconditacordis. Sap. 1. v. 6. Quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator. Ierem. 17. v. 9. Prae-
sum est cor hominis & inscrutabile; & quis cognoscet illud? Ego Dominus, scrutans cor, & probans renes. 1 Corin-
th. 2. v. 11. Viens est enim sermo Dei & efficax, &
penetrabilior omni gladio accipiti, &c. & director cogitationum & intentionum cordis. Et non est villa creatura inuisibilis in conjectu eius: omnia autem nuda & aper-
ta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo.*

17 Secundo probatur ex Patribus. Origenes libro primo in Iob, ad illa verba, *Circuuit terram, ait, ne-
scire de demonem ea, quae in corde atque animo trahantur.* Cyrillobus secundo in Ioana. capite decimo no-
nno. *Nulli alij, sed dini et tantummodo natura Propheta attribuit illud, scrutans corda & renes Dei.* Chry-
solomus homil. 30. in Matthæum. *Solus est Dei, me-
mentem atque animos hominum cognoscere.* Hieronymus in illud Ierem. 17. *Prae-
sum est cor hominis, ait: Hinc discimus, quod nullus cogitationum secreta cognoscit, nisi solus Deus.* Athanasius quæst. 27. ad Antio-
chum. *Præcious rerum & cordium cognitor solus est Deus.* Nec enim Angeli cordis abscondita, vel futura vi-
dere possunt. Item Gennadius de Eccles. dogm. capite 8. *Internas anima cogitationes diabolum non vi-
dere, certi sumus.* Idem habet Augustinus libro de-
cimo Confess. cap. 2. & in Psal. 7. & 141. & Calla-
nus Collat. 7. cap. 13.

18 Tertio probatur ratione; quamvis enim eius rei causa, ex ipsa rei natura, reddere difficillimum-
sit, ita ut affirmit Vasquez tam nesciri; tamen ra-
tio Sancti Thomæ non est mala; quam ita mihi vi-
dentur recte exposuisse Caeteranus & Bannes citat.
articulo quarto, & Albertinus prim. part. coroll. 10.
numero decimo quarto. Intellectus Angelicus tan-
tum habet facultatem naturalem ad ea cognoscenda,
quaे pertinent ad ordinem naturæ; sed cogita-
tiones & volunties liberae non sunt eiusmodi;
cum dependeant solum à causa libera; quaе proinde
pertinent ad ordinem quendam superiorem ex-
emptum ab ordine naturæ: Ergo, &c. His acce-
dit causa moralis. Quia ad decentem gubernationem,
& subordinationem liberorum agentium inter se, planè spectabat, ut eiusmodi motiones cordium essent occultæ, nisi manifestarentur. Cum
ergo species Angelicæ non profluant ex essentia An-
geli, recte & conuenienter naturæ Angelicæ Deus eiusmodi cognitionum species vel non indi priu-
quam manifestentur; vel certe, quod verius est, car-
rum vñum quod haec obiecta dependeret voluit à
voluntate alterius Angeli, ut à conditione, ut recte
Valentia loco citato, & in simili dictum de cogni-
tione futurorum dubio præcedenti, & pluribus dic-
etur quæstione sequenti dubio primo, esti Suarez
capite vigesimo tertio & 24. priori solum rationi
infistat.

19 Allatio VI. Idem dicendum de actibus intel-
lectus tua natura liberis in Angelo. Ita Sanctus Tho-
mas hic cit. quæst. 57. art. 4. & omnes pro præ-
dictione assertione citati. Est contra sextam sententiam
superius relataam: & colligitur ex citatis Scrip-

turæ & Patrum testimonij; quaे generaliter ferè de
cordium & mentium secretis loquuntur; nonnulla
etiam aperte de cogitationibus mentis. Ratio est.
Tum quia tam secundum entitatem, quam mores,
par est ratio actuum intellectus & voluntatis; maxi-
mè cum secreta cordium in actib⁹ consilij & iudicij
prædicti potissimum consistant. Tum quia ex intel-
lectus aduentitia, seu cognitione ac dispositione
dependet libertas ac necessitas actuum voluntatis,
aliorumque qui ex voluntate dependent. Cum er-
go certum sit, nec actus internos voluntatis, nec et-
iam aliarum potentiarum, quatenus à libera volun-
tate dependent, cognosci posse naturaliter ab An-
gelo; necessariò fatendum est, internam intellectus
dispositionem, & actus, per se naturaliter ab Ange-
lo cognosci non posse: Alijs dicendum est, natu-
raliter seire Angelum, quoties motus prauia appeti-
tus sensitiui in homine indirectè saltim voluntarij,
adeoque peccata essent.

Nec obstat, quod comunitet dici solet, utrumque
tam bonum, quam malum Angelum, qui vnicuiq;
hominis assistunt, scire & notare, ad Christum Iudi-
cem deferenda, omnia peccata etiam occulta & in-
terna hominis. Id enim Angelis bonis, siue per spe-
ciale revelationem Dei, siue per visionem beatifi-
cam recte conuenire potest: malis vero id non tri-
buendum, nisi quatenus ex signis externis de secretis
cordium iudicare possunt, ut assert. 3. dictum;
quamvis cum spiritus illi temerarij sint, in eo iudicio
sepe decipiuntur, ut in simili dictum dicitur. præced.
Nec vero ex solisphantasmatibus certò potest co-
gnosci, quid ratio aduerterat, quia ex eisdem phanta-
matibus ratio nostra in diversi tendit cogitando, ut dixit
S. Thomas q. 8. de verit. a. 13. ad 4.

21 Atque ex his colligitur, primam, secundam, &
quintam sententiam ex superiori relatis, non satis es-
se tutas; cæteras vero non admodum conformes
Scriptura & Patribus, partim nec rationi; ut recte
Gregorius de Valencia & Suarez lib. 2. cap. 22. alij-
que recentiores citati.

D V B I V M VII.

De obiecto Cognitionis Angelica, respectus obiectorum superna- turalium.

S. Thomas 1. p. q. 57. a. 5.

O Missis varijs disputationibus, quas in particula-
ri hic multi instituunt, de hoc vel illo fidei my-
sterio, doctrinam huius loci breuiter sequentibus af-
fertionibus comprehendimus.

Assertio I. Res seu effectus supernaturales solum
quoad productionis modum, eò quod sicut præter
naturæ ordinem, & supra vires agentis naturalis,
cum tamen interim in se sint ordinis naturalis, adeo-
que formæ quædam sua natura producibles ab ag-
ente naturali, ut est verbi gratia illuminatio cæci,
mortuus resuscitatus, lumen in aere productum,
absque corpore lucido, &c. possunt, cum existunt,
naturaliter & intuitu ab Angelis cognosci. Ita re-
centiores citandi post Durandum 4. dist. 10. q. 4. ex
communi. Ratio est. Quia hoc ipso, quod sunt res &

effectus in se ac intrinsece plane naturales, spectant ad obiectum naturalis scientia Angelorum, iuxta dicta dub. 4. Quomodo tamen non ideo semper ipsum eriam eius productionis modum cognoscant Angeli naturaliter, fuse persequitur Suarez lib. 2. cap. 30.

Assertio II. Res supernaturales quoad substantiam, quæ secundum se scilicet sunt supra debitum & exigentiam omnis subiecti creati vel creabilis, non possunt ab Angelis naturaliter, hoc est, absque diuina revelatione, certo cognosci, nec in particulari, nec in genere; neque secundum esse actualis existentia, neque secundum esse possibile. Ita S. Thomas hic cit. q. 57. a. 5. & communis Doctorum, dum absolute assentientur, mysteria gratiae supernaturalia, non posse ab Angelo naturaliter cognosci; inspecie vero ita docent Molina ibid. a. 5. Gregorius de Valentia q. 8. pun. 4. Vasquez disp. 214. cap. 2. Albertinus tom. 1. princip. 1. coroll. 13. pun. 1. Suarez hic lib. 2. c. 29. & 30. quicquid dixerint Aureolus in 2. d. 9. & Henricus in sum. artic. 33. q. 2. Et procedit hec assertio tum de cognitione quidditatua & propria ipsius mysterii, seu intuituam, seu abstractuam dixeris; tum etiam de qualibet cognitione certa (quicquid sit de coniecturali & incerta) habita solo lumine, & ex principio naturæ, adeoque profructus independenter ab omni revelatione. Neq; ab hac assertione ita generatim posita dissentit Scotus, de quo assert. seq.

Ratio est. Quia res eiusmodi, sicut in se, & quoad suum esse, ita etiam quoad cognosci (quod ex suo genere sequitur conditionem ipsius Esse) sunt supra omnem naturam creatam. Addit S. Thomas ibidem etiam aliam rationem. Quia hæc mysteria gratia, inquit, ex pura Dei voluntate dependent. Si autem unus Angelus non potest cognoscere cogitationes alterius ex voluntate eius dependentes; malo minus potest cognoscere ea, quæ ex sola voluntate Dei dependent. Et sic argumentatur Apostolus 2. Cor. 2. Quæ sunt hominum nemo novit, nisi spiritus hominis qui in ipso est: ita & quæ sunt Dei nemo noscit, nisi spiritus Dei. Sed haec ratio difficilis est, & ut summum hoc solum probat, ab Angelo non posse naturaliter cognosci actuali existentiam eiusmodi mysteriorum, absque Dei revelatione. Tale vero secundum omnes est mysterium Trinitatis, de quo speciatim actum supra disp. 4. q. 1. dub. 2. Tale est etiam mysterium Incarnationis, saltem si spectetur ex parte ipsius Verbi subsistentis in humana natura; de quo plura in 3. parte. An vero talia, sicut etiam res quædam creatæ, mox dicetur.

Assertio III. Res eiusmodi intrinsece supernaturales, non tantum sunt mysteria fidei increatae, sed etiam modi & accidentia quædam creatae. Ita communis Doctorum locis citatis, contra Scotum, questione prima prolog. & in 4. distin. 10. question. 8. Bassalem questione quarta, articulo tertio, Ockamum in 4. question. 5. artic. 3. Gabrielem in Can. lect. 43. Tartareum in 4. d. 10. qui sentiunt, omnia mysteria gratiae, postquam facta sunt, posse ab Angelo intuitu videri virtute naturali: existimantes videlicet, ea omnia solum esse supernaturalia quoad modum, non autem quoad substantiam, ut pluribus persequitur Albertinus loc. citat. Vbi speciatim singula mysteria gratiae percurrent,

ordine probat, tam mysteria gratiae, quæ sunt absolutæ realites, ut sunt lumen gloriae, visio beatifica, ipsa gratia, & habitus, actusque virtutum, quæ illam consequuntur; quam alia quædam mysteria, quæ sunt modi rerum naturalium, ut est via Hypostatica Humanitatis Christi cum Verbo, ex communi; item præsentia indivisibilis corporis Christi sub speciebus panis, & modus positivus per se existendi accidentium in Eucharistia, si quis detur, (fecus est de panis desitione) esse intrinsece supernaturalia; quod etiam ex communi docet Suarez citat. cap. 29. eti quo ad duo ultima repugnat Vasquez citat. disputat. 214. cap. 4. qui etiam in 1. 2. disputat. 2. 1. capit. 2. non recte, nec conuenienter his, quæ hic docuerat, sentit, ratione naturali posse demonstrari, visionem beatam, quamvis intrinsece supernaturalem, esse possibilem; ut recte Suarez ibidem à numero 25. Sed de his rebus sigillatim non est hic disputandilocus. Satis est generalem luc doctrinam breviter proposuisse.

Ratio vero assertionis est. Quia loquendo de accidentibus (substantiam enim creatam intrinsece supernaturali impossibile est, ex disputat. 2. question. 6. dub. 3. supponimus) res intrinsece & quoad substantiam seu ipsam entitatem supernaturali est, & recte dicitur, quæ non solum quoad modum sua productionis, aut respectu certi aliquius agentis aut subiecti, sed secundum se, & entitatem, quoque suam, & respectu cuiuslibet subiecti, vel agentis, excedit omnem virum, & debitum seu capacitatem naturæ: ita ut non solum nulla vi creata produci possit, sed nec vili etiam subiecto connaturalis, seu connaturaliter debita esse possit; talis vero est non solum via hypostatica, sed etiam actus & habitus virtutum Theologicarum, aliarumque virtutum infilarum, &c. ut suo loco in 1. 2. docetur, & nunc adeo compertum est, ut in dubium vocari vix possit. Idem de visione beatifica docuimus supra disputat. 2. question. 6. dub. 3. Sed quanam ratione haec mysteria ab Angelis cognoscantur, aut cognosci possint, restat sequentibus assertionibus explicandum.

Assertio IV. Cognoscunt Angelii ea mysteria gratiae intrinsece supernaturalia supernaturaliter; & in primis quidem illi, qui beatissunt, visione beatifica. Ita S. Thomas hic quæst. 57. artic. 5. vbi exprefse ait: Est autem & alia Angelorum cognitio, quæ eos beatos facit, quæ vident Verbum, & res in Verbo. Et haec visione cognoscunt mysteria gratiae, non quidem omnia, neq; equaliter omnes, sed secundum quod Deus voluerit eirevelare, secundum illud Apostoli 2. Cor. 2. Nobis autem revelavit Deus per spiritum suum; ita tamen quod superioris Angelii perficiacius diuinam sapientiam contemplantes, plura mysteria & aliora in ipsa Dei visione cognoscunt, quæ inferioribus manifestant eos illuminando. Hæc S. Thomas, eademque est communis Doctorum sententia, iuxta ea, quæ de hac re docuimus supra disputat. 2. q. 6. dub. 8. quicquid nonnulli negauerint, res creatas in Verbo vel per beatificam visionem cognosci, quos ibidem refutauimus.

Vnde sumitur etiam ratio, quia etiam homines ea mysteria gratiae per visionem beatificam cognoscunt; & quidem omnia, (loquendo de generibus singulorū) quæ hic per fidem creditur. Quare quod S. Thomas

loc.

loc. cit. ait, *non cognoscere omnia*, intelligendum est, vel de singulis generum, v. g. de singulis mysterijs Eucharistiae, quæ in terra celebrantur, aut singulis iustificationibus, sive sanctificationibus omnibus, in particulari; vel de mysterijs gratiæ possibilibus, ultra ea, quæ nunc re ipsa operata sunt Deus.

8 **Assertio V.** Omnes etiam Angelii eiusmodi supernatura quædam gratiæ seu fidei, speciatim vero Incarnationis, & Trinitatis mysteria cognoverunt olim statim à principio sua creationis, cum adhuc viatores essent, per super naturalem fidei cognitionem. Ita Sanctus Thomas ibidem in corp. & ad 1. & quæst. 64 articulo 1. & in 22. quæst. 2. art. 7. quanquam expresse quidem de Angelis malis nihil afferat; sed est ratio omnium. Idem docent ceteri Theologi communiter apud citatos, post Augustinum libro quinto de Genes. ad lit. cap. 19. & significat Apostolus 1 Timoth. 3. versu decimo sexto, vbi dicit, *Angeli apparuisse magnum illud sacramentum pietatis*, tametsi quidam Patres apud Valquez disputatione 215. capite 2. significant, Angelos mysteriū Incarnationis ab initio non cognovisse. Ratio est. Quia omnibus viatoribus, qui propria voluntate gloriam consequi debent, necessaria est fides; & quidem eorum potissimum mysteriorum fidei, quæ sunt principium quoddam & origo omnis salutis, ut sunt Sanctissima Trinitas, & Verbum Incarnatum. Neque tamen ideo statim Angelii cognoverunt mysterium Incarnationis, etiam quoad circumstantias particulares, vt quod in carne passibili, propter homines redimendos, &c. futurum esset; sed de particularibus eiusmodi circumstantiis postea primum sunt edociti, vt ex Esai. 63. v. 1 & Dionysio cap. 7. cœl. hierarch. recte notauit S. Thomas hic cit. q. 57. a. 5. ad 1. & suo loco in 22. de fide docetur.

9 **Assertio VI.** Probabile est etiam, Angelos beatos cognoscere hæc mysteria fidei per scientiam infusam; & quidem ea, quæ mere creare absoluteque entitates sunt, per proprias species; non quidem ab initio beatitudinis congenitas; sed post statum beatitudinis infusas; idque etiam non simul, sed successivè; prout successivè hæc illis nonnunquam reuelantur: præterit quæ ad particulares facti aliquius circumstantias pertinent. Hæc assertio colligitur ex S. Thoma cit. quæst. 57. art. 5. dum in verbis citatis ait, superiores Angelos plura eiusmodi obiecta cognoscere, quæ inferioribus manifestant, eos illuminando. Et mox subiungit: Horum etiam mysteriorum quædam à principio sua creationis cognoverunt; quædam vero postmodum secundum quod eorum officijs cognovit, edocentur. Et resp. ad 1. dicit, ipso etiam superioris Angelos, quædam postmodum didicisse, iuxta Dionysium cit. cap. 7. cœl. hierarch. Et quæst. 106. art. 1. & 4. vniuersim docet, Angelos inferiores illuminari à superioribus, idque præcipue circa eiusmodi diuinorum mysteriorum cognitionem. Quod etiam docet Sanctus Dionysius cap. 4. 5. & 8. cœlesti hierarch.

Ex quibus etiam sumitur ratio. Quia negari non potest, vt dictum, Angelos etiam beatos multarum rerum supernaturarum cognitionem acquirere, per nouas reuelationes & illuminationes, nec tamen potest dici, res eiusmodi cognosci per cognitionem

beatificam, quia hæc est immutabilis, vt dictum disputatione 2. quæst. 6 dub. 10. & speciatim de Angelis docet etiam S. Thomas quæst. 62. art. 9. Debent ergo cognosci in proprio genere, adeoque per scientiam infusam, & per species de novo infusas; eiusmodi scientiam etiam habuit Christus, vt suo loco docetur.

Nec obstat quod S. Thomas cit. q. 57. a. 5. significare videtur, Angelos proficere in ipsa scientia, seu cognitione beata, per quam dixerat, eos cognoscere hæc mysteria. Nusquam enim dicit, nec sentit, eos in ipsa scientia beata proficere; sed generatim docet, eos quamvis iam beatos in cognitione quoque horum mysteriorum proficere, &c.

11 **Assertio VII.** Sed & facta ac supposita iam reuelatione, possunt & Angelii (etiam mali) & animæ separatae naturaliter, seu viribus naturæ, aliqua eiusmodi mysteria cognoscere, cognitione abstractiuæ, evidenti, & per species alienas, quæ natiuitate experientia, seu evidentiæ Dei reuelantis. Ita ex communi Suarez hic libro 8. capite 6. à numer. 8. & libro 2. capite 33. numero 24. Colligitur ex illo Iacob 2. versu decimo nono. *Dæmones credunt, & tremerunt.* Ex quibus verbis ita licet argumentari. Dæmones habent imperfectum aliquem assensum fidei de rebus supernaturalibus; at vero assensus iste non est supernaturalis; nec etiam est spontaneus, quoad specificationem actus; alioqui facile dissentirent, pro eo, quo in Deum, & res diuinæ feruntur odio & contemptu: Ergo est necessarius, saltem quoad specificationem; Ergo nititur quadam evidentiæ; non ipsius rei in se, vt patet; Ergo reuelantur:

12 Ratio est. Quia tam dæmones, quam animæ damnatae, evidenter sciunt, se à Deo esse damnatos, & supernaturali beatitudine seu visione Dei, ad quam conditi erant, priuatissimi: Ergo habent evidentiæ de ea re, saltem in reuelatione. Item multi damnati evidenter sciunt, se à Deo damnatos propterea, quod hoc vel illud v. g. fidei mysterium non crediderint: Ergo rursum naturaliter cognoscere aliquo modo ea mysteria fuisse à Deo reuelata. Denique ipsa damnatio sive spectetur secundum peccatum damni, sive secundum peccatum sensus, est res aliquo modo supernaturalis; cum ergo eam naturaliter cognoscant dannati, necessario fatendum est, eos posse naturaliter aliquo modo eiusmodi mysteria cognoscere, & imperfecto assensu credere.

13 Dices. Assensus qui nititur evidentiæ reuelantis, non minus videtur perfectus, aut supernaturalis, quam qui nititur reuelatione obscura: sed hic assensus semper a necessitate est supernaturalis, vt suo loco de fide docetur: Ergo, &c.

Respondeo, negando maiorem. Quia ut aliquis certò & evidenter cognoscat & assentiat reuelationi seu attestationi Dei evidenti, id vniuersim ex suo genere non excedit vires naturæ, sive intellectus: at vero vt quis assensu certo & infallibili assentiat reuelationi Dei obscuræ & incidenti, id planè excedit vires ac naturam intellectus; potest ergo assensus prior esse naturalis; sicut & obiectum ipsum formale naturale quodammodo est; posterior vero non item.

Nec obstat primò, quod assensus evidenti reuelatione nixus, in Prophetis, & Apostolis fuit supernaturalis. Diversa enim ratio est Prophetarum & Apostolorum: non solum quia in his assensus reuelationis ex pia applicatione voluntatis ad eius actus exercitum processit; sed etiam, quia ipsi, spectando peculiarem modum reuelationis evidentiis, indigebant ad eam reuelationem cognoscendam, elevatione intellectus per lumen supernaturale: cum tamen dæmones ad evidentiā illam diuinā reuelationis cognoscendam, ipsa quadammodo experientia, seu memoria naturali rerum præteritarum vel inuiti cogantur.

16 Nec secundò refert, quod entitas reuelationis evidentiis, vtique non minus præstans & perfecta est, quam reuelationis obscuræ: quia supernaturalitas huius obiecti non sumitur ex entitate absoluta ipsius reuelationis, sed ex proportione, quam sub ratione intelligibilis habet ad intellectum. Sicut etiam ipse Deus, et si per se ac intrinsecè vtique sit. Eas, vt ita dicam, supernaturalissimum, tamen in quantum est vnuſ, & vt auctor & finis natura, habet rationem obiecti naturalis; non autem vt est trinus, vel auctor & finis ordinis supernaturalis. Eadem ratione potest DEI substantia aliquo modo naturaliter cognosci; & tamen vno eius Hypostatica cum Verbo; aut etiam existentia Christi sub sacramento naturaliter & sine reuelatione non potest cognosci.

17 Fatendum est tamen, aliquid esse discrimen inter res creatas, & inter Deum authorem creaturarum; quia supernaturalitas Dei, in ordine ad cognitionem non sumitur ex intrinsecā ipsius entitate & substantia vt dictum; sed ex proportione in ordine ad intellectum; quod pariter etiam de diuina reuelatione dicendum videtur: at verò aliarum rerum seu accidentium supernaturalitas, etiam per modum obiecti, & respectu intellectus sumitur ex ipsa intrinsecā, & vt ita dicam, entitatua supernaturalitate earundem, vt diximus. Et ratio diuersitatis est. Quia DEVS, licet intrinsecè secundum suam entitatem sit plenē supernaturalis, tamen per effectus suos, qui ab illo necessariam habent dependentiam, naturaliter obiectūt facultati intelligendi: at verò accidentia supernaturalia nec per se & suam entitatem, eo ipso, quod supernaturalia sunt; nec per effectum aliquem naturalēm; siquidem nullus effectus naturalis per se à re vel causa supernaturali dependet; vlo modo naturali vi intelligendi obiectūt. Quod discrimen etiam insinuauit Suarez hic libro 2, citat. capite 29 à numero nono.

D V B I V M VIII.

De modo Cognitionis Angelice:
an scilicet ea cognitione sit semper in actu secundo; & an posset esse plurimum obiectorum

simul; an sit discursua; an etiam habitualis; aut errorio bona.

S. Thomas 1. part. q. 58. aa. 7.

A Git Sanctus Thomas de hac re, tota questione 58. citata; & verò posunt omnia attributa cognitione Angelicæ ad quinque capitula in titulo dubitationis proposita reuocari. Nam quod præterea artic. 6. & 7. speciatim querit Sanctus Thomas, an cognitione Angelicæ possit etiam dici matutina & vespertina, & qua ratione ha cognitiones inter se differant, non habet opus peculiari explicatione; siquidem hac de re, per comparationem ad beatos, in genere, actum est iam supra disputatione 2. quest. 6. dub. 8. De ceteris ergo solum attributis aliquor assertionibus agendum.

Assertio I. Intellectus Angeli nec est in potentia, quoad spectantia ad actum primum intelligenti ea, qua naturaliter cognoscit; nec vngnā est in nuda potentia, respectu actus secundi; sive loquamur de cognitione supernaturali visione beatificæ in beatis; sive de cognitione naturali. Ita S. Thomas cit. quest. 58. art. 1. qui ex Aristotele lib. 3. de anima text. 8. & 8. Physic. text. 32. notat, intellectum duplicitate posse esse in potentia; uno modo; sicut ante addiscere & invenire, id est, antequā habeat habitum scientiæ, seu species intelligibiles, ad actum scientiæ requisitas: alio modo, sicut qui iam habeat habitum scientiæ, sed non considerat; quod est dicere, vel respectu alicuius spectantis ad actum primum intelligenti, vel respectu ipsius actus secundi, vt in assertione diximus. Eadem est communis sententia Doctorum, quos assert. sequenti referemus.

Ratio primæ partis est; quia Angelus habet species ad naturalem cognitionem requiras, ab ipsa creatione inditas, vt dictum dub. 2. habitus autem cognitionis naturalis non est capax, vt dicatur assert. 7. Ergo quantum ad actum primum attinet, nihil penitus Angelo deest, quod ad naturalem eius cognitionem requiratur; quicquid Scotus, & ex parte Suarez, aliquę relati cit. dub. 2. 4. & 5. dixerint, species etiam rerum naturalium, aut omnium, australiuarum, ab Angelo acquiri; quos ibidem refutauimus.

Confirmat idem Sanctus Thomas etiam à simili. *Sicut enim corpora caelestia*, inquit, *non habent potentiam ad esse*, quia non sī completa per alium; ita caelestis intellectus, scilicet Angeli, non habet aliquam intelligibilem potentiam, quia non sī totaliter completa (respectu naturalium obiectorum) per species connotatales eius. Et mox addit, diuersam esse quoad hoc rationem cognitionis supernaturalis. Nam quantum ad ea, inquit, quae diuinis reuelantur, nihil prohibet intellectus eorum esse in potentia: quia si etiam corpora caelestia sunt in potentia quandoque, ut illuminentur à sole.

Secunda pars, quoad visionē beatificā, est extra controuersiā, quia hæc visio est perpetua & inuariabilis: Quare ad cognitionem Verbi, inquit S. Thomas, *Eritis, quia in Verbo videt, intellectus Angeli nunquam est in potentia*; quia semper actu intuetur Verbum. *O*

ea que

ea quæ in Verbo videt. In hac enim visione eorum beatitudo consistit. Beatitudo autem non consistit in habitu, sed in actu, ut dicit Philosophus 1. Ethic. capite 8. Quod notandum est, contra quoddam, qui dixerunt, beatos non omnia statim ab initio videre, quæ in Verbo vident, quos refutauimus supra disp. 2. q. 6. dub. 10.

5 Tertia pars, de cognitione naturali, insinuatur à S. Thome ibidem, cum docet etenim tantum esse in potentia respectu naturalis cognitionis, quantum non omnia, inquit, *qua naturali cognitione cognoscit, semper actu considerat.* Et resp. ad 3. vniuersum ait, *intellexum Angelii non sic esse in potentia, quod sit sibi que actu.* Idem exp̄l̄ docet lib. 2. contra gent. cap. 97. & in alijs locis, ut dicetur assert. seq. ex qua etiam magis confirmabitur hæc assertio. Ratio vero communis est. Quia naturale agens, semper, quantum potest, satagit, ut perfectionem suam naturalē obtineat: actus vero naturalis intellexi est naturalis quædam perfectio Angelici intellectus; ergo Angelus quoad potest, semper in hoc incumbit, ut hac perfectione non destituatur. Potest autem, si velit, semper hanc perfectionem obtinere; nec enim ut homo fatigatur, aut somno vel morbo, alijs modis impedit potest, quo minus actu semper aliquid intelligat. Deinde anima rationalis nunquam omnino ab omni actu cessat; semper enim saltē vegetationis, aut respirationis actu exerceat. Ergo nec Angelus, qui magis adiuus est, ab omni omaino actu naturali potest cessare. Ergo nec ab omni intellectione naturali; siquidem cum Angelus sit agens merè intellectuale, non potest vllum actuū merè naturalem alterius potentiae exercere, nisi prævia intellectione naturali accommodata. Addit Suarez infra citandus etiam alias duas rationes. Tum quia Angelus non potest voluntate sua suspendere omnem actuū intellectus. Tum quia impossibile esset Angelo, omni actu suspenso, ab intrinseco redire ad cogitandum; quod perfectioni Angelica repugnat.

6 Assertio II. Angelus seipsum, & Deum cognitione naturali semper actu ac necessario cognoscit. Primam partem de cognitione sui tradit S. Thomas libro 2. cont. gent. cap. 97. & quest. 8. de verit. art. 6. ad 7. & art. 14. ad 6. & in 2. d. 11. quest. 2. art. 3. ad 4. Heruæus in 2. dist. 3. quest. 4. Agidius dist. 3. part. 2. quest. 2. art. 1. Capreolus quest. 2. art. 3. Durandus quest. 8. nom. 9. Ferrariensis cap. 97. Caietanus & alij Thomistæ communiter cit. quest. 38. art. 2. Molina ibidem disp. 1. Gregorius de Valentia quest. 9. punct. 1. Suarez hic libro 2. cap. 35. adeoque communis Doctorum; ita ut Vasquez disp. 210. c. 3. dicat, se non legisse vllum ex scriptoribus, qui oppositum doceat; nec esse rationem vllam, quæ proberet, Angelum à cognitione sui cessare posse; quamvis interim ipse rem totam, in dubio ponat. Ratio est. Quia cum pro ratione sua perfectionis, semper debeat esse in actu aliquo secundo, etiam respectu cognitionis naturalis, ut dictum; non potest vllum obiectum ei magis esse connaturale, quod actu semper intelligat, quam propria substantia. Accedit, quod hoc sit necessarium, ut Angelus seipsum libere applicare possit de novo ad intelligendum, ut dicetur assert. 5.

Ex quo etiam colligitur secunda pars, nimirum Angelum actu quoque semper considerare Deum, saltem ut authorem & principium sui Esse, ut recte docent Capreolus, Caietanus, Molina, Valentia, Suarez cap. 38. alijque recentiores Thomistæ locis citatis, & fateretur, consequenter dicendum Vasquez loc. cit. licet absolute dubius. Quia enim Angelus se intuitu ac comprehensu cognoscit, non potest non etiam simul cognoscere eam, quam à Deo habet, dependentiam, ut pote quæ realiter ab ipso Angelon non distinguatur. Quæcum ita sint, consequens est, Angelum naturaliter ac necessario seipsum ac Deum intelligere, ut etiam Zumel, Bannes, alijq; citati indicant. Si enim liberè hoc faceret, certe aliquando desisteret; præsertim malus Angelus; cui non potest non esse ingratia Dei memoria. Existimandum vero est, hanc necessitatem habere ex via naturæ, ita ut hæc cognitione naturaliter debita sit Angelo, & quasi per modum proprietatis ab ipso emanet; ut explicat Suarez cit. cap. 35. num. 22.

7 Assertio III. Potest quidem Angelus naturaliter cognoscere non solum multa simul, per modum vniuersi, v. g. partes lineæ, prout vnum continuum efficiunt; atque etiam omnia simul, quæ per vnam speciem ipsi representantur; sed etiam multa vnta, quæ per species sive media diuersi plane generis & ordinis ei representantur; v. g. Deum per ipsius essentiam, visione beatifica; seipsum per suam essentiam; & alium Angelum, seu rem aliam, per speciem sibi cognitam.

8 Prima pars est S. Thomæ q. 58. a. 2. & communis, atq; extra controversiam; & patet ex eo, quia ut recte S. Thomas ibidem, nos ipsitiam hoc modo multa simul videmus & intelligimus; puta omnia partes animalis, hominis, &c. item prædicatum & subiectum; duo comparata vel correlativa, &c. secundum Aristotelem 3. de anima tex. 23. & 24.

9 Secundam partem tradit S. Thomas cit. quest. 58. art. 2. vbi hoc accommodat tam visioni beatificæ, quam cognitioni naturali, sed diuersimodè; per illam enim docet necessario omnia simul cognosci; per hanc vero posse ab Angelis omnia simul cognosci, quæ per vnam speciem representantur. Idem docent Caietanus, Bannes, Zumel, Valentia locis citatis, et si neget Molina quest. 55. a. 2. & quest. 58. art. 2. disput. 2. Rationem assignat S. Thomas hoc modo. *Multa*, inquit, *secundum quod uniuersit in uno intelligibili, sic simul intelliguntur. Vnumquodque autem est intelligibile in actu, secundum quod eius similitudo est in intellectu.* Quæcumque igitur per vnam speciem intelligibilem cognoscuntur, cognoscuntur ut vnum intelligibile: & ideo simul cognoscuntur. Quæ vero per diuersas species intelligibiles cognoscuntur, ut diversa intelligibilia capiuntur. Angelus igitur ea cognitione, qua cognoscunt res per Verbum, omnia cognoscunt una intelligibili specie, qua est essentia divina. Et ideo quantum ad talern cognitionem omnia simul cognoscunt: scilicet & in patria non erunt volubiles nostræ cogitationes, ab alijs in alia euntes atque redeuentes; sed omnem scientiam nostram simul uno conspectu videbimus, ut Augustinus dicit 15. de Trinitate cap. 16. Ea vero cognitione qua cognoscunt res per species innatas, omnia illa simul posse intelligere, qua una specie cognoscuntur; non autem illa, qua diuersis. Ita Sanctus Thomas. Quod et

iam Capreolus in 2. dist. 3. quæst. 2. art. 1. Ferrariensis 2. cont. gent. cap. 101. item Caietanus, Valentia, Suarez, aliquis Thomistæ locis citatis abolutè, ut sonat, accipiunt; et si Vasquez disputatione 221. capite 3. existimat, cum limitatione solum accipendum, ut solum intelligatur de tota latitudine specifica; non individuali carum rerum, que per unam speciem repræsentantur; alias enim futurum putat, ut possit simul etiam naturaliter cognoscere infinita, saltem si infinita individualia caularum naturalium ac necessiarum essent futura; quandoquidem singulatam futura, quam præsentia naturaliter alias cognoscere potest Angelus. Sed quia ipsa infinita eiusmodi individualia non sunt futura; contingentia vero & libera, quæ in infinitum futura sunt, Angelus per se naturaliter non potest distinguere cognoscere; ut suo loco dictum dub. 5. ideo loquendo de facto, nulla videtur opus limitatione, ut recte etiam Suarez loco citato num. 11. quandoquidem etiam oculus noster suo modo etiam innumeram quodammodo stellarum aut hominum multitudinem simul videre potest: cur ergo hoc negetur intellectui Angelico, respectu cuiusvis multitudinis finita, quæ per unam speciem Angelu naturaliter ex se potest repræsentari. Quod si infinita futura essent caularum naturalium ac necessiarium individualia, facile concesserim, non posse per has species omnia simul distinguere, sed solum confusè repræsentari. Et confirmatur assertio. Quia propterea Angelis inditæ sunt species magis vel minus univales, ut sint uniuscuiusque lumini eiusque efficacitati naturali, etiam in extensione ad obiecta proportionatae: alioqui enim superflua esset species univales impressa, si expressa ei non posset esse adæquata, ut recte Suarez loc. cit.

11 Tertiam partem tradit Sanctus Thomas quodlib. 9. quæstione 4. art. 7. & est itidem communis, & extra controveriam: quia alias Angelus aut seipsum non semper actu intelligeret, aut non posset unquam aliud quicquam, v. g. alium Angelum, per inditam speciem intelligere; quorum utrumque est absurdum. Accedit quod nos ipsi etiam diuerso cognitionis genere plura ut plura simul cognoscere possumus, dum aliud videmus, aliud audimus; aliud intelligimus: sicut & Christus in terris perpetuo visione DEI beatus fuit, & tamen alias simul diuersa cognitione cognovit. Quod si nos ipsi permanentem potentiam intellectuam, non possumus naturaliter plura ut plura diuerso cognitionis genere cognoscere, ratio esse debet: quia unum solum cognitionis genus nobis est naturale, nempe perspectives acquisitas, cum dependentia à phantasmatis; licet alias nulla etiam in nobis foret repugnantia, ut dicimus.

12 Assertio IV. An vero Angelus, vel anima nostra, simul possit intelligere multa, per species eiusdem generis & ordinis, controversum est: & verior videatur sententia affirmativa, posse unum eum simul intelligere multa ut multæ; adeoq; & diuersis conceptibus seu aëlibus, & diuersis speciesbus eiusdem etiam ordinis repræsentata; licet non tam perfectè, quam si unum tantum intelligeretur obiectum; quia pluribus intentus minor est ad singula sensus. Ita sententia Durandus in 2. d. 3. q. 8. n. 7 nisi quod ille spe-

cies uniuersum rejecit; item Ariminensis in 1. d. 1. q. 1. a. 3. Sotus lib. 1. poster. q. 1. Gregorius de Valencia q. 9. punct. 3. Molina cit. q. 58. a. 2. disp. 1. Vasquez disp. 220. c. 2. & Suarez hic lib. 2. c. 37. a. 14. consentientibus etiam Thomistæ recentioribus; eti. S. Thomas hic. cit. q. 58. a. 2. Caietanus ibidem, aliqui discipuli S. Thomæ antiquiores, ut Egidius in tract. de Angel. cognit. q. 7. & in 2. d. 2. part. 2. q. 2. a. 3. Capreolus q. 2. a. 1. & 3. Heruæus de motu Angeli q. 1. & Ferrariensis 1. cont. gent. c. 55. vii & Scotus in 2. d. 3. q. 9. oppositum afferant; quibus consentire videtur ipse S. Thomas cont. gent. cit. c. 55. & 2. cont. gent. c. 10. & q. 8. de verit. a. 1. 4. & hic q. 58. art. 2. vbi exp̄s̄ dicit, patere, quod multa secundum quod sunt distincta, non possint simul intelligi: quamvis recentiores Thomistæ, eum ad sensum addita limitationis nostræ explicant, ut solum locutus sit de perfecta uniuersitate cognitione plurium, qua plura sunt; de quo non litigamus.

Probatur assertio ex Augustino id significante libro 4. in Genes. ad lit. capite 32. & 34. vbi docet, posse Angelum simul cognoscere omnia, quæ initio mundi creata fuerunt. Quo spectat illud cit. cap. 32. sed secundum potentiam spiritualis mentis Angelica, cuncta que voluerit, simul notitia faciliter completem. Ratio est. Tum quia Angelus naturaliter se & alia quædam, etiam diuersis medijs repræsentata, simul cognoscit, ut dictum; cur non ergo etiam medijs iisdem generis repræsentata; si modo interum Angelus, respectu extensionis ad obiecta, non viratur adæquate specie sibi naturaliter indita; quod quidem necessarium esse, cum Suarez loco citato, numero 13, ex communilibenter concedimus. Tum quia potest Angelus uno actu intelligendi duo inter se comparata distingue-re, etiam si diuersi speciesbus repræsententur, ut agnoscere videtur etiam Sanctus Thomas hic citat, quæst. 58. art. 2. nequid sane potest negari; cum nos etiam ita distinguere possimus hominem à bruto: at vero distinguens duo, præcipue per diuersas species repræsentata, non potest non duo ut duo, adeoq; ut plura cognoscere. Tū quia visus etiam noster, & sensus interior, plura ut plura cognoscit, v. g. album & nigrum. Tum quia nec ex parte speciei, nec ex parte actus, est repugnantia, quo minus simul idem subiectum informare, vel ab eodem agere prodire possint: siquidem nihil obstat, plura accidentia, etiam solo numero, ne dum specie differentia (ut in hac cognitione Angelorum accidit) ex ijs, quæ se mutuo non intendunt, ut sunt duas species, vel duas intellectiones numero diuersæ, eide subiecto inesse.

Obijicitur Aristoteles 2. Topic. capite quarto, loco 32. vbi ait, Contingit plura scire; cogitare autem non. Et 4. Metaph. capite 2. text. 10. dicit: Nihil contingit intelligere, nisi intelligenti unum. Sentitur ergo aut unum tantum aut nihil intelligi. Respondent multi, prioris loci sensum esse, non omnia, quæ simul scire habitualiter possumus, posse etiam actualiter simul cogitare: sed melius Suarez ait, Aristotelem solum dicere, contingere, ut is, qui plura scit, unum tantum, non plura cogitet. In posteriori loco solum vult, in vñ nominum, de quibus ibidein loquitur, non plura significata eodem nomine significata, sed unum tantum significatum

deterr-

determinate intelligi oportere; qui enim vnum determinate non intelligit, nihil intelligit. Quo spectant illa verba eiusdem, *Non vnum significare, nihil est significare; nominibus autem non significantur ut perit disputatio*, vt pluribus Molina, Vasquez, & Suarez locis citatis.

Quæres, an etiam per eandem speciem possit Angelus plura & plura, & per plures actus simul cognoscere. Negant Vasquez disp. 221. cap. 3. Zumelq. 58. a. 2. & Suarez olim iunior; quia tamen senior etiam affirmatiua censer probabile hic lib. 2. cap. 37. n. 2. Ego priori magis assentior; quia imperfectionis est, per plura facere, vbi vnum & que sufficit.

Assertio V. Neq; tamen ideo potest Angelus omnia simul cognoscere, quæcunque naturaliter intelligere potest; neq; si posset, actu semper omnia consideraret. Primam partem & secundam post S. Thomam hic q. 58. a. 1. & 2. & communem Doctorum in 2. d. 3. tradidit Thomistæ & Molina cit. q. 58. a. 2. disp. 2. Vasquez disp. 221. c. 3. Suarez lib. 2. c. 3. 4. contra Durandum in 2. dist. 3. q. 8. vbi docet, Angelum actu simul intelligere omnia, quæcunque naturaliter potest intelligere: & contra Ariminensem in 2. dist. 11. q. 1. & Aureolum q. 3. a. 3. qui assertunt, saltem posse Angelum omnia simul intelligere, quæcunque naturaliter potest intelligere.

Ratio prima partis est: Non quia alias Angelus simul cognosceret infinita; nimirum infinitos actus motusque imaginationis, & appetitus sensitiui, in tota æternitate futuros; hos enim non potest naturaliter cognoscere antequam sint; vt ex dub. 5. colligitur; infiniti autem, nec actu sunt, nec fuerunt; sed quia cuiusque agentis creati, vis agendi, & sphæra, quodammodo actiuitatis, per extensionem ad pa- sum, vel obiecta, finita est & determinata: at vero si Angelus simul omnia posset intelligere, quæcunque naturaliter potest intelligere, tum sphæra quodammodo actiuitatis secundum extensionem ad obiecta simul intelligibili, esset quodammodo infinita & indeterminata: siquidem Angelus naturaliter potest intelligere omnia individua rerum existentium; possunt autem plura & plura in infinitum individua existere: Ergo habetur vim cognoscendi simul plura & plura in infinitum; quod est nullam habere vim intelligendi determinatam respectu obiectorum simul intelligibilium. Putat tamen probabile Suarez, esse aliquos Angelos tam perfectos, vt naturaliter omnia simul possint cognoscere, quæ possunt cognoscere, de quo non dispuo.

Ratio secunda partis est: quia multarum rerum singularium, præsentim materialium cognitione, per se non spectat ad perfectionem intellectus, V. G. qui vel quot sint culices, muscae, vel formicæ in mundo, quid singulæ agant: &c. Non ergo credibile est, Angelum semper his intendere velle mentem; etiam si posset. Vbi etiam rursus supponimus, Angelus posse suo arbitratu inadæquate vi aliqua specie inditta respondere extensionis ad obiecta; siquidem vi species non necessitant absolute ad sui vsum, ita nec ad tantum, vel tantum vsum, vt ex communis recte Ferrariensis 2. cont. gent. cap. 101. Vasquez disp. 221. cap. 3. & Suarez hic lib. 2. cap. 37. num. 14. consentiente etiam Sanct. Thoma quæstione octaua, de verit. articulo 13. ad 2. & 8. Sed vt intelligamus, qua ratione

Angelus ab vna intellectione, ad aliam progredi posse, est.

Assertio VI. Angelus ad intelligenda ea, quæ de novo intelligit, potest quidem nonnunquam ab ipso Deo determinari; ordinarie vero & naturaliter determinatur à libera voluntate propria; prævia ea solū cognitione naturali, quia Angelus se ipsum, & suas adeo etiam species naturales, ipsa vero obiecta specierum in confuso, aut oblique tantum cognoscit. Primam partem tradit à posteriori Vasquez d. 221. c. 3. dum vniuersum docet, non nisi à Deo ita determinari Angelum, eq; satis probatur ex generali doctrina S. Thomæ, quam de prima cogitatione create intellectionis tradit 1. 2. q. 9. a. 4. & q. 109. a. 2. vbi de hac replura. Neque ideo sequitur, in Angelis admittendos actus subreptitius; quia actus ille intelligendi, ad quem mens determinatur à Deo, est quidem necessarius, sed non subreptitus, hoc est, casualis, seu per inaduentientiam causatus.

Secundam partem, quod se ipsum Angelus libere determinet, tradunt Molina loc. citat. disputat. 2. & Suarez lib. 2. cap. 3. à num. 17. post S. Thomam & Ferrariensem 2. cont. gent. cap. 101. & Aegidium supra loc. cit. Etratio est. Quia ad hoc, vt quis libere se ad actum aliquem determinet, satis est, eum eius uero obiectum in confuso seu oblique præcognoscere; quomodo Angelus præcognoscit omnia, seipsū, suasq; species cognoscendo. Et quia hic modus cognoscendi magis est conueniens perfectioni & libertati Angelicæ naturæ, videtur etiam priore probabilior; præsertim cum alter ille modus demonibus difficulter possit applicari; & in ceteris etiam difficultatem ingerat, ne vlla vñquam cogitatio Angeli sit libera, quoad exercitium, vt fusi prosequitur Suarez ibidem.

Addit Molina ibidem, Angelum sèpe decursu temporis, sine vlo imperio voluntatis, ad multa aduertere, in variis cogitationes, non secus ac nos, incidendo; sic tamen, vt sit in potestate voluntatis Angelicæ, vel cooperari cum intellectu, vt persistat in cogitationibus, & de quibusdam deueniat ad alias; vel impide cogitationem, eam supprimendo; aut a ciem intellectus ad alia convertendo; vt nimis haec ratione (quod idem Molina q. 60. a. 1. & 2. ex communis docet, & dicetur quæst. seq.) ab Angelis excludant actus subreptiti & indeliberati, vt in nobis sunt.

Assertio VII. Intellectus Angelicus sua natura plane expers & incapax est omnis discursus, vel etiam compositionis & diuisionis in intelligendo. Ita S. Thomas hic q. 58. a. 3. & 4. & q. 8. de verit. art. 15. ad 2. vbi loquitur etiam de obiectis supernaturalibus & 3. cont. gent. c. 44. & 91. item Ferrariensis ibidem Caietanus, Bannes & Thomistæ hic cit. a. 3. Alefis 2. p. q. 20. mem. 5. Albertus 2. part. sum. q. 9. Capreolus in 2. d. 3. q. 2. a. 1. conclus. 10. Gregorius de Valentia q. 9. pun. 2. Suarez hic lib. 2. cap.

Etsi contrarium sentiant Scotus in 2. d. 7. a. 1. & d. 1. q. 6. & in 3. part. prolog. q. 4. & 5. Ariminensis 2. d. 7. q. 5. a. 2. Ockam in 2. q. 16. & Gabriel in 2. d. 3. q. 2. a. 3. qui docent, Angelos discurrere, non secus a homines. Quod Vasquez disput, 222. cap. 2. in obiectis quidem supernaturalibus, non autem in naturalibus verū habere censem: Molina vero hic q. 58.

a. 3. & 4. in vtrisq; non quidem per se, sed per accidens; cum scilicet intendo rem viam, cognoscunt rem alteram abstractiuam, ut ex creaturis Deum, quandoquidem ipse existimat; non posse eandem cognitionem simul esse intuituam & abstractiuam, et respectu diuersorum obiectorum; quod tamen fundamentum superius dub. 3. refutauimus. Suarez deniq; hic lib. 2. c. 33. à num. 18. existimat, Angelum tum in materia supernaturali, tum in his omnibus, que non euidenter, sed solum probabilitate seu per conjecturam iudicat, vere discurre. 21

Sed probatur assertio auctoritate S. Dionysii c. 7. de diuin. nom. qui non obscure eam significat, dum Angelis tribuit simplices, beatasq; mentis susceptiones. &c. Faustus et Augustinus de Genes. adlit. lib. 4. c. 32. & 34. & Bernardus serm. 5. in Cantic. Ratio assertioris petitur, tum ex ipsis Angelorum nominibus. Vocantur enim mentes coelestes, & intelligentiae, seu intellectuales substantiae; idq; ad differentiam nostrarum animarum, quae rationales vocantur; est autem intellectus & intelligentia stricte loquendo, primorum principiorum, seu eorum quae statim naturaliter apprehenduntur, ut notauit S. Thomas hic cit. a. 3.

Tum quia alias Rationale non est ultima differentia hominis. Tum quia cum Angeli sint altioris naturae intellectualis, habent lumen et superioris, & modum cognoscendi altiore, quo in principiis seu causa effectum; & in effectu causam; vii & in subiecto prædicatum simul ac eadem cognitione, adeoq; sine discursu & complexione cognoscant; saltem intra latitudinem obiectorum, qua simul ab eis possunt cognosci: quia non est necesse, eadem cognitione cognoscere posse omnia, quae absolute ex eodem principio possunt inferri. Sic enim simul cognoscere possent infinita; V. G. infinitas Eclipses possibles, quod tamen non sine causa contra Ariminensem negat Molina, & se re Valentia; qui tamen simul id concedere non admodum putat absurdum. 22

Accedit optima congruentia S. Thomæ cit. q. 58. art. 3. vbi ait: Angelii illum gradum tenent in substantiis spiritualibus, quem corpora celestia in substantiis corporeis, nam & celestes mentes a Dionysio dicuntur. Est autem et differentia inter celestia & terrena corpora, quod corpora terrena per mutationem & motum ad ipsiū sunt ultra-mam perfectionem, corpora vero celestia statim ex ipsa sua natura suam ultimam perfectionem habent. Sic igitur & inferiores intellectus, scilicet hominum, per quandam motum & discursum intellectus operationes perfectionem in cognitione veritatis ad ipsiū sunt, dum scilicet ex uno cognito in aliud incognitum procedunt. Si autem statim in ipsa cognitione principium noti insipient quasi notis omnes conclusiones consequentes, in eis discursus locum non habebet. Ethoc est in Angelis, qui statim in illis, quae primo naturaliter cognoscuntur, insipient omnia, quaeunque in eis cognosci possunt. &c. 23

Simili ratione probat S. Thomas a. 4. Angelos etiā non componere, nec diuidere; quia in ipsa statim apprehensione quidditatē subiecti habent notitiam de omnibus, quae possunt attribui subiecto, vel remoueri ab eo. Et c. Etsi nonnunquam saltem per accidentem compōnere & diuidere concedat Molina ibidem, & Vasquez disp. 223. speciatim quando extrema habent diuersas species: Ut cum intelligunt V. G. hominem distinguiri a lapide, vel non esse lapidem. &c. Sed nec hoc est ne-

cesse: quia neq; tunc faciunt formaliter hanc divisionem conceptuum. Homo nō est lapis; sed eo ipso cognoscunt, extrema esse distincta, quod vtrumq; vt est, intuitu, esto conceptu ac notitia diuersa, concipiunt; ad eum sere modum, quo est sensus distinguunt lucē a tenebris, seu dulce ab albo. &c. Accedit, quod nil obstat, vno et simplici conceptu, concorrente vtriusq; extremi specie, directe cognosci distinctionē extremon, ut recte Suarez cap. 32. n. 11. quinā n. 17. probabilius putat, Angelū cōponere & diuidere in iis, quae euidenter non cognoscit, vt de discursu dictū.

Sed non probatur. Nam etiam in probabilitibus principiis euidenter Angelus cognoscit probabilitatem consequentis, seu ipsam probabilitatem connectionis: neq; si prudenter agat Angelus, aliter, quam sub modo probabilitatis iis assensum preberet, nec potest ex assensu eiusmodi modificato principiorum, vero & illatio discursu elicere absolute assensum conclusionis, ut pote plane inconsequentis. Quod si ponamus, Angelum malum temere & imprudenter agēdo, absolute & sine modificatione assentiri principiis probabilitibus, tunc non minus simul ac eodem simpli actu, adeoq; sine discursu, absolute etiam assentiri poterit consequenti; quam alias prudenter agendo in principiis euidentibus absolute cognoscere & assentiri soler conclusioni euidenti. Solum hoc inter vtrumque casum erit discrimen, quod hoc prudenter; illud imprudenter; hoc necessariob; saltem quoad specificationem; illud libere, adeoque non absque inclinatione prævia voluntatis faciet.

Quod si deniq; ponamus, Angelum prius elicuisse assensum modificatum circa probabilita principia, postea vero suo arbitratu, temere agendo, assensum absolutum circa conclusionem, tunc id reuera non fieri per verum & formalem discursum causalem, qui solus proprius discursus est; sed ut sumnum forum per discursum successivum, sive successionis; qui plures assensus successiū quidem, sed sine nexu & dependency elicitos complectitur, nec adeo verus & proprius, sed solum improprie dictus discursus est, ut facetur etiam ex communī Logicorum doctrina Suarez; nec aliter fere de discursu, quem Angelis tribuunt, loquuntur Scoti & Nominales citati. Videri de vtrōq; discursus genere potest S. Thomas hic q. 14. a. 7. & q. 8. de verit. a. 4. ad 14. Ex quib; existimo fundamento Suarī satisfactum esse. 24

Interim non negandum, Angelos (quod etiam de Deo suo loco dictum) diuisiōnem & compositionē ac discursum, ut sunt in nostro intellectu, cognoscere, ut recte S. Thomas ibidem a. 4. Sicut neq; negandum est, in Angelico intellectu proprie esse veritatem aut falsitatem; quia Angelica cognitione vere iudicativa est; & licet non formaliter, tamen eminenter est diuisio & compōsitus, ut cum S. Thoma ex communione cognoscunt etiam Molina & Vasquez cit. q. 58. a. 5. & in simili de divina cognitione dictum. Neque in contrarium restat aliud alicuius momenti argumentum, quo probetur, Angelos formaliter discurre, aut componere. &c. 25

Assertio VIII. In Angelis non sunt habitus naturales cognoscitivi, seu cognitionis habitualis acquisita. Supponimus ex dictis dub. 2. esse in Angelis habitus naturales repräsentativos (nimurum species intelligibiles) qui ex parte ipsius obiecti ad cognitionem

nem Angelicam concurrunt; sed negamus, esse in eis habitus cognoscitios naturales seu acquisitos, qui ex parte potentiae ad facilitandam seu efficiendam naturalem cognitionem Angeli concurrent, prout in nobis sunt quinq[ue]; illae virtutes intellectuales, item fides acquisita, vel opinio &c. Hæc est sententia S. Thomæ hic q. 58. a. 1. vbi absolute negat, intellectum Angeli esse in potentia ad actum primum, ut dixim⁹ assert. r. Idem exp̄esse docet Scotus in 2. distin. 3. q. 11. § *Contra Iustum*, vers. *Ad aliquid*. Durandus in 3. d. 23. q. 1. ad 1. Mayron in 3. d. 33. q. 1. a. 5. Caietanus 1. 2. q. 54. a. 4. & q. 63. a. 1. Vasquez disput. 219. cap. 2. & disp. 43. cap. 7. & 1. 2. disp. 78. cap. 3. & 4. Fonseca 9 Metaph. cap. 1. q. 2. sect. 1. & for Ferrarieſis 1. cont. gent. cap. 56. eamq; communem vocat. Suarez hic lib. 2. cap. 3. 8. num. 5. et si contrarium dicxerint Henricus quodlib. 5. q. 14. Medina 1. 2. q. 51. a. 1 & q. 54. a. 4. Molina hic q. 58. artic. 1. & ex parte Suarez Metaph. disput. 35. sect. 4. num. 23. & 24. & disp. 44. sect. 3. num. 8. & hic lib. 2. cap. 3. 8. à num. 8. vbi fatetur quidem, in Angelo non esse habitus cognoscitios naturales, seu inditos, seu acquisitos, respectu eorum obiectorum, quæ Angelus naturali cognitione euidenter nouit; at vero simul ait, esse in ipso habitus naturales acquisitos, circa ea, quæ solum probabilitate per fidem aut opinionem naturaliter nouit... Pro qua sententia citat recentioribus etiam Pſantium cit. q. 58. a. 1. Herreram in 2. d. 12. q. 1. notab. 1. & pro parte posteriori etiam Bannem. & Zumel cit. q. 58. a. 1.

²⁹ Sed assertio nostra generalis est verior. Ratio est. Quia ex parte cognitionis, circa obiecta naturalia, nulla est difficultas in Angelo; neq; circa ea, quæ euidenter, neq; circa ea, quæ solum probabilitate cognoscere potest. Quia in utrisque siue connexione terminorum in se, siue connexionem cum principiis euidentibus, siue in utramque partem argumenta probabilitatis, facile & sine ullo impedimento, si modo ipse animum & mentem applicare velit, (quod à voluntate eius dependet) cognoscit: idque in probabilibus etiam ob causam, quod Angelus, prudenter agendo, vt dictum, in eo casu non elicit absurdum assensum circa neutram partem, sed solum modicum assensum; nimis hoc vel illud esse probabile, aut probabilius, quod etiam euidenter ex utrisque partis motius seu argumentis cognoscere potest; non minus quam ipsam veritatem propositionum euidentium de inesse. Quod si malus Angelus temere agendo de obiectis probabilibus absolutum assensum velit elicere, vt fane, potest, ipse vero in se determinando difficultatem sentiat, tum quia res tota à motione voluntatis dependet, acquirere quidem poterit habitum in voluntate, quia ad hanc potius quam ad aliam partem, facile eligendam determinetur; sed hic habitus non erit cognoscitius, vt patet. Neque argumenta in contrarium sunt alii cū momenti.

Assertio IX. Et si Angelus non decipiatur in cognitione naturali earum rerum, quas intuitu sua quidditatibus cognoscit, tamen in cognitione abstractiua aliarum rerum, quas non cognoscit proprio aut quidditatibus conceptu, sed per conjecturam, aut fidem acquisitam, vt sunt supernatura, secreta cordium, aut futura contingencia, potest Angelus sua natura decipi; et si boni Angeli re ipsa nunquam, mali sepe decipiuntur. Hæc est doctrina S. Thomæ hic q. 58. a. 5. quamfusius explicant & sequuntur Caietanus, Bannes, Zumel, Vasquez, Molina ibidem, Gregorius de Valentia q. 9. phn. 4. & Suarez hic lib. 2. cap. 3. 9.

Et prima pars per se patet; quia omnis cognitio euidentia, seu intuitiva, seu quidditatua, est vera. Unde etiam Aristoteles 9 Metaph. tex. 22. dixit, in intelligendo quidditates simplices non esse falsitatem; quia vel totaliter non intelliguntur, vel cognoscuntur ut sunt. Et lib. 3. de anima tex. 26. & 51. dicit intellectum semper esse verum.

Secunda pars ex eo probatur. Quia sicut Angeli sua natura sunt obnoxii peccato, ita etiam erroribus intellectus; alias enim nec dæmon erroribus his obnoxios esset, cum naturam habeat eandem cum bonis Angelis.

Tertiam partem tradit Augustinus 9. de ciuit. Dei cap. 22. Et ratio est. Quia boni Angeli ratione statutus nulli plane errori, nec peccato sunt obnoxii: si quidem etiam error seu falsitas intellectus vitium quoddam & defectus, seu miseria est, qualis locum non habet in beatitudine. Quare etiam boni Angeli dærebus incertis definite & absolute assensu non iudicant, donec de illis diuinis instruantur, vt optimo doceat Augustinus loc. cit. sed probabilitia solum ut probabilita iudicant; non autem tanquam veris absolute assentiuntur; nec in illo iudicio unquam falluntur, etiamsi quod probabile iudicant, re ipsa falsum sit. Unde non probandum, quod ex Malonio in 2. dist. 3. disput. 6. refert Suarez hic lib. 2. cap. 33. num. 25. *Angelos bonos interdum, malos vero sepius me decipi*; hoc enim quidem verum, vt mox dicetur, sed prius falsum.

Quartam partem tradit etiam Dionysius 4. cap. diuin. nom. vbi ait, in dæmonibus esse phantasiam proterviam. Et cap. 7. diuin. nom. dicit, dæmones prolapsos à sapientia, & habere rationem depravatam, seu mentem à ratione aseparatam. Et ex scriptura constat, dæmones initio existimasse, Christum non esse Deum. Ratio est; non solum quia isti relinquuntur conditioni naturali: sed etiam hoc ipsis; quod peccatis & prauis affectibus depravatam habent voluntatem, multa sepe inordinate ac precipitanter agunt, ad eam etiam partem, in rebus dubiis, inclinantes intellectum, quæ inordinato affectu magis deseruit, etiamsi forte à parte rei falsa sit. Atque hæc de modo cognitionis Angelica, atque vniuersalim de intellectu Angelis satis.

QVÆSTIO IV.

De Voluntate; deque locutione & illuminatione Angelorum, velut
actibus quibusdam communibus intellectui ac
voluntati Angelicæ.

S. Thomas i. p. q. 59. 60. 106. & 107.

Verbi solueretur hec quæstio quatuor dubitationibus. I. An et qualis voluntas sit in Angelo; an eiusdem specie cum humana; an respectu obiectorum libera, vel necessaria; an aliquando indelibera. II. Vtrum voluntas Angelis sit natura immutabilis ac inflexibilis ab eo, quod semel elegit. III. An, & quare ratione Angelis inter se loquuntur. IV. An & quare ratione, & de quibus rebus inter Angelos unus alterum illuminet.

DVBIVM I.

An, et qualis voluntas sit in Angelo; an eiusdem specie cum humana; an respectu obiectorum libera, vel necessaria; an aliquando indelibera; an denique naturalium habituum, virtutum aut virtiorum capax.

S. Thom. i. p. q. 59. & 60.

In intellectu Angelii sequitur voluntas; quæ est altera potentia Angelii operativa ad intrare cui adiungimus etiam duas operationes Angelii, quæ simul ab intellectu & voluntate Angelii dependent, nimis locutionem, & illuminationem Angelorum inter se; quamvis enim haec proprie intellectu peragantur; voluntas ad eas solum se habeat per modum applicatis, ut dicemus; quia si reuera etiam voluntatem supponunt, & ab ea quomodo cunq; dependent, merito ad hunc locum reuocantur; præsertim quando est S. Thomas de iisdem non in ipso Tractatu de Angelis, sed postea primum in Tractatu de gubernatione Dei (de quantum habent peculiarem Tractationem instituere) cit. q. 106. & 107 tractauit. Quod vero ad presentem dubitationem spectat, eam iuxta seriem capiū in ea propositorū, sequentib; assertoriis refoluimus.

Assertio I. Est omnino in Angelis naturalis potentia voluntatis, seu appetitus intellectivus, simul cum actu volitionis proportionato: quæ eodem modo ab Angelis substantia, & inter se, à parte ei differunt, quo de intellectu & intellectione dictum. Ita communis Doctorum cù S. Thomas hic q. 59. a. 1. 2. & 3. & in 2. d. 7. Et prima pars est de fide, ex Scriptura, quæ passim obedientiam, & inobedientiam; bonitatem moralem & peccatum, meritum & demeritum, primum & pœnam (quæ quidem sine voluntate consistere nullo modo possunt) Angelis tribuit, ut patet q. 8. Ratio est. Quia in omni natura cognoscente, potentia cognoscendi necessario sequiturvis, & potentia naturalis appetendi, cognitione proportionata, nec infra proportionato sibi actu, in pedimentis sublatiss, destitutus: Cum ergo in Angelo sit vis cognoscendi intellectivus, necessario etiam in eo erit appetitus

intellectualis, qui voluntas dicitur, simul cum actibus volendi proportionatis; quandoquidem nullum in Angelis esse potest impedimentum præterim perpetuum eiusmodi operationis; maxime cum superioris q. 3. dub. 1. probauerimus, esse in Angelo non solum actum primum, sed etiam actum secundum cognoscendi. Et quia quoad distinctionem à substantia & operationibus Angelii, aut etiam horum inter se mutuo, par est ratio vtriusque potentiae; utique fatendum erit, non minus etiam voluntatem & voluntatis actus, tam inter se, quam à substantia Angelii re ipsa distinguiri, quam de intellectu eiusque actibus dictum quæstion. præceden, dub. primo.

Assertio II. In Angelis non est appetitus sensitivus; adeoque nec propriæ appetitus concupiscibilis & irascibilis, prout hæc differentias quasdam, sensitivi appetitus significant: tamen si prout hæc quadam proportione & similitudine ad voluntatem referuntur, suo modo etiam Angelis tribui possint, absque tamen illa reali eorum inter se, distinctione. Hæc est doctrina S. Thomas cit. q. 59. art. 4 cum absolute negat, in Angelis esse appetitum concupiscibilem & irascibilem.

Et prima pars est indubitate; quia Angelii non sunt corporei; neque adeo habent cognitionem sensitivum: Ergo nec appetitum sensitivum. Ex quo sequitur secunda & quarta pars; quia diuisio illa appetitus in concupiscibilem & irascibilem, propria est appetitus sensitivi; cum interim voluntas vna & indiuia in vtrumque obiectum boni ardui, & non ardui (vnde ea appetitus distinctio sumitur) feratur: vt pote pro obiecto formali & adæquato

habens

habens bonum in communi; non certam aut particularem huius vel illius boni rationem: quo fit, ut quae in inferiori appetitu sensitio sunt diuisa, in voluntate sint vnde & per modum vniuersitatis.

6Tertia pars colligitur ex Sancto Dionysio cap. quarto, de diuinis nominibus, vbi per analogiam quan-dam concupiscentiam & iram demonibus tribuit, cum dicit in illis esse concupiscentiam amorem, & furorem irrationalib[us]. Neque Sanctus Thomas negat, has denominations etiam voluntati Angelicæ tribui posse; sed solum negat, per haec voluntatem re ipsa distingui sicut distinguuntur appetitus sensitivus, vt recte Vasquez ibidem, & ex solutio-ne argumentorum patet: præterim quando omnes actus eiusmodi potentiarum abstracte sumptu propriæ Angelis conueniunt, vt signallat ostendit Suarez hic libro tertio, capit. primo, à numero quinto.

7Assertio III. In Angelis est liberum arbitrium: ac proinde voluntas Angelica respectu quorundam obiectorum est libera. Ita Sanctus Thomas hic quæstion. 59. artic. 3. & communis Doctorum cum Magistro in 2. d. 7. Et est itidem de fide ex indicatis scriptura locis assert. I. Ratio est. Quia vbi-cunque est intellectus, ibi est liberum arbitrium: hoc ipso, quod intellectus cognoscit vniuersalem rationem boni; non solum delectabilis, aut utilis, sed etiam honesti: quo fit, vt unum & idem obiectum iudicari possit alia & alia ratione bonum, & non bonum, seu appetibile, & non appetibile: qua proinde ratione id ipsum obiectum libere appeti poterit, tam quoad exercitum, quam quoad speci-ficationem: Secus accedit in bruis, quorum ap-petitus vnam tantum rationem boni delectabilis, aut sensibilis intelligit & proponit, vt recte Sanctus Thomas ibidem. Ex quo intelligitur, et si quidem intellectus formaliter non sit liber, esse tamen ipsum fontem & radicem libertatis, vt suo loco di-cetur.

8Assertio IV. Voluntas Angelica specie ac es-sentialiter differt à voluntate humana: eademque est ratio Angelici intellectus cum humano compara-ti. Ita docent Durandus in 3. d. 14. quæstion. 1. num. 8. Maior in 4. d. 49. quæst. 11. Sotus ibidem quæstion. 3. artic. 2. Vasquez 1. part. disput. 43. capit. 5. Suarez hic lib. 2. cap. 2. num. 15. & lib. 3. cap. 1. num. 4. & communis ac certa Schola-sticorum sententium, Angelum & animam spe-cie differre, vt videre est apud Sanctum Thomam 1. p. quæstion. 75. artic. 7. & 2. cont. gent. cap. 94. Alenſem in 2. p. q. 20. mem. 5. Aegidium in 2. d. 3. p. 2. quæstione secunda, articulo quinto. Bon-audenturam distin. 1. p. 2. articu. 2. & alios ibidem, quicquid in revelationibus B. Amadei Raptu 1. & 5. in contrarium dicatur; quasi voluntas & intel-lectus Angelii & hominis sint eiusdem speciei & es-sentiae; de qua re dubius etiam fuisse videtur Scotus in 2. d. 1. q. 6.

9Ratio est. Quia illæ potentiae habent se in v-trisque velut propria passiones, ab essentia efflu-entes: Ergo sicut essentia specie differunt ex dictis q. 1. dub. 1. ita necesse est, etiam ipsas species dif-ferre.

Neque tamen inde consequitur, omnes actus

earundem potentiarum in hominibus ac Angelis specie differre: non solum quia causarum specie differentium possunt esse iidem specie effectus, vt de calore à sole, & ab igne produc[t]o, communis ha-bet sententia; sed etiam quia dantur in vtrisque ac-tus aliqui, videlicet supernaturales, ad quos eius-modi potentiae solum concurrunt ut principia communia & incompleta: cum interim principia specificum & particulares, quo potentiarum vis vltimate complectur, sit in vtrisque tam homini-bus, quam Angelis eiusdem speciei: quo fit, vt cum diuersitas actuum secundum speciem ex diuer-sitate principii specifici & particularis, non gene-rici, desumenda sit, tales actus sint eiusdem speciei.

Qua ratione eidem Vasquez loc. cit. ex communi-tradit, visionem & dilectionem Dei, cum ab habitu-bus eiusdem speciei procedant, in vtrisque eiusdem etiam esse speciei; esto interim, actus naturales, ac foliis naturæ viribus ab vtrisque eliciti, in genere, quasi natura inter se specie differant, quod ipsum ta-men fortasse non vndique est certum, ob dictam superius rationem.

10Assertio V. Voluntas Angelica non potest sua-natura ab omni penitus actu cessare seu vacare; sed necessario est in aliquo actu secundo. Hanc asser-tionem cum ceteris Doctoribus citandis assert, seq. supponit Sanctus Thomas quæst. 59. artic. 1. & 3. & quæst. 1 & de malo artic. 2. ad 2. & 2. cont. gent. cap. 97. & aperte tradunt Ferrariensis 3. cont. gent. cap. 109. Bannes hic quæst. 60. dub. vlt. Suarez hic lib. 3. cap. 3. num. 3. & refert nec improbat Vasquez q. 60. a 3. Ete est assertio non quidem certa, sed pro-babilior.

Ratio est. Tum quia naturalis perfectionis est, semper in actu secundo interno versari, nec ab hac perfectione quicquam iure potest Angelum auocare, vt supra etiam de intellectione dictum quæstion. precedent. dub. 8. Tum quia comparatione Ange-li, nulla potest inueniti boni ratio in cessatione ab omni actu; vti nec mali ratio, in exercitio actu alicuius indeterminate: Ergo sicut propter hanc causam amor Dei in patria est necessarius; ita etiam exercitium alicuius actus indeterminate in Angelo. Denique idem à posteriori confirmatur ex eo; quia alias nulla ratio esset, cur iuxta communem doctri-nam, omnes Angeli in primo statim instanti sua productionis operari coepissent.

11Assertio VI. Angelus naturali quodam amo-re amicitia naturaliter, seu quod idem est, secun-dum naturalem inclinationem, diligit tum seipsum; tum alium Angelum; & Deum; & hunc quidem magis quam seipsum. Ita Sanctus Thomas hic quæstion. 60. articulo tertio, quarto & quinto, ex communi Doctorum: nisi quod circa ultimam par-tem refragatur Gabriel in 3. distin. 29. quæst. vn. articulo primo, notab. 3. vbi docet, voluntatem ex inclinatione naturali magis diligere se, quam Deum; quod Sanctus Thomas non solum hic cit. articulo tertio, sed etiam in quodlib. 1. articu. 8. & in 1. 2. quæst. 99. & 2. 2. quæst. 26. artic. 3. ex instituto reprobat, ac præterim etiam hic cit. quæst. 60. articulo 1. ad 3. vbi ait: sicut cogitatio naturalis sem-per est vera, ita dilectio naturalis semper est recta;

cum

cum amor naturalium aliud sit; quam inclinatione naturae indita ab auctore naturae. Dicere ergo quod inclinatio naturae non sit recta, est derogare auctori naturae. At vero ut idem dicitur. s. Angelus naturaliter plus seipsum diligenter, quam Deum, sequitur, quod naturalis dilectio est peruersa, & quod non perficeretur per charitatem, sed destrueretur. Accedit, quod ut idem recte argumentatur eodem articulo. s. In relatu naturalibus id, quod secundum naturam, hoc ipsum quod est, alterius est; principalius & magis inclinatur in id cuius est, quam in seipsum; nimis pars magis in conseruationem totius, quam sui ipsius; qua de causa etiam manus, periclitante capite, seu toto corpore, naturali motu seipsum exponit ad conseruationem totius corporis. Ex quo satis etiam probata manet tertia & quarta assertionis pars, de qua plura locis citatis. Nec obstat, quod amor erga se est magis necessarius; quia nihilominus amor erga Deum potest esse maior & stimatus, iuxta ipsam naturam & inclinationem.

13 Prima pars probatur. Primo enim amor, eum sit actus prosecutionis & simul abstractionis omni particulari conditione & limitatione boni amati, inter omnes actus voluntatis sua natura primus est, fonsque & origo ceterorum: Est ergo quidam amor naturalis Angelo, ut docet idem S. Thomas q. 60. a 1. Deinde respiciendo particularia obiecta amoris; cum amare nihil aliud sit, quam velle alicui bonum; quaque ratione unus & idem actus amoris futur & in substantiam sue subiectum, cui volumus bonum, amore amicitiae; & in bonum, quod volumus, amore concupiscentiae; plane fatendum est, Angelum naturaliter seipsum diligere amore amicitiae, quatenus sibi ipsi naturaliter vult, tum suum esse intrinsecum & substantiale, tum etiam ceteras suas perfectiones naturales intrinsecas; cum nemo sit vel coniunctior, vel notior, vel minus dissimilis; aut cui quis diutius familiarius est consueverit, quam unusquisque sibi metipsi.

14 Quaratione etiam ex Aristotele 9. Ethic. cap. 8. referunt illud: Amabile bonum; unicuique autem proprium. Et amicitia ad alterum esse ex amicabilibus ad se. Et quidem ille pluribus in eundem sensum differit, lib. nono, capit. octauo, vbi ait: Maxime est amicus, qui vult bona ei, cui maxime vult, illius causa, etiam si deficitur sit nemo. At hæc unicuique erga seipsum, & cetera etiam omnia, quibus amicus maxime definitur, maxime infusa. Dicitum siquidem est, omnia quæ ad amicitiam attinent, a seipso ad alios quoque denuo. Proverbia item omnia, consentunt; ut una anima; & Communia omnia amicorum: Et, Aequalitas amicitia: Et, Tibi genu propinquus. Omnia enim haec unicuique erga seipsum maxime infusa; quippe cum amicus maxime sibi ipse sit. Amare igitur seipsum maxime oportet. Qualiter Aristoteles ex aliorum mente referat, ipsem tamen postea etiam approbat.

15 Addit. Sanctus Thomas citat. articulo tertio, tametsi amor Angelus erga seipsum sit naturalis, respectu boni in communi, vel etiam respectu boni naturalis intrinseci, tamen respectu aliorum bonorum extrinsecorum, ad quæ Angelus non est naturaliter determinatus, esse ac dici electuum, hoc est, consilio & electione suscepimus: ita ut amor Angelus erga seipsum alias sit naturalis, alias electivus, respectu diuersorum bonorum, quæ sibi vult & amat.

Secunda assertoris pars probatur. Quia etiam in naturalibus una res inclinatur ad aliam similem sibi. Vnde Eccli. 13. vers. 19. dicitur. Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proximum sibi. Ratio est. Quia quisque naturaliter diligit suam naturam, ac proinde etiam quicquid unum est in natura cum ipso.

16 Assertio VII. Angeli naturali amore necessario quoad specificationem amant rurum seipso, tum Deum secundum se, aliumque Angelum secundum suam naturam spectatum. Haec est, plane mens & doctrina Sancti Thomæ citat. articulo tertio, quarto & quinto. haec enim potissimum ratione naturalem amorem erga se distinguit ab electu. articulo tertio. Et articulo 4. ad 3. de naturali dilectione alterius Angelii, expresse docet, eam esse necessariam, etiam in demonibus, cuius ait: Nec illa dilectio naturalis remoueri potest etiam ab Angelis malis, quia dilectiones naturalem habent ad alios Angeles, in quantum cum eis communicant in natura. Sed odunt eos, in quantum disertificantur secundum iustitiam & iniustitiam. Idem habet articulo quinto ad 5. de amore Dei. Eadem est communis Doctorum, omniumque interpretationum sententia. Nec reipsa dissentit Suarez hic libro tertio, capit. quinto, numero quinto, vbi ait, amorem amicitiae seu benevolentiae erga DEVM non esse necessarium in rigore quoad specificationem, sed tantum secundum quid; eo quod amor hic abiit possit, ut in demonibus accidit. Loquitur enim ille de DEO non secundum se præcise, sed prout considerari potest etiam ut vindicta mali, aut secundum alios effectus; qua ratione ipsam Sanctus Thomas citat. reip. ad 5. docuit, amorem naturalem DEI non esse necessarium quoad specificationem in Angelis yniuersum.

17 Ratio assertoris est. Quia Angelus nec in seipso villo modo, nec in DEO secundum se spectato, nec in altero Angelo secundum suam naturam spectato, inuenire potest ullam rationem mali, ob quam absolute eos odire, seu malum, ipsis sub ratione mali velle possit; licet haec posteriora obiecta (DEVM scilicet, & alium Angelum) secundum aliam quandam rationem, vel extrinsecam in DEO, vel accidentalem in Angelo possit odire; non seipsum villo modo quia etiam si quis in se reperiat defectum aut malum, id tamen non potest facere, ut quis seipsum absolute oderit, sed solam, ut defectum illum oderit, quo ipso tamen odio diligit seipsum.

18 Quod si quis etiam sibi ipsi opterat inferat mortem, seu non esse, nec id quidem fieri, nisi sub specie boni alicuius erga se, ut ita scilicet euadatur maius seu intolerabilius malum. Et ratio est; quia necessitas amandi amore amicitiae, quoad specificationem, oritur ex coniunctione amati ad seipsum, ut ex Aristotele dictum: cum ergo quisque sibi ipsi sit coniunctissimus, sit, ut multo magis homo sit determinatus natura ad amandum se, quam aliquid extra se.

19 Assertio VIII. Angelus amore amicitiae seu benevolen-

tiae

lentia necessario amat seipsum, etiam quoad exercitium. Ita docent Gregorius de Valentia q. 9. punct. 1. & quæst. 11. punct. 1. Bannes hic quæst. 60. art. 3. & q. 8. de verit. a. 6. ad 7. & art. 14. ad 6. et si contrarium afferant Ferrariensis 3. contra gent. cap. 109. & Vasquez quæst. 60. art. 3. cum quibus ex parte consentit Suarez hic lib. 3. cap. 4. num. 6. & 16. ubi docet, Angelum quidem semper se amare aliquo amore naturali, nullum tamen actum particularem amoris sui habere, qui absolute necessarius quoad exercitium sit, ne quidem amorem benevolentia seu complacentia de suis bonis naturalibus & intrinsecis.

²⁰ Sed probatur assertio. Quia Angelus seipsum semper ac necessario intelligit intuitua visione, eaque adeo etiam sufficienti, ad causandum amorem, ut facetur Suarez; nec potest in cessatione seu omissione amoris ullam causam reperi; siquidem nec labor, nec tedium, aut difficultas eius actus quicquam obstat; cum & per se sit maxime connaturalis, & incundus Angelo; nec in suis actionibus naturalibus Angelus unquam defatigetur, ut patet; nec vero ex perturbatione aliqua, vel applicatione animi ad alios actus voluntatis, seu actum amoris erga alios, quicquam potest impediri; quia Angelus perturbationibus non est obnoxius; nec amor naturalis erga se alijs actionibus impeditur; nec ipse impedit alios, vt nec cognitio sui, cognitionem aliorum obiecitorum: Ergo nec in cessatione ab illo actu vlla ratio boni apprehendi, nec in ipso amore illo vlla ratio mali apprehendi potest, ob quam ab eo actu Angelus cesseret; ac proinde est necessarius in illo, etiam quoad exercitium.

²¹ Nec obstat, quod dæmones seipso solum prauo amore diligunt, qui tamen non potest esse naturalis, aut absolute necessarius. Primo enim ob hanc causam limitari posset assertio, de Angelo in statu rectitudinis, aut puræ naturæ constituto, saltem quamdiu status is permanet. Deinde respondeo, etiam malum Angelum ex inclinatione naturali, adeoque necessario amare seipsum; spectando amorem illum secundum suam substantiam; quamvis amor ille adequate spectatus etiam secundum intentionem finis, & aliarum circumstantiarum, praus eaque ratione nec naturalis, neque absolute quoad exercitium necessarius sit in dæmone.

²² Assertio IX. Deum secundum se, aut alium Angelum secundum suam natrnam, aut ullam omnino rem aliam naturalem à se distinctam, Angeli non amant necessario quoad exercitium. Hæc est communis sententia Doctorum, quam contra nonnullos recentiores tradunt Vasquez articulo quinto, & Suarez hic libro tertio, capit. quinto, numero quarto, vt & Ferrariensis loc. citat. & satis indicat ipsæmet Sanctus Thomas articulo quinto, ad 5. ubi docet dæmones odire D e v m; non potest autem cum absoluto odio alicuius, stare amor amicitiae erga eundem, sub vlla ratione, ut recte Suarez;

et si Gregorius de Valentia hic quæstione. 11. punct. 2. existimet, forte probabiliter asseri posse, D e um ab Angelis ipsiisque dæmonibus necessario amari etiam quoad exercitium. Nam fieri posset, inquit, vt D E V M secundum se semper actu diligenter, & tamen eundem sub alia quædam ratione, nimurum vt eos puniat, odio haberent. Sed reuera hoc fieri non potest; quia verum & absolutum odium alicuius personæ (quo modo utique dæmones D E V M oderunt) excludit omnem amorem benevolentia seu amicitiae erga eundem. Ex quo etiam sumitur ratio assertio. His accedit, quod cognitio naturæ Angelica de D e o solum sit abstractua & imperfecta, qua ad amorem Dei necessitatè non potest.

²³ Est autem hic sermo de D e o, vt amato amore amicitiae; quia amore concupiscentia necessario etiam quoad exercitium, Angeli necessario aliquo modo saltē implicitè amant Deum hoc ipso, quod suum sibi esset dependens ab Authore naturæ amant & volunt, vt indicat etiam Suarez cit. cap. 5. num. 10. Eademque ratione fortè explicari possent Bannes cit. quæst. 60. articulo 5. & Gregorius de Valentia cit. punct. 2. dum docent, Angelos necessario etiam quoad exercitium amare sine diligere Deum: tamen illi reuera etiam de amore amicitiae loquuti videantur.

²⁴ Ex quibus à fortiori patet secunda & tertia pars assertio, quæ ab omnibus Doctoribus vindicatur recepta, quia Angelii & seipso mutuo (vt in dæmonibus accidit) & quamvis rem aliam naturalem particularem odisse & respue-re possunt: nec potest in illis assignari ratio tanti boni cognita, quæ absolute necessitat ad amandum.

²⁵ Assertio X. In Angelis naturaliter non habent locum actus voluntatis subreptiti & per inaduentiam indeliberati. Ita ex communis & certa Suarez hic lib. tertio, cap. 4. numero 16. Ratio est. Quia nec habent appetitum, aut phantasiam à qua moueantur; & cum sufficien-ti aduentientia seu cognitione semper operantur, vt colligitur ex dictis quæst. præced. dub. 8.

²⁶ Assertio XI. In Angelis secundum suam naturam spectatis possunt esse habitus naturales voluntatis, tum boni; tum mali; quamvis in bonis Angelis re ipsa nulli esse videntur. Primam partem tradunt Scotus in 3. distinctione. 33. quæst. vnic. Maior in 3. dist. 33. quæst. 3. ad vitim. Angelitus in Moralibus cap. 8. Molina hic quæst. 58. articulo 1. Suarez hic lib. 3. cap. 12. à numero 3. nec dissentit Azor tom. 1. lib. secundo, cap. 25. quæstio 4. Et si contrarium docuerint Durandus in 3. dist. 23. quæst. 1. ad 1. Mayron dist. 33. quæst. 1. articulo 5. Caietanus hic quæst. 54. articulo 1. & 4. & quæst. 63. articulo 1. & Vasquez 1. part. disputat 43. cap. 7. numero 32. & disput. 219. cap. & in 1. 2. disput. 78. cap. 30. num. 20. 22. 25.

²⁷ Probatur assertio. Tum quia verosimillimum est, dæmones re ipsa habere habitus vitiosos superbia & odij Dei; nec enim dubium videtur,

quin hos actus facilius nunc eliciant, quām ab initio fecerint: quare etiam superius questionē præcedent. dub. 8. concessimus, in dæmonum voluntate habitus, quibus determinantur ad assensus incertos & conjecturales elicendos. Tum quia in Angelorum voluntate per se spectata est sufficiens indifferentia, ad bene vel male operandum, actusque virtutum aut vitiorum elicendos; quæ indifferentia proinde capax est determinationis per habitus. Tum quia in Angelis sua natura spectatis, non abesse videtur difficultas, tum ad exercendos actus quosdam excellentiores virtutum, v. g. naturalis dilectionis Dei; aut constantis amicitiae naturalis erga alios Angelos colendæ; tum ad perpetuam mediocritatem & innocentiam vitæ naturalis retinendam, præceptorumque naturalium violationem vitandam.

²⁸ Secundam partem alero cum Durando, Mayrone, Caetano, & Vasquez locis citatis, contra Suarez, & alios quosdam authores pro præcedenti parte assertiones relatos; qui bonis etiam Angelis virtutum naturalium habitus tribuunt. Ratio est. Quia Angeli boni, ratione stantis beatifici, nec capaces sunt illius actus vel habitus vitiosi, vt patet; nec illam difficultatem, aut repugnantiam sentiunt in exercitio illius virtutis naturalis; multo minus indifferentes sunt aut indeterminati ad legem naturalem seruandam, aut non seruandam: Ergo nulla est ratio, cur in illis sint naturales virtutum habitus.

Dices, satis esse, quod sint indifferentes ad multis virtutum naturalium actus aliqui non præceptos exercendos aut non exercendos. Respondeo, negando assumptum, quia stante impossibilitate peccandi, & simul summa facilitate bene naturaliter operandi, melius est, vt illa indifferentia, intra latitudinem actuum non præceptorum, pro arbitratu operandi, integra plane permaneat, quam vt per habitum non necessarium ad alteram partem determinetur, adeoque diminuatur. Quamvis ergo forte natura sua tales habitus ab Angelis acquiri possent; conuenienter tamen, iuxta diuinam dispositionem accidit, vt eos re ipsa non acquireant.

D V B I V M II.

Vtrum voluntas Angelis sit natura sua immutabilis & inflexibilis, ab eo, quod semel elegit: & qua ratione Angelus capax sit beatitudinis naturalis.

S. Thom. 1. p. q. 64. a. 2.

*E*xplatis ijs attributis Angelicæ voluntatis, quæ quod minus controversa essent, facile simul omnia explicari potuerunt, restat

speciale dubium de naturali inflexibilitate Angelicæ voluntatis; quod veluti magis controversum, & longiorem postulans explicationem, in hunc proprium locum scorsim deferendum referuauimus. Quamvis enim à Theologis, occasione lapsus, & pœnitentia malorum Angelorum mouetur, reuera tamen ad naturalem conditionem Angelicæ voluntatis declarandam pertinet. Inde vero oritur alterum, etiam quæsitum, de capacitate naturalis beatitudinis; nam si Angelus sua natura est ad bonum & malum quæ flexibilis, videtur esse incapax beatitudinis naturalis, quæ perpetuitatem & immutabilitatem in bono requirit.

Certum autem, & extra controversiam est, hac in re, primo, Angelos quoslibet posse naturaliter suam mutare sententiam, ac voluntatem, quando vel non cum omnimoda libertate, tam quod exercitum, quam quod specificationem; vel non cum plena & vndique perfecta deliberatione, ac consideratione omnium circumstantiarum ad rem pertinentium, aliquid statuerunt. Nam ob priorem causam, Thomistæ (qui alioquin inflexibilitatem voluntatis Angelicæ tenuerunt) aiunt, Angelum malum, peccando, ac Deum odio habendo, mutasse suam sententiam, postquam antea amoris actum, erga eundem, non minus, quam boni Angeli, exercuerat. Dicunt enim, illum amorem, tñli fuerit liber quod ad exercitum, non tamen quod specificationem: eo quod in primo instanti non potuerint Angeli peccare Deumque odisse: de qua re quæst.

Propter secundam causam aiunt, diabolum, cum antea per Iudam intendisset & procurasset mortem Christi Ioann. 13, tamen postea per vxorem Pilati eam conatum esse impedire., Matth. 27. vt communis & valde probabilis mulitorum habet explicatio; licet Maldonatus ibidem, cum nonnullis Patribus, aliter sentiat. In quem sensum etiam Suarez hic lib. 3. cap. 10. numero 22. dicit, valde probabile esse, sonnum illud vxoris Pilati non de demone sed à Deo fuisse, vt ex Patribus ipse etiam notauit 2. tom. disputat. 3. sect. 3.

Secundo certum & extra controversiam est, saltem diuina virtute, & per extraordinariam, quandam gratiam posse aut portuisse dämones, post peccati electionem, rursum ad pœnitentiam, & statum salutis reduci. Quis enim, aut qua ratione hoc negare possit?

Controversum est autem, vtrum Angelus possit sua natura, id quod perfecta libertate & deliberatione semel elegit, vt quidem peccando facile aiunt Thomistæ, nolle; adeoque de tali electione pœnitentiam, esto infructuosam habere. De qua re est duplex sententia; prior negativa, quam tenuit S. Thomas quæst. 64. a. 2. Alensis 3. p. q. 1. mem. 2. Capreolus 2. dist. 7. q. 1. Ferrariensis 4. cont. gent. cap. 95. Caietanus, Bannes, Zumel, alijque recentiores Thomistæ hic citat. quæst. 64. art. 2. & Heruæus quodlib. 5. q. 11. qui tamen ab alijs relatis differt in assignanda ratione. Nam priores illi tota causam huius immutabilitatis referunt ad perspicacitatem intellectus Angelici:

hic

hic autem in magnum & liberrimum impetum, quo fertur voluntas Angeli, ut & animæ separatae, in rem volitam. Sed verior est sententia affirmativa, quam sequentibus assertionibus explicamus.

Affirmatio I. Verius est, Angeli voluntatem non esse ita natura sua inflexibilem, quin id quod semel perfecta libertate & deliberatione elegit, aut voluit, absolute possit mutata voluntate, nolle, adeoque & facti pœnititudinem concipere. Hæc est communis sententia Doctorum, extra Scholam S. Thomæ; quam speciatim tradunt. Bonaventura in 2. d. 7. part. 1. art. 1. quæst. 1. Scotus in 2. d. 7. q. vn. &c. in Reportatis eadem dist. q. 3. Egidius q. 1. a. 2. Durandus q. 2. Ariminensis q. 1. art. 2. Gabriel ibidem. Marsilius in 2. quæst. 5. a. 5. Ockam in 2. q. 19. & Paludanus in 4. d. 50. q. 1. quos sequuntur Gregorius de Valentia q. 15. pun. 2. Molina cit. q. 64. art. 2. disp. 2. Vasquez disp. 239. cap. 4. & 7. & Suarez hic lib. 3. cap. 10. à num. 5.

Probatur primo auctoritate Sanctorum Patrum, qui eam sententiam non obscure indicarunt, Hieronymus epist. 146. ad Damasum, Deus, ait, *solis est, in quem peccatum non radit; cetera cum sint liberi arbitrii, iuxta quod & homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est, in utramque partem suam possunt flexere sententiam.*

Gregorius Nyssenus lib. de orat. dom. de humana pariter & Angelica natura loquens, ait; *Boni & honesti studium equaliter utriusque naturæ & sententia simul in finitum & attributum est. Plenamque item ac summan in sece potestem, & ab omni necessitate liberar voluntatem in utriusque parem, rerum universorum præses efficit, ut animi libero quodam arbitrio, atque proposito regatur, quicquid ratione pariter ac mente honoratum est.*

Et aperte Fulgentius lib. de fid. ad. Petrum, cap. 3. Si posibile esset, ut humana natura, posquam à Deo auersa, bonitatem perdidit voluntatis, ex seipsum eam habere potuisse, multo posibilius hoc natura haberet Angelica, qua quanto minus gravatur terreni corporis pondere, tanto magis haec esset prædicta facultate. Quæ ratio supponit, ex parte mutationis voluntatis nihil obstat, quo minus Angelus suum peccatum retractet; sed deesse solum facultatem ad satisfaciendum Deo, sicut in homine accidit. Idem etiam significat Fulgentius infra, capit. 23, cum ait. *Hoc ipsum, quod Angeli ab illo statu beatitudinis mutari in deteriori nullatenus possunt, non est eis naturaliter insitum; sed postquam creati sunt, gratie diuina largitatem collatum. Sicutum Angeli naturaliter incommutabiles fierent, nunquam de eorum consortio diabolus & eius Angeli cecidissent.*

Secundo probatur assertio ratione. Primo. Quia Angelus, antequam se determinaret ad utrumlibet, erat indifferens, non obstante illa quantumvis perfecta deliberatione; adeoque ea stante, poterat utrumvis oppositorum eligere: Ergo etiam facta determinatione id facere, poterit: siquidem ea determinatio in se necessario non manet; nec post se alium potuit effectum relinquere, quam habitum prauum; qui tamen ut sic subiacet voluntatis arbitrio;

quia habitibus utimur, quando volumus.

Secundo. Nulla conueniens ratio potest assignari, cur Angelus, cum potuerit à bono in malum flecti, & à malo vno in aliud oppositum, malum, ut ex prædictis exemplis liquet, non possit absolute etiam à malo quamvis perfecte deliberato, saltem imperfecta & inutili, atque ex solo sui amore & desiderio uitandi pœnas profecta pœnitentia in bonum flecti. Nam quod dicitur, amorem Dei initio à malis etiam Angelis conceputum, non fuisset liberum, quoad specificationem actus, id primum difficiliorum solum reddere, debebat retractationem. Deinde cu[m] actus illi, in momento non desirerit, sed aliquanto tempore durauerit, necesse est fateri, eum fuisse non solum plene deliberatum, sed etiam protempore, consequenti primum instans creationis liberum, non solum quoad exercitum, sed etiam quoad specificationem.

Tertio. Si non possit Angelus suam mutare voluntatem, causa esset, vel ipsa conditio naturæ Angelicæ; quasi ea sit ex se, ab eo, quod semel elegit, immutabilis; vel perfectio deliberationis & cognitionis Angelicæ; quasi nihil accidere possit, ad mutandam voluntatem idoneum, quod antea non fuerit ab eo præcognitum aut præcogitatum; aut ipsam firmitas adhesionis seu applicationis voluntatis ad aliquid voluntum; eo quod summo liberrimoque impetu facta sit: Sed nihil horum dici potest. Non primum. Quia solius Dei proprium est, uti naturam, ita etiam voluntatem penitus habere immutabilem; ut ex Patribus citatis confiat; idque è magis, quod alioqui voluntatem Angeli naturaliter mutari, ac mutata esse, negari non potest. Nec secundum. Tum quia non est credibile, Angelum malum, antequam peccaret; omnia ea expresse cogitasse, quæ ob peccatum ei postea acciderunt, pura æternam in momento damnationem, & pœnam damni ac sensus irreuocabilem. Tum quia etiam id gratus concederetur, ea tamen perfectio deliberationis nihil obstarat mutabilitati voluntatis. Siquidem uti etiam cum perfectissima deliberatione, initio stare poterat, indifferenta ad utrumlibet, ita etiam post electionem ea nihil obstarere potest, quin absolute voluntas mutari possit ad alteram partem: præferim quando, ut suo loco dicetur, verius est, peccatum in voluntate esse posse absque omni prævio errore vel incogititia intellectus. Neque tertium. Tum quia frustra dicitur, Angelum summo, & liberrimo impetu se se ad peccandum determinasse; quo enim eius voluntas erat liberator, eo magis in potestate eius esse debebat, impetum & conatum voluntatis moderari. Tum quia etiam imperius ille fuisset summus, postquam tam transiit, nec per se impedire poterat conatum contrarium, ut patet, nec per aliquem effectum à se reliatum, ut superius diximus.

Denique si deliberata illa Angelii voluntas esset sua natura penitus inflexibilis; tunc & Angelii boni ex sua natura facti fuissent impeccabiles; & tunc Angelus in statu pure naturæ creatus, eo ipso redderet se impeccabilem, quod vel semel

naturalem Dei dilectionem super omnia libere, prorsus & deliberate eliciisset: siquidem cum ea etiam dilectione omne peccatum, praesertim contra legem naturae pugnat: id vero est contra citatos Patres, præcipue Fulgentium. Ex quibus etiam fundamentis opposita sententia satisfactum est.

10 **Assertio II.** Angeli tamen voluntas semel ad malum libere determinata, non nisi difficulter, admodum sua natura in bonum flecti potest. Hæc est communis sententia, etiam eorum, quos priore assertione citavimus, eoque sensu cum Paludano, Vasquez, Suarez & alijs existimant, posse forrassis S. Thomæ sententiam explicari. Probatur & declaratur. Cum enim Angelicus intellectus multo perspicacior sit humano, vel quæ præced. dictum, accurate utique prouideat omnia ea quæ ad rem statuendam pertinēt: Cum ergo in hominibus frequenter & facilitas pœnitutinis ex eo potissimum oriatur, quod homo ab initio non plane omnia expendere soleat, quæ ad plenam deliberationem spectant, fit, ut Angelus ex hac parte multo difficultius pœnitutidine facti præteriti capiatur. Deinde cum Angelus neque ex fragilitate seu passione, vel concupiscentia, neque ex ignorantia, sed ex certa & destinata voluntate, adeoque ex malitia, & in genti superbia, summa libertate peccarit; idque adeo cum actu quodammodo reflexo permanendi in hac eadem voluntate perpetuo, quicquid super ea re mali euenturum sit; sane negari non potest, voluntatis hanc applicationem ad peccatum fuisse ex se firmissimam, ac quodammodo perpetuam: quo sit, vt quanto ea alioqui secundum esse natura præstantior fuit, tanto etiam moraliter difficultiorem reddiderit retractandi facultatem; ita ut vere dici possit, Angelum ex eadem illa superbiæ magnitudine, qua semel ad peccatum inductus est, moraliter quasi obstinatam habere in peccato voluntatem; licet ex sua natura absolute loquendo voluntatem mutare posset. Videri potest Carthusianus in 2. dist. 7.

11 Quod vero ad alteram difficultatem attinet, de beatitudine naturali Angelii, sunt hac de re tres Doctorum sententiae. Prima absolute negat, Angelum sua natura capacem esse alicuius beatitudinis naturalis. Ita Vasquez 1. pa. d. 226. c. 2. qui mouetur argumento superiori allato, de mutabilitate Angelica voluntatis, adeoque defectu perpetuitatis & immutabilitatis ad beatitudinis statum requiritur. Secunda sententia est, Angelum necessario esse beatum beatitudine naturali; ita ut etiam dæmon retineat quicquid est perfectionis in naturali beatitudine secundum se spectata, puta perpetuam contemplationem Dei auctoris naturæ, cum amore naturali eiusdem super omnia; tametsi in eo statu nomen beatitudinis non mereatur, ob contrariam infelicitatem & damnationem adiungat; quod sentire plures modernos Thomistas 1. part. quest. 56. articulo tertio & quest. 60. art. 5. & quest. 62. a. 1. refert Suarez hic lib. tertio, cap. 11. numero 2. sed in medio consistit veritas, sequenti assertione declaranda.

12 **Assertio III.** Est quidem Angelus, tum in statu pura naturæ; tum in statu naturæ eleuate ad supernaturalem beatitudinem consequentiam, sua natura capax beatitudinis naturalis; at tamen ea nec perfectum beatitudinis statum, ex sola natura Angelii habere potest, neque omnino ab Angelo est inseparabilis, etiam si illa secundum se loquamus. Ita communis Doctorum.

13 Et primam partem passim indicant Patres & Doctores, qui naturalem quandam beatitudinem Angelis à Deo creatis (non autem dæmonibus) tribuunt; in quibus Augustinus lib. 11. de Genes. ad lit. c. 26. & lib. 11. de ciuit. cap. 11. Fulgentius de fid. ad Pet. cap. 3. Gennadius de Ecclesiæ dog. cap. 59. quo modo etiam de homine loquitur Augustinus lib. 14. de ciuit. cap. 10. 19. 26. item Sanctus Thomas cum suis 1. part. quest. 62. articulo 1. Scotus 2. distinct. 3. quest. 9. & distinct. 4. quest. 1. Durandus ibidem quest. 1. Molina cit. quest. 62. art. 1. Gregorius de Valentia quest. 13. punct. 2. Suarez lib. 3. cap. 1. i. qui etiam naturalem beatitudinem postulat afflunt, præcipue in contemplatione naturali Dei, iuxta Aristotelem, lib. 10. Ethic. cap. 7. & 8. ubi beatitudinem hominis in contemplatione substantiarum separatarum posuit: cui Molina, Gregorius de Valentia, Suarez & alijs non male, adiungunt rectitudinem quandam voluntatis, qualis qualis Angelo circa præcepta naturalia est possibilis, præcipue quoad naturalem dilectionem Dei. Ratio est. Quia supremum bonum naturale, ad quod Angelus ex sua natura ordinatur, recte dicitur beatitudo ipsius naturalis, consonance Aristotelii cit. lib. 10. cap. 7. & 8. ubi alia quam homini beatitudinem in contemplatione substantiarum separatarum posuit.

14 Quia ergo Angelii natura sua habent perfectam Dei cognitionem abstractuam, simul cum amore amicitiae erga eundem, hosque actus, si velint, continuare perpetuo possunt, vt dictum: quid nî ipsi, si coniungatur cum carentia defectuum & infelicitatis, sufficiant ad quandam naturalem beatitudinem, cum sint operationes naturales omnium præstantissimæ?

15 Secundæ partis ratio est. Quia Angelii cum sint sua natura mutabiles & flexibiles etiam à bono in malum, possunt ab ea beatitudine excidere; cum tamen ad statum perfecta beatitudinis requiratur perpetuitas & immutabilitas.

Tertia pars patet ex dictis dub. 1. Quia in dampno post peccatum non manet dilectio Dei naturalis super omnia: nec contemplatio naturalis Dei, velut summi boni; sed quidem vt iusti vindicis, & ipsam naturam dæmonis referuantis ad debitam punitionem. Quod vero dicitur, naturalia in Angelo post peccatum mansisse integræ, non intelligitur vniuersim de operationibus seu actibus secundis, naturalique rectitudine ex his actibus pendente, sed de actibus primis, seu naturalibus potentijs, que cum Angelica natura necessario & inseparabiliter coniunctæ sunt,

vt recte Suarez cit. cap. 11.

num. 4.

DVBIVM III.

De locutione Angelica: an nimirum, & quomodo Angeli inter se, nobiscum, & cum Deo colloquantur.

S. Thomas I. p. q. 107. aa. 5.

Quia ratione hanc, & sequentis dubij difficultatem ad hunc locum reuocauerim⁹, initio huius quæstionis dictum est. Supponimus vero, Angelos inter se mutuo loqui, sibi ea locutione manifestare posse secreta cordium, vt cum S. Thoma cit. quæst. 107. a. 1. & in 2. d. 11. docent omnes Theologi, & aperte constat ex scriptura Isai. 6. 3. Seraphim stabant super illud; & clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, sanctus, sanctus. Zachar. 2. v. 3. Etecc Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum. 1. Cor. 13. v. 1. si linguis hominū loquar, & Angelorum. Apocal. 7. v. 3. Angelus unus clamauit ad quatuor alios dicens, Nolite nocere terra & mari, &c. Idem docent SS. Patres, speciatim Dionysius cap. 4. cœl. hier. & Isidorus lib. 1. sent. sue de sum. bono cap. 10. & 12. vbi ait, inferiores obediunt superioribus. Et Gregorius 2. Moralium cap. 5. Dignum est, inquit, ut mens nostra qualitatem corpora locutionis excedens, ad sublimes atq. incognitos modos locutionis intima suspenderat.

Ratio est. Tum quia hoc omnibus intelligentibus creaturis commune est, ut inter se colloqui possint. Tum quia id postulat & socialis vita consuetudo, & decens gubernatio vniuersi. Cum enim ut quæst. præcedent. dub. 6. dictum, Angeli naturaliter & ex se non nōrint secreta cordium, alterius Angeli, & nihilominus tamen tum ad communicationem mutuam, tum ad decentem gubernationem vniuersi, qua inferiora reguntur per superiora, necessarium sit, ut Angelus quisque etiam secreta cordium cuiusque alterius Angeli, eo volente, cognoscere possit, planè opus erat, ut naturali hac facultate Angeli essent prædicti, qua per locutionem sibi mutuo secreta cordium manifestare possent.

Hoc posito, de modo locutionis Angelicæ est difficultas, ac non parua inter Doctores dissensio, in decem sententias diuisa, quas ita ordine, refaram, ut mox quid de singulis sentiam, breuiter exponam: inde vero sententiam veriorem paucis explicem & confirmem, & quæ sunt consequentia inde deducam.

Es igitur prima sententia, Angelum cogitationes alterius Angeli cognoscere per illa ipsa, quæ naturaliter in altero Angelo cognoscit; si modo hic velit suas cogitationes ad illa naturaliter nota referre: ita ut locutio fiat, per relationem mentalem secretorum, ad ea, quæ iam antea naturaliter in loquente ab altero Angelo cognoscuntur. Refertur à Durando in secundo distinctione 11. quæst. 2. & refellitur merito ab

omnibus, quia ista naturalia non habent connectionem cum liberis cordium secretis. Et si realis horum connexio & inheratio cum substantia & natura Angeli, non facit ea cognoscibilia, quanto minus sola mentalis relatio eorumdem ad ipsa. Denique hac ratione secreta cordium vni manifestata, mox omnibus esse manifesta.

Secunda sententia dicit, Angelos colloqui per quædam signa seu characteres celo impressos. Refertur & refellitur item à Durando loc. citat. Quia vanum est, existimare, aut signa corporea effici ab Angelis loquentibus; aut non nisi in ecclesiis effici; à quibus saepè cum loquuntur, longissime absunt; aut quomodounque in ecclesiis effecta per se significare tam recondita animi sensa: Si vero ex institutione significant; quis instituit? Si Deus, ergo locutio Angelis ex scipis non conuenit. Si Angeli; quomodo instituere poterant, nondum inuenta locutione & sermone, quo inter se communicarent? Si unus Angelus pro omnibus: non paruo tempore opus erat ad hoc negotium; quo inter se interim Angeli annulla ratione communicabant? Denique hac ratione locutio ad unum facta, simul omnibus esset manifesta.

Tertia sententia ait, conceptus occultus, & hoc ipso minus expressos, exprimi per alias conceptus & verba mentalia magis expressa & determinata. Refert item, & refellit Durandus ex communis. Quia cum natura sua omnes isti conceptri liberi sint occulti, ut dictum loc. cit. certe etiam quamvis explicatissimi sint, non eo ipso erunt manifesti. Præterquam quod hac ratione impeditur Angelus, ne vñquam secreta cordium, quæ ab altero nollet intelligi, expressis eiusmodi & determinatis conceptibus posset concipere. Postremo nunquam vni loqui posset, quin simul omnibus animi sensa faceret manifesta.

Quartæ sententia est ipsius Durandi loc. cit. asserentis denique, se non videre, quo modo Angelii inter se colloquantur, sua inuicem secreta pandendo, nisi eo modo, quo homines inter se colloqui solent, formando nimis voces in aëre. Sed est absurdæ sententia. Quia sic loqui non possunt, nisi in aëre constituti, & nisi pariter omnibus Angelis, si auscultare velint audientibus: cum voces in aëre expressas, tanquam naturalia entia omnes utique cognoscere possint, si velint. Vnde eam sententiam merito etiam refellit Bonaventura in 2. d. 10. a 3. q. 1. & improbat Patres, Basilius homil. 3. in id, Attende tibi, Gregorius lib. 18. Moral. cap. 3. & Damascenus lib. 2. c. 3. Quorum doctrina pariter etiam prioribus sententijs aduersatur.

Quinta sententia est Scotti in 2. d. 9. quæst. 2. vbi docet, Angelum eo ipso loqui alteri Angelo, quod ipsi effectu imprimat conceptum rei manifestandum, ita ut ipsa locutio fiat, eiusdem concept⁹ manifestati impressione in altero Angelo. Quam sententiā ita etiā defendere conatur Bassolis in 2. dist. 9. q. 2. ad 1. Sed est improbabilis sententia. Tū quia actio vitalis, uti nimirū est conceptus mentis, naturaliter procedere non potest, nisi à principio vitali intrinseco, habet ipsam, ut omnes fatentur. Tum quia sic Angelus inferior loqui non posset.

superiori, in quem nihil potest agere. Tum quia locutio non consistit in manifestatione rei à loquente concepta, utpote quam Angelus alter per se plerumque potest intelligere; sed in manifestatione ipsius conceptus, eius, qui loquitur, ad quā rei concepta conceptus per se non potest conferre. Tametsi enim cognoscam res illas, quas alter concepit, non tamen eo ipso scire possum, quid alter conceperit. Nēque recte Scotus ibidem distinguit in Angelo auditionem & visionem, quas, vt animo insunt, non distingui tradit Augustinus lib. 15. de Trinit. cap. 10. In animo, inquit, non est aliud, atq. aliud, videre, & audire. Nisi quis hæc velit distinguere ex parte obiecti inadæquate, tanquam includens & inclusum; vt visio sit omnium, quæ clara & intuitu cognoscit Angelum, auditio sit solius locutionis, seu conceptionis alienæ manifestata.

Sexta sententia est, locutionem Angelicam fieri per impressionem speciei ipsius interni conceptus, ab Angelo loquente in altero Angelo audiēte factam: ita vt unus Angelus eo loquatur alteri, quod ipsi speciem sui conceptus libere imprimat. Ita docet Suarez hic lib. 2. cap. 27. à num. 30. & pro eadem citat Bassolem loc. cit. Aureolum in. 2. dist. 9. q. 1. art. 1. & 4. item Herreram, Zume- lium, & Pesantum; & fauent nonnihil Scotus loc. cit. item Alensis 2. part. quæst. 27. mem. 3. & 5. Bonaventura in 2. dist. 10. art. 3. q. 1. Richardus dist. 9. art. 2. q. 1. eamque sub nomine recentiorum refert Vasquez infra.

Sed non probatur. Tum quia, vt dictum, conuenienter non dicitur, Angelum inferiorem, loquendo, agere aliquid in superiorē. Tum quia vel agere deberet Angelus in distans loquendo; vel non posset absenti loqui. Tum quia sic non posset Angelus alteri in quavis maxima distantia etiā in infinitum syncategorematicè loqui, quod factentur quidem authores ijdem; sed est expresse contra Sanctum Thomam cit. quæst. 107. art. 4. & communem, vt dicetur inferius, coroll. 3. Tum quia vniuersim diximus dub. 10. species rerum intelligendarum Angelos habere ingenitas a principio. Tum quia species ab intellectione alterius Angeli productæ (si darentur) non essent alteri Angelo superiori vel inferiori proportionata, & per consequens deberent in diuersis Angelis diuersæ species ab eadem cogitatione produci, &c. Tum quia species, si quæ ab obiecto producuntur, naturaliter & non libere producuntur. Tum quia ratio non est, cur non eodem modo Angelus loqui posset animæ nostræ, etiam in hoc corpore constituta. Plura contra hanc sententia Vasquez disput. 211. cap. 5. & Albertinus infra. Nec ea sane est S. Thomæ consona, vt dicemus, quicquid Suarez dixerit.

Septima sententia ait, unum Angelum alteri loqui, per hoc, quod ipsi imprimat non speciem, sed conceptum, seu notitiam, non rei concepta, vt dixerat Scotus, sed ipsius conceptus, seu notitia, quam habet loquens; idque non libere, sed necessario. Ita Ockam in 2. quæst. 20. & quodlib. 1. quæst. 7. Gabriel in 2. dist. 9. quæstione 2. articulo 4. Sed refellitur fere, vt duas præcedentes. Et accedit, quod locutio inter Angelos ex com-

muni omnium debet esse libera non necessaria. Octaua sententia ait, unum Angelum alteri loqui, expressione cuiusdam signi spiritualis, seu naturaliter, seu vt plures indicant, ex institutione significantis; & vel manentis in ipsomet loquente, vel producti in Angelo audiente. Pro qua sententia a Vasquez citat. disputat. 211. cap. 10. & Suarez hic lib. 2. cap. 26. num. 5. citantur Agidius in 2. d. 10. quæst. 3. art. 1. Argentina quæst. 1. art. 2. Ariminensis quæst. 2. Marsilius in 2. qu. 7. art. 2. Clitouæus in Damascen. lib. 2. capit. 3. Quibus consentiunt Molina q. 57. a. 4. & q. 106. a. 1. & Albertinus tom. 1. princ. 1. coroll. 11. à n. 9. qui docet, hæc signa significare ex institutione Dei, à quo etiam data sint Angelis, & esse cuique Angelo propria, adeo vt tot sint diuersa Angelorum linguae & signa, quot sunt Angeli numero. Citatur etiam ab eodem S. Thomas. q. 102. a. 5. & q. 9. de veritate a. 4. sed non recte, vt dicetur.

Nec placet ea sententia, tum ob causas pleraque in sexta sententia relatas, tum quia qualianam sint ea signa, non possunt dicere. Et cum in Angelis tantum sint intellectus & voluntas, & potentia motiva, non appetit, à qua potentia hæc signa effici debeant, cum nec sint motus, seu qualitas motiva, nec volitus, nec intellectio. Accedit, quod illa tanta signorum & quasi linguarum varietas & multiplicatio per se incredibilis videatur, nec decere eam, quæ inter Angelos, præsertim eiusdem speciei esse debet, naturæ, morum, & perpetui coniuctus similitudinem. Et tamen sublata ea varietate, & multitudine, iam per se cadit ea sententia, quandoquidem explicare ipsa non potest, qua ratione alias cognito signo communi, particulatum unusquisque loquens, proprietate eius animi conceptione nota fiat.

Nona sententia supponens, quascunque cogitationes mentis (non autem motus voluntatis) esse saltem quoad substantiam cuicunque Angelo naturaliter notas, dicit, fere ad modum tertie sententiae, locutionem Angelicam consistere in quodam conceptu velut reflexo (quia est de cogitatione, vel certe de actu voluntatis, & secreto cordis) explicante & exprimente secretum cordis, peculiariter directo ad eum, à quo eum loquens Angelus vult percipi. Ita Vasquez cit. disp. 211. cap. 11. & 12. vbi citat etiam Henricum quodlib. 5. quæst. 15. a. 2. Heruæum in 2. d. 11. quæst. 1. & Maiorem dist. 9. q. vlt. licet Suarez cap. 27. num. 2. eam sententiam existimet esse singularem, & Vasquez propriam. Sed nec ista sententia probatur. Tum quia fundatum quod supponit, fallum est, ex dictis supra quæst. 3. dub. 6. Tum quia hac ratione non posset Angelus aut homo cognoscere suum affectum & intentionem voluntatis, quin hoc ipso illos actus alijs Angelis atque etiam demoni faceret manifestos, quod plane est absurdum. Tum quia eadem ratione non posset unus Angelus alteri loqui secreto, quin ea locutio omnibus fieret manifesta, siquidem supponit haec sententia, omnes cogitationes mentis, ac præcipue reflexas, in quibus constituit locutionem, pericac, ac sua natura omnibus Angelis esse manifestas; quod tamen rursum non leue incommodum est.

¹³ Est igitur decima sententia, locutionem Angeli non fieri aliter, quam per liberam ordinacionem seu directionem secreti ad eum, cui id ipse. Angelus velit facere manifestum: ita ut haec ordinatio sit conditio sine qua secretum non intelligeretur; ea vero posita, absque alia mutatione, statim intelligatur. Ita plane docet S. Thomas (frustra repugnantibus Vasquio cap. 8. Suario & Albertino locis citatis) quest. 107. a. 1. vbi ait: *Quando mens convertit se ad actum considerandum, quod haberit habitu; loquitur aliquis sibi ipse: nam ipse conceptus mentis interius verbum vocatur. Ex hoc vero quod conceptus mentis Angelica ordinatur ad manifestandum alteri per voluntatem ipsius Angeli; conceptus mentis unus Angelis innoscet alteri. Et sic loquitur unus Angelus alteri. Nihil est enim aliud, loqui ad alterum, quam conceptum mentis alteri manifestare. Et in eundem sensum art. 2. ait: Angelum loqui Angelo nihil aliud est, quam conceptum suum ordinare ad hoc, ut ei innotescat, per propriam voluntatem.*

Etrursum art. 1. resp. ad 1. ait: *In nobis interior mens conceptus quasi duplice obstatculo clauditur: primo quidem ipsa voluntate, qua conceptum intellectus potest retinere interius, vel ad extra ordinare. Et quantum ad hoc, mentem unius nullus aliud potest videre, nisi solus Deus, secundum illud: 1. Cor. 2. Que sunt homines, nemo nouit, nisi spiritus dominus, qui in ipso est. Secundo autem clauditur mens dominii ab alio domine, per grossum corporis; unde cum etiam voluntas ordinat conceptum mentis ad manifestandum alteri, non statim cognoscitur ab alio, sed oportet aliquid signum sensibile adhibere. &c. Hoc autem obstatculum non habet Angelus; et ideo quam cito vult manifestare suum conceptum, statim alius cognoscit.* Ita S. Thomas, qui expresse docet, differimus esse inter homines & Angelos sibi mutuo loquentes, quod homo absque alio signo exteriori hominiproportionato, non intelligit alterius secretum, etiamsi hic ordinet illud ad ipsum, & velit ab eo cognosci; inter Angelos autem unus alterius secretum hoc ipso statim cognoscet, quod alter vult manifestare suum conceptum. Eandem sententiam tradunt Capreolus in 2. dist. 11. quest. 1. Caietanus cit. q. 107. artic. 1. Gregorius de Valentia disp. 8. pun. 2. & multi Thomistae recentiores. Fauent etiam Alensis 2. part. quest. 27. mem. 6. Albertus in 2. part. sum. tract. 9. quest. 35. a. 2. Bonaventura in 2. dist. 10. a. 3. q. 1. Henricus quodlib. 5. q. 15. & Durandus in 2. dist. 11. q. 2. num. 11. nisi quod hic simul negat, locutione manifestari Angelis conceptus internos; ut pote quosiam antea ipsis esse perspectos exfiltrat. Eandem sententiam esse valde celebrem in Scholis, fatetur Suarez hic lib. 2. cap. 27. num. 12. & quia ipse etiam veriorem existimo, eam sequentibus assertionibus breuiter explicabo.

¹⁴ Assertio I. Locutio Angelica formaliter est manifestatio secreti cordis, seu conceptus interni ab Angelo loquente, alteri Angelo verbis quibusdam facta. Ita S. Thomas cit. q. 107. a. 1. cum ait: *Nihil est enim aliud loqui ad alterum, quam conceptum mentis alteri manifestare. Ratio est. Quia de ratione locutionis ad alterum est, ut loquens suos mentis conceptus, siue sensa animi alteri*

exponat; ac re ipsa etiam quantum in se est manifestet, si alter eos per se non norit. Cum ergo Angelis secreta cordium perse non norint; necesse est, ut locutio ad ea manifestanda referatur. In quo differt haec locutio à locutione, qua Deo loquimur, cui quod peccata cordium iam ante sunt manifesta, non aliter loquimur, nisi quatenus voluntariè cor nostrum, siue sensa, illius notitia subjiciimus. Non tamen est de ratione locutionis, ut locutio, seu animi sensa iam exposta ab altero re ipsa percipiatur; satis est quod ipsa locutio, quantum est ex se, sufficienter alteri ea faciat manifesta; etiamsi alter ob distractionem seu inadvertentiam actu non percipiat, modo percipere possit, si attendat. Addidi verò verbis quibusdam facta. Quia si conceptus nostri & animi sensa alio modo patet. V. G. per naturalia signa exteriora, aut motus & passiones corporis V. G. gemitus aut suspiria, prout etiam Angelis sensa nostra, & partim etiam aliorum Angelorum innotescere posse docuimus, supra q. 3. dub. 6. ea sane proprie non erit, nec vocari à Theologis solet locutio, ut recte etiam notauit Durandus loc. cit.

Assertio II. Ea manifestatio secretorum cordis, adeoque ipsa locutio inter Angelos fit; ipsa directione voluntaria, seu ordinatione libera secretari alterum, quanempe Angelus unus velit sua secreta alteri esse manifesta, ab eoque percipi; absque vila alia aliorum signorum expressione, aliae operatione in mente audientis Angeli. Ita auctores relati pro ultima sententia, ut dictum. Probatur primo. Quia locutio Angelica fit verbis ad alterum directis, ut dictum: at hoc inter Angelos alter (modo falso ordinaria & connaturali) fieri non potest, quam ipsis verbis mentalibus seu conceptibus internis libere ad alterum directis & ordinatis, si quidem in Angelis alia verba, puta vocalia, aut scripta, secundum ordinatum & connaturalem agendi modum, locum non habent.

Secundo. Si Angelis hoc ipso naturaliter patet, si manifestari alterius Angelii secreta, quod ab hoc ad eos libere ordinantur, ut dictum, negari non potest, locutionem Angelicam hac ipsa ordinatione perfici: sed verum est antecedens: Ergo &c. Maiorem facile concedunt omnes; siquidem ob eam solum causam, ceteri auctores huic sententiæ refragantur, quia existimant impossibile, ut ita aliis Angelis patet secreta cordis, absque alia signorum expressione, vel operatione in mente eorum, quibus fit locutio. Minor probatur. Quia secreta cordium sunt alioquin ex suo genere entitates naturales; quæ proinde etiam naturaliter Angelis omnibus cognosci possent; nisi ratio moralis secretorum eorum parte obstarer; quia nimur ipse Angelus loquens cupit haec esse occultæ omnibus, quibus ea ipse non manifestat; at verò hoc impedimentum & quasi velum obtengens secretum, tollitur ipsa voluntaria directione secreti ad alium Angelum, ea mente facta, ut ab eo secretum percipiatur, ut patet: Ergo facta hac ordinatione, nihil iam decet, quo minus secreta unius Angelii alteri Angelo patet.

17 Tertio. Omnis Angelus habet sufficientem vim naturalem sibi à principio congenitam, cognoscendi omnia plane entia naturalia, quae ad se suamque personam aliquo modo pertinent: sed hæc secreta cordium vnius Angelii, hoc ipso, quod ad alium Angelum libera voluntate referuntur, iam ad ipsum aliquo modo pertinent, non solum ut obiectū terminans eumactum, sed et cum etiā quem iuxta debitum inter Angelos politiæ ordinem, deceat esse concium talis conceptus: Ergo credibile est, ita fuisse à Deo connaturaliter institutum modum cognoscendi Angelorum, vt ea conditione posita, absque alia vltiori operatio ne ex parte loquentis, secretum mox intelligetur.

18 Quarto. Homines etiam, & animæ separatae, exeriori sententia, ita loquuntur Angelis, absque illa productione aliorum signorum, vel etiam illa operatione transeunte in mente Angelorum peracta; quid enim homo aut anima efficeri possit in mente Angeli? neque alius oportunit & generalior loquendi modus pro homine, & anima separata assignari potest: Ergo & Angelii ita inter se colloquuntur. Denique idem probatur ex refutatione aliarum sententiarum; nullus enim aliis modus locutionis Angelicæ conuenientior & facilior assignari potest.

19 Nec obstat, quod per eam ordinationem secreti ad alium Angelum factam, obiectum in seipso, nihil immutatur. Non est enim necesse, ut obiectum realiter mutetur, vbi de conditione sine qua non sermo est: cum etiam in humanis obiectum sepe visibile reddatur, per solam appropinquationem videntis oculi, etiam si ipsum obiectum in se maneat inuariatum. Idem hic de appropinquatione, quasi morali ipsius obiecti cogitandum: præfertim vbi ratio impediens cognitionem secreti, solum est moralis, & extrinseca, tam obiecto cognoscendo, quā subiecto cognoscendi. In quem sensum etiam S. Thomas quæst. 106. art. 1. ait: *Idem facere in spiritualibus ordinem conversionis, quod facit in corporalibus ordo localis propinquitatis.* Nec mirum est, Angelos cum sint excellentioris naturæ, habere modum etiam operandi altiore, nec cum hominibus alijsue rebus naturalibus omni ex parte communem. Siquidem alia quoque sententia pleraque modum eis operandi singularem tribuunt, vt ex dictis colligi potest: speciatim illa, que in specierum impressione locutionem constituit, quandoquidem hoc singularissimum conceptui loquentis Angelii tribuit, quod pro solo arbitratu ipsius Angeli efficiat, aut non efficiat speciem sui in altero Angelo; quod fere perinde est, as si quis dicat, calorem pro solo arbitratu subiecti calefacere, aut non calefacere...

20 Accedit, quod superius dictum, speciem Angelii representare obiectum præsens, facta sola mutatione ex parte obiecti, etiam si ipsa species, aut vis cognoscendi ex parte Angelii nihil mutetur. Quo casu pariter fatemur, aliquid proprium tribui & conuenire Angelo; quod ob eius excellentiam, non sit illi cum homine vndiquaque commune.

21 Assertio III. Etsi re ipsa parum referat, siue ordinatio illa secreti sit & dicatur essentialiter ipsa locutio Angelica; siue tantum conditio, vt ipsa interna conceptio mentis Angelo patefacta habeat rationem locutionis, etiam ad alterum; posterius tamen hoc magis probatur. Nam vt roris modo loqui videntur auctores; & res tota potius videtur esse quæstio denominativa de ipsa. Nihilominus tamen magis placet posterior modus loquendi; eo quod Doctores de ordinatione illa communiter loquuntur, velut de conditione remouente obstaculum cognitionis, vt etiam ex dictis quæst. 2. dub. 6. colligi potest. Speciatim vero hoc modo loquitur. S. Thomas citat, quæ. 107. articulo 2. ad 1. vbi voluntatem retinendi secretum vocat *obstaculum*, quo clauditur *secretum*, vt superius reruli, ex quo sequitur, ordinationem illam esse quasi remotionem obstaculi eiusdem. Remotio vero obstaculi, impeditis cognitionem seu perceptionem sermonis, proprie non est sermo siue locutio.

22 Etratio est. Quia ordinatio illa, cum ad internam conceptionem Angelii, solum superaddatur liberum actum voluntatis, quo Angelus loquens velit sua sensa interna ab altero percipi (qua de causa etiam tribuitur à S. Thoma hæc ordinatio voluntati, vt vidiimus) non potest propriè esse locutio; cum non sit aliqua verborum expressio: sed ipsa potius interna conceptio Angelii, qua sibi alias soli loqueretur, vt ex S. Thoma dictum, immitit etiam locutio ad alterum, quod accidente illa ordinatione velut requisita conditione, directe etiam & in se ab altero Angelo percipitur.

Nec absurdum est, idem realiter esse secretum cordis, seu rem sermone manifestandam; & accidente debita conditione, ipsum etiam sermonem ad alterum: hoc enim nihil aliud est dicere, quam mentis illos internos conceptus, antea occultos, in se manifestos fieri Angelo, si debita conditio ac obstaculi remotio accedat. Exemplum est; si quis cubiculo clausus ita loquatur, vt ab altero, cui vult loqui, audiri extra cubiculum non possit: quo casu si quis tanquam apertiat, vt sermo intus loquentis foras porrigitur, non is certe loqui dicetur, sed ille qui ante, erit sibi ipsi quodammodo soli, loquebatur. Quod si principale secretum sit actus voluntatis, etiam tunc, vt manifestetur alteri, necesse erit, intellectu aliquo modo ab Angelo loquente concepi (sine apprehensione enim non potest referri ad alterum) quæ conceptio proinde ad alterum relata locutionis rationem habere poterit.

23 Assertio IV. In locutione Angelica, ex parte loquentis, vniuersim non interuenit excitatio ad audiendum, distincta ab ipsa relatione seu ordinatione occulorum ad alterum. Hæc est apta doctrina S. Thomæ hic quæst. 107. artic. 1. ad 3. vbi cum obiectum fuisse, quod loquens excusat audientem, vt attendat siue locutioni, quod Angelis non videatur conuenire, &c. Respondebat his verbis: *Dicendum, quod quantum ad Angelos bonos, qui semper se inuicem vident in verbo;* non esse

non est necessarium ponere aliquid excitatiuum, quia sicut unus semper videt alium, ita semper videt, quicquid in eo est ad se ordinatum. Sed quia etiam in statu naturae conditae sibi inuicem loqui poterant, et malo Angeli etiam nunc sibi inuicem loquantur, dicendum est, quod sicut sensus mouetur a sensibilibus, ita intellectus mouetur ab intelligibili. Sicut ergo per signum sensibile excitatur sensus, ita per aliquam virtutem intelligibilem potest excitari mens Angeli ad attendendum. Quibus verbis sanctus Thomas primum quidem inter Angelos beatos, docet, non opus esse vlla eiusmodi excitatione ex parte loquentis; eo quod iij iam antea sint attenti ad se & sua mutuo cognoscenda, &c. In alijs autem Angelis addimit quidem subinde opus esse excitatione; sed nusquam dicit eam esse distinctam ab ordinatione secretorum ad alium Angelum facta; sed potius huic ipsi sive ordinationi, ipsius secreta cordium sic ad alterum ordinatis tribuit virtutem intelligibilem, qua mens possit excitari, hoc ipso, quod vim habent obiectum, mouendi intellectum alterius Angeli, ad sui cognitionem, vt bene declarauit Caietanus ibidem, & sequuntur alii authores citati pro nostra sententia; et si repugnat Suarez hic lib. 2. cap. 27. num. 35. cum alijs. Eodemque fere sensu idem sanctus Thomas ibidem resp. ad 2. ait, *linguam Angelorum metaphorice dici ipsam virtutem Angeli, qua conceptum suum manifestat.*

Probatur assertio. Tum quia communiter etiam inter homines, non est necessaria aliqua excitatio distincta ab ipsa locutione humana, adeoque vocali, hominibus congrua; sed hoc ipso, quod aliquis intelligibili voce coram altero loquitur aliquid, iam hoc ipso excitat illum etiam ad audiendum. Tum quia etiam si inter homines haec excitatio quandoque sit distincta, id tamen est per accidens, eo quod homo est distractus & impeditus, sive somno, sive aliarum rerum cogitatione, qua ab attentione ad loquenterum hominem aucturatur: hoc autem in Angelis non ita evenit, qui & plura simul cognoscunt, & sepe ac brevissimo intervallo facile se mutuò omnes, saltem quatenus sua interesse prudenter existimare possunt, recognoscunt. Quod si in aliquo casu forte opus foret distincta & peculiaris excitatione, ea ab Angelo non melius fieri, quam presentatione sua persona, sive legati. Verisimile est enim, Angelos intra certum spatium loci, cui praesentes aut propinqui sunt, peculialem habere mentis attentionem & applicacionem ad ea; que intra illud spatium peraguntur.

Atque ex his facile colliguntur cetera, quae ad rationem & modum seu vim locutionis Angelica pertinet, quae breuiter recensere opera preuum est, ut vel ex his etiam tanto magis confirmetur tradita doctrina. Et quidem primo colligitur, cuius potentia actus sit locutio. Respondeatur enim ex dictis, esse formaliter actum intellectus, ut ex communi recte Vasquez disp. 211. cap. 8. nu. 44. & Albertinus eit. princip. 1. coroll. 10. numero 2, in quem sensum etiam Theophylactus in id 1. Cor. 13. si linguis, &c. ait: si quidem potentia quadam intelligendi, qua inuicem

diuina communicant sensa, Angelorum est lingua. Neque proinde id est contra S. Thomam, vel Caietanum, vt putauit Vasquez; cui satisfacit Albertinus ibidem. Ratio est; non solum quia ordinare elicitiue ad intellectum perrinet; sed etiam quia ipsa haec locutio fit per verba mentalia ad alium relata, vt diximus. Connotat tamen nihil minus locutio haec etiam actum voluntatis; quia ordinatio illa est libera, ac fit mediante voluntate, vt dixit S. Thomas loc. cit. In 10. Suarez cit. c. 27. n. 19. putat, non esse absurdum, locutionem Angelicam in voluntate ponere, si aliud nil obstareret: & infra c. 28. n. 31. ex sua sententia dicit, locutionem elicitiue esse interdum intellectum, interdum voluntatem, prout secerum per se manifestandum est vel actus intellectus, vel voluntatis; cum ab eo ipso actu species imprimatur, in qua impressione, secundum ipsum, consistit locutio.

26

Colligitur secundo, unum Angelum posse loqui alteri, non auditib⁹ alijs, si videlicet ad illum solum dirigatur conceptus & secretum cordis, vt cum S. Thoma q. 117. a. 5. & q. 9. de verit. a. 4. docent communiter omnes, conformiter & scriptura loc. cit. & ipsi ratione ac debita politia inter Angelos: et si iuxta sua principia, & eam quam de Angelorum locutione habet sententia, contrarium sentiat Vasquez disp. 213. c. 12. post Ariminensem, Gabrielem, Heruæum, superius relatios & refutatos.

Colligitur tertio, unum Angelum posse loqui alteri, in qua distans maxima etiam in infinitum, vt expresse etiam docet S. Thomas citat. quæst. 117. art. 4. & q. 9. de verit. art. 6. ad 4. vbi rationem addit, quia Angelus loquens nihil facit in audiente. Idem docent Thomistæ ibidem, Vasquez & Albertinus loc. cit. ex communi: et si iuxta sua principia contrarium dixerint Scotus, Ariminensis, Suarez Metaph. disp. 18. num. 44. vbi immediatam distantiam videtur requirere; quod tamen hic lib. 2. cap. 28. num. 13. retractat, licet adhuc de re ipsa dubius. Ratio est. Quia superpositis principiis intelligendi, cum debitis conditionibus, localis distans obiecti non impedit intellectionem.

27

Colligitur quarto, posse Angelum unum simuloqui pluribus, idq; sine termino: quia semper potest ad plures & plures alios referre suos conceptus, iuxta S. Thomam cit. a. 5. & communē; etiam si alij quidā hic rursum iuxta suam opinionem, de modo locutionis Angelicæ cogantur, propemodum in diuersam abire sententiam, in quibus Suarez hic cap. 28. num. 23.

28

Colligitur quinto, Angelum, et si facile posset, quin etiam regulariter soleat, non tamen absolute ac physice necessariō audire alterum sibi loquenterum; vt colligitur ex tercia assertione. Potest enim ille alibi mentem habere distractam. Idque pariter etiam fere dicendum foret, tametsi locutio fieret per impressionem speciei, vt contra Suarez & quosdam recentiores recte Vasquez disp. 211. num. 31. Quia etiam species per se Angelum non necessitat ad cognitionem obiecti, praesertim distinctam, vt alibi etiam agnoscat Suarez.

29

Colligitur sexto, ex mente & sententia sancti

Thomæ

Thomæ, quam secuti sumus, Angelos intelligere eiusmodi secreta sibi per locutionem patefacta, mediante aliqua specie intelligibili, ut præter autores quintæ & sextæ sententie, tradunt etiam plerique recentiores, qui nostram sententiam de locutione Angelica sequuntur, & expresse etiam docet S. Thomas infra citandus: quicquid Albertinus coroll. 11. num. 2. cum nonnullis assertat, non posse dari species eiusmodi occulorum. Hæc autem species ex dictis supra q. 3. dub. 2. non est diuersa ab ea, quâ ipsa Angeli loquentis substantia repræsentatur, ac proinde non est de nouo indita, sed ab initio congenita, vt cum sancto Thoma quæst. 55. articulo secundo recte Bannes citat. quæst. 107. artic. 4. Zumel ibidem quæst. 3. & Gregorius de Valentia loc. cit. quicquid incontratrum dixerint, Ferrariensis, Caetanus, Suarez, & alij quidam. Ea vero species, secretiam patefacta repræsentat, vel noua quadam modificatione in ipsa interueniente, vt Zumel existimat, vel quod verius existimo, sine villa ipsius mutatione, eo solum, quod impletur conditio, ad tales repræsentationem requista, vt recte Bannes, & indicat Valentia loco cit. Atque hæc ipsa videtur sententia sancti Thoma quæstione 9. de verit. articulo 4. ad 11. vbi ait, quod *Angelus per speciem innatam, per quam cognoscit alium Angelum, cognoscit etiam eius cogitationes, cum primum sibi resellantur ab alio.* Ipse vero Angelus loquens proprias eiusmodi affectiones cognoscit, seu per suam essentiam, seu potius per seipsum, vt dictum q. præced. dub. 3. & recte Albertinus coroll. 10. num. 11.

31 Colligitur septimo, eodem etiam modo Angelum loqui tum inferiorem Angelo superiori; vt habet communis apud S. Thomam quæst. 107. artic. 2. ex Dionysio cap. 7. cœlestis hier. vbi inferiores Angeli inducuntur superiores interrogasse. *Quis est iste Rex gloria? Tum Angelum etiam quemlibet ipfi Deo, iuxta illud Zacharia 1. v. 12. Respondit Angelus D E O, & dixit, Domine exercituum, *Vsquequo non misereberis Ierusalem?* & Iob. 2. à. v. 2. Respondens (Satan D E O) ait, *Circuui terram, &c.* nisi quod Angeli per relationem suorum conceptum ad Deum, nihil ipsi manifestum faciunt, sed solum suos conceptus illi ea ratione submittrunt, vt cum S. Thoma cit. quæstione 107. articulo 3. recte citati pro nostra sententia.*

Nobis vero Angelinon ita loquuntur. Quia cum nos in intelligendo dependeamus à corpore, non potest sola voluntas Angeli ordinantis ad nos suos conceptus, sufficere nobis ad ipsos intelligendos. Loquuntur ergo nobis vel in aspetto corpore, aut aliter mouendo sensus exteriore, vel interior excitando seu immutando phantasmatum, mediante commotione spirituum animalium, iuxta sanctum Thomam tota quæstione 111. & Vasquez disput. 218. de qua re plura quæst. 5. Animæ vero separatae eadem ratio viderur, quæ Angeli, vt ex communione disput. 216. num. 29. & Suarez cap. 28. a num. 63.

Colligitur ultimum, etiam nos ad modum supra explicatum loqui posse Angelis; ita ut naturaliter nostra cogitata modo superius explicato intelligent, vt etiam supponunt autores nostræ sententie; quicquid alij necesse habeant, aliter ratiocinari, rati Angelos in se, ac intuitu non posse cognoscere nostros conceptus; cum nullam ipsis speciem possimus imprimere; vt videre est apud Suarez hic cit. lib. 2. cap. 28. a num. 63.

D V B I V M IV.

De illuminatione Angelica: an, quare ratione, & de quibus rebus quicquid Angelorum alios illuminant.

S. Thom. 1. p. q. 106. aa. 4.

A ffinis est locutioni Angelicae illuminatio; quia vt S. Thomas dicit. q. 107. art. 2. *Omnis illuminatio est locutio in Angelis; sed non omnis locutio est illuminatio:* cuius proinde rationem & modum sequentibus assertionibus breuiter explicamus.

Assertio I. Inter Angelos vnu aliquis illuminat alterum. Ita cum S. Thoma cit. q. 106. art. 1. & in 2. dist. 9. art. 2. & dist. 11. q. 2. a. 2. & de verit. quæst. 9. art. 1. & in comment. in 1. Cor. 13. Theologi omnes, excepto Durando in 2. dist. 11. q. 3. num. 10. qui dum dicit, omnes Angelos propriæ solum illuminari à Deo; vnum autem ab alio non aliter illuminari, nisi quia vnu post alium, ordine quodam consequentia à Deo illuminatur, re ipsa illuminatione vnius Angeli per alium negat; qui etiam idcirco merito ab omnibus Theologis rejicitur.

Probatur assertio ex S. Dionysio qui id ipsum etiam exscriptura probat, cap. 7. cœl. hier. vbi ait: *Hoc enim Theologi plane tradant; inferiores cœlestium naturarum ordines à superioribus ritè diuinæ scientia discere; summos autem à Deo ipso pro suocapitu doceri mysteria. Quasdam enim earum inducunt ritè à prioribus hoc discere, Dominum esse virtutum cœlestium, regemque gloria eum, qui in cœlos ut hominem dedit, elatus est.*

Et cap. 8. *Media, inquit, cœlestium spirituum distinctio, quæ diuinæ has proprietates in se continet, purgatur quidem, & illustratur, atque perficitur, vt dictum est, à diuinis illustrationibus; quæ ei secundo loco dantur & inseruntur, per primam illam hierarchie distinctionem, ac per medianam illam secundo loco diffunduntur, &c.* Itaque ea quæ nobis de sacerdotali pontifici quo munere prodita sunt, primos spiritus, virtutes inferiorum perficientes, illustrantes, atque purgantes appellant, quod eorum procurazione, & ad principium quod præstat ceteris efferantur, & participes sunt pro captiuo diuinarum purgationum, illustrationumque, aperfectionum. *Hoc enim in uniuersum diuinæ prescriptio ne ac lege pro Dei dignitate sanctum est, ea quæ secunda sunt, primorum procurazione participare diuinis illustrationibus.*

Idque

Idque mox probat idem Dionysius particularibus quibusdam scripturæ exemplis. Id quod multis, inquit, locis à Theologo (seu scriptoribus sacris) enuntiatum , expositumque inuenies. Cum enim diuina paternaque humanitas (seu diuina benignitas) Israelicum populum conuersione ac penitentia eius studio, sanctaque salutis causâ eruditum, ac feris crudelibusque gentibus corrigitum tradidisset, cum omni providentia ad meliora renovatione, captiuitatique liberatione, benigne etiam ad pristina beneficia reuocauit. Videt Zacharias Theologorum unus (Zacharia cap. 1. & 2.) unum ex primis Angelis, ut mihi videtur, & qui DEVM circumplant, &c. alterum autem inferioris ordinis Angelum, qui prior obuam antecedebat, eo consilio ut illustrationem acciperet, fieretque particeps; deinde eundem cum ab eo diuinum consilium, ut à Principe didicisset, etiam Theologum ipsum ex impositione nunc docuisse, fore ut Hierusalem à magna hominum multitudine incoleretur.

Hoc etiam Ezechiel (cap. nono) Theologus alius à præclara diuinitate in Cherubim sedente sanctum esse dicit. Israelicum enim populum, ut diuum est, Paterna Humanitas castigatione ad meliora traducens, aquitare, quæ D E O digna est, ab insontibus innocentes secerendos distinguendoque censuit. Hoc primum secundum (sive post) Cherubim, dicit is, cuius renes sapphivo præcincti erant, quique talari ueste Hierarchie insigni amittuntur erat. Reliquos autem Angelos, qui securis tenebant, diuum ordinum Princeps, diuum de ea re iudicium tubet à priore discere. Nam hunc quidem iustitiam Hierusalem præterire, signum impriuovere in vivorum innocentium frontibus: alijs autem dixit, Transite per ciuitatem sequentes eum, & percute: non parcat oculus uester, neque misericordia. Ad omnem autem, super quem videritis signum, ne accedere.

Et cap. 5. de Eccles. Hier. de supremis Angelis loquens ait: Ha in subiectos sacros ordines benigne, atque pro captu cuiusque, datā sibi à perfecta, sapientiaeque effectrice diuinitate, diuinarum rerum scientiam cognitionemque diffundunt. Idem docent SS. Patres alij, speciatim Cyriillus Alexandrinus lib. 1. in Ioann. cap. 9. Augustinus in psal. 118. conc. 18.

Ratio est. Tum quia, ut sanctus Dionysius dixit, DEVS solet infima per media, & media per summa, regere & administrare: quo spectat etiam illuminatio creaturarum intelligentium. Tum quia, ut sanctus Thomas cit. art. 1. argumentatur: Lumen secundum quod ad intellectum pertinet, nihil est aliud, quam quedam manifestatio veritatis, secundum illud ad Ephesios 5. Omne quod manifestatur, lumen est. Unde illuminare nihil aliud est, quam manifestationem agnitæ veritatis alterius tradere; secundum quem modum Apostolus dicit ad Ephesios 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia, illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in D E O. Sic igitur unus Angelus dicitur illuminare alium, in quantum ei manifestat veritatem, quam ipse cognoscit. Ita sanctus Thomas; cuius ratio petitur ex ipsa notione nominis, supposita veritate facti, quod unus An-

gelus alteri veritatem manifestat; ut etiam inter homines accidere solet, &c.

Assertio I I. Hæc autem illuminatio, quæ unus Angelus alterum illuminat, recipia est etiam purgatio, & perfectio quedam intellectus eius qui illuminatur; quæ proinde tria recipianam & eandem actionem significant. Ita sanctus Thomas citat. quæstione 106. articulo 2. ad 1. & sumitur ex S. Dionysio citat. cap. 8. coel. hierarch. vbi docet, unum Angelum ab alio non solum illuminari, sed etiam purgari, & perfici, ut vidimus. Id quod ita optime declarat sanctus Thomas ibidem: secundum modum, inquit, illuminationis est accipienda & purgatio, & perfectio. Et quia Deus illuminat, immutando intellectum & voluntatem, purget à defectibus intellectus & voluntatis, & perfici in finem intellectus & voluntatis. Angeli autem illuminatio referunt ad intellectum, ut dictum est; ideo etiam purgatio Angeli intelligitur à defectu intellectus, qui est neficitia; perfectio autem est consummatio in finem intellectus, qui est veritas cognita;

Sensus est, purgationem Angelus ab Angelo factam nihil aliud esse, quam depulsionem ignorantiae, nec perfectionem aliud, quam perductionem intellectus ad proprium suum finem, qui est cognitionis veritatis; ex quo sequitur, ea recipia non differre ab illuminatione, sed esse unam & eandem actionem sub triplici respectu, ut ibidem amplius declarat sanctus Thomas: Et hoc est, quod dicit Dionysius 6. cap. coel. Hierarch. quod in ecclesiis hierarchia purgatio est in substantijs & essentijs, tanquam ignororum illuminatio in perfectionem scientie inducens. Sicut si dicamus usum corporalem purgari, in quantum remouentur tenebrae; illuminari vero, in quantum perfunditur lumine; perfici vero secundum quod perducitur ad cognitionem coloratum. Eandem assertione tradunt Caecilius & Thomista ibidem, Gregorius de Valentia infra; & Suarez hic libro 6. cap. 11. num. 9. ex communis. An vero ad hanc purgationem pertinet, illud Job. 41. v. 16. Timebunt Angelii, & territi purgabuntur, videri possunt interpres scripture, & Vasquez disp. 216. n. 28. vbi id recte negat.

Assertio III. Illuminatio Angelus in hoc formaliter & essentialiter consistit, quod Angelus ille, qui alterum illuminat, interueniente locutione Angelica, dub. præced. explicata, veritatem aliquam, per modum quasi Magistri docentis alterius Angelus, accommodare ad eius modum intelligendi, proponit, distinguendo & propounding rem manifestandam etiam sub pluribus conceptibus, quatenus id modus intelligendi eius Angelus, qui illuminandus est, requirit. Ita docent Alensis i. p. q. 38. mem. 3. Bonaventura in 2. d. 10. a. 2. q. 2. Egidius d. 9. q. 1. a. 5. Argentino q. 1. a. 3. Marthilius in 2. q. 7. a. 4. Gaietàtanus, Molina, & recentiores Thomistæ cit. q. 106. a. 1. Gregorius de Valentia disp. 8. quæst. 4. pun. 1. Vasquez disp. 216. cap. 5.

Probatur & declaratur assertio. In quo enim consistat hæc illuminatio, non minus variâ est Doctorum sententia; quæ de locutione Angelica dictu dub. præced. Vniuersim autem sententia omnes

ad duas possunt reuocari. Prima ait, ab Angelo illuminante, aliquid effectue imprimi illuminatio; videlicet aut ipsam notitiam rei ab illuminante concepta, ut docent Scotus in 2. distinct. 2. q. 2. & Bassolis q. 1. a. 2. vel notitiam conceptus eius qui illuminat, ut dicunt Gabriel in 2. d. 9. q. 2. a. 4. Ockam in 2. q. 20. a. 2. aut lumen supernaturale, ut nonnulli aiunt, seu vt loquitur Richardus in 2. dist. 9. a. 2. quæst. 1. radium spirituale; aut intentionem luminis naturalis, ut inter alios modos tueretur Heruæus cit. dist. 9. quæst. 1. a. 1. aut virtutem quandam intentionalem, ut docet Capreolus in 2. dist. 11. q. 3. a. 3. aut denique speciem intelligibilem illius actus, quem Angelus illuminans manifestat, & per quem etiam ipse cognoscit rem, de qua alterum illuminare intendit, ut docet Suarez hic lib. 6. cap. 13. à num. 24.

¹¹ Cui sententia generatim accepta videtur etiam non parum fauere sanctus Thomas cit. q. 106. art. 1. vbi docet, illuminationem Angelicam in duobus positam esse; nimurum, & quod intellectus Angelii illuminandi ab illuminante fortificatur & corroboratur; & quod superior ille Angelus veritatem, quam ipse uno simplici & communi conceptu distincte cognoscit, in plures particulares rationes quasi dispersit, ut Angelus inferior, qui illuminandus est, capere possit. Vbi sub nomine fortificationis seu confortationis videtur S. Thomas constitueri aliquam actionem & efficientiam Physicam Angelii illuminantis in illuminatum. Quo quidem sensu etiam eam quoque doctrinam intellexerunt & refutarunt Agidius, Durandus, & Vasquez locis citatis, defenderunt autem & secuti sunt Heruæus, & Capreolus locis citatis, ut dictum.

¹² Verum altera &erior est sententia, Angelum illuminantem nihil physicè agere in eum, quem, illuminat, sed solum ad modum alicuius Magistri, extrinsecus ei proponere & manifestare veritatem, accommodate ad modum ipsius intelligendi, vtendo simul locutione, qua suos illi conceptus manifestat, ut in assertione dictum; cui fauens Augustinus in Psal. 118. conc. 18. & Cyrilus Alexandrinus lib. 1. in Ioann. cap. 9. vt persequuntur Vasquez cit. cap. 5. Rationes sumuntur ex dictis de locutione Angelorum dub. præced. speciationi quia Angelii nullam formam præter motum localem, possunt ad extra producere, præferunt in diffinis, aut per ipsum actum immanentem intellectus non naturaliter, sed quasi libere agentem, pro arbitrio Angelii. Item quia alias etiam in nos ita agere possent illuminando, &c.

¹³ Neque diuersum sentit S. Thomas loc. cit. vt recte Caecilius & Thomistæ recentiores ibidem, itemq. Gregorius de Valentia loc. cit. non solum quia S. Thomas ibidem ad 2. expresse ait, Angelum illuminantem non tradere alteri, quem illuminat, lumen natura, vel gratia, vel gloria; sed etiam quia quæstione 9. de verit. articulo 1. docet, corroborari intellectum Angelii illuminati, eò solum, quod insipit aliquid cognitum in Angelo superiori, ad alia cognoscenda; quo modo ait, etiam inter homines discipuli intellectum & lumen corroborari a Magistro.

Qui etiam cum infra q. 117. a. 1. assignat discrimen inter hominem docentem, & Angelum illuminantem, quod maxime virget Vasquez loco citat. non aliud dicit; quam quod illuminatio ab Angelo superiori sit per virtutem actiuam, superioris natura; cum inter homines omnis vis intelligendi, adeoque & docendi alterum, sit eiusdem speciei ac naturæ. Quocirca ex mente S. Thoma, confortari intellectum Angelii inferioris & ei accommodate ad ipsius intelligendi modum proponi rem manifestandam, non sunt duas actiones re diuersæ, sed una solum ratione distincta, quæ vtredit potenter Angelum ad intelligentium obiectū sua natura ac per se excedens ipsius vim intelligendi, dicitur confortari intellectus eiusdem, eofero modo, quo etiam purgari, illuminari, & perfici Angelum inferiorem a superiori non sunt nisi ratione distincta, ut supra ex eodem S. Thoma diximus.

Dices; quomodo potest Angelus accommodatae ad modum intelligendi inferioris veritatem proponere, cum unum tantum certum habeat in intelligendi modum. Respondeo id fieri, siue quia hic ipse modus intelligendi, licet secundum entitatem suam semper sit superior modo intelligendi inferioris, in viu tamén ipso (cum latitudinem habeat & quandam indifferitantem cognoscendi rem eandem vel cognitione adæquata sue speciei, vel inadequate) se accommodat ad modum intelligendi inferioris; siue quia eti si suo ipse modo intelligendi rem cognoscat, potest tamen quibusdam similitudinibus, aut exemplis, alijsue declarationibus vtendo docere, qua ratione inferior Angelus eam capere possit.

¹⁴ Assertio IV. Ad illuminationem non sufficit cuiusvis veritatis manifestatio, sed necesse est, ut ea veritatis cognitione perfectiore reddat intellectum audientis; siue interim sit quoad ipsam substantiam supernaturalis, siue non; & siue ab illuminante cognoscatur in Verbo formaliter, siue extra Verbum, per propriam & specialem Dñe relationem; siue denique concernat alias circumstantias ad fidei mysteria spectantes, siue sit de ceteris rebus, & præcipue futuris contingentibus, quæ pertinent ad diuinam prouidentiam & dispositionem mundi & præcipue ad salutem electorum. Ita docet S. Thomas q. 106. a. 4. qui etiam eodem sensu q. 109. artic. 3. docet. Illuminare non esse manifestare quamecumque veritatem, sed eam solum, quæ ordinat, aut ordinem habet ad Deum; nimurum esto alioqui sit ordinis naturalis, ut recte Vasquez disp. 206. cap. 5. qui ex communi sententia universum tradit, illuminationem esse explicationem veritatis, quæ perfectiore reddat intellectum audientis: quibus consentit etiam Suarez hic lib. 6. cap. 14. & 15. vbi de hoc re prolixius agit.

¹⁵ Ratio est. Tum quia alias qualibet locutio Angelica, etiam inter dæmones, esset illuminatio; quod est absurdum, & à S. Thoma cit. quæst. 106. artic. 3. & quæst. 107. articulo 2. & q. 109. artic. 3. ex instituto refellitur. Tum quia illuminatio, ex communione, dicit perfectionem quandam

quandam rei, adeoque etiam intellectus, qui illuminatur. Non spectat autem cuiuslibet veritatis cognitio ad perfectionem intellectus; sed vel universalis tantum & perpetua; vel eius, quæ & quatenus pendet à Deo tanquam prima veritatis & regula omnis veritatis.

¹⁶ Quod S. Thomas cit. quæst. 107. artic. 2. his verbis declarat: *Quia veritas est lumen intellectus, & regula omnis veritatis est ipso Deus, manifestatio eius quod mente concipitur, secundum quod dependet à prima veritate, & locutio est, & illuminatio. Puta si unus homodictat alij, Celum est à Deo creatum; vel, homo est animal. Sed manifestatio eorum que dependent ex voluntate intelligentiæ (ut sic) non potest dici illuminatio, sed locutio tantum. Puta si aliquis alteri dicat, volo hoc addiscere, volo hoc vel illud facere. Cuius ratio est, quia voluntas creata non est lux, nec regula veritatis, sed participans lucem. Vnde communicare ea, quae sunt à voluntate creata, in quantum huiusmodi, non est illuminare. Non enim pertinet ad perfectionem intellectus mei, quid tu velas, vel quid tu intelligas, cognoscere; sed solum quid res veritas habeat. Et rcp. ad 3. dicit: Omnis locutio Dei ad Angelos, est illuminatio. Quia cum voluntas DEI sit regula veritatis, etiam scire quid DEI velit, pertinet ad perfectionem illuminationis mentis creatae. Sed non est eadem ratio de voluntate Angelis, ut dictum est. Ex qua doctrina colliguntur Caietanus ibidem, ad illuminationem requiri, ut veritas proponatur per modum veritatis, hoc est, ut ipse ex S. Thomæ verbis explicat, prout consonat, aut dependet à Deo, velut summa regula veritatis.*

¹⁷ *Affterio V. Angelus illuminans non ostendit veritatem propositam in verbo formaliter, sed peculiari notitia, extra verbum, cognoscendam: licet hæc ipsa possit dici cognitio veritatis in verbo causaliter. Hanc assertione ex communione tradit Suarez cit. lib. 6. cap. 14. post Capreolum in 2. dist. 11. q. 2. art. 3. Heteruæm dist. 9. q. 1. a. 2. ad 3. & Aureolum in 2. dist. 9. q. 1. art. 3. licet Egidius in 2. d. 9. q. 1. a. 5. & Argentina art. 3. dicant, Angelum illuminantem ostendere veritatem in Verbo formaliter: quibus nonnulli fauent Scotus distinctione 9. quæstione 2. & Bassolis ibidem quæstione 1. cum interim est contra Vasquez disp. 117. cap. 2. dicat, nec illuminari quidem Angelos ab alijs Angelis, de veritatis quas in verbo vident causaliter; cum potius de his omnibus, quæ in verbo vident, seu formaliter, seu causaliter, illuminentur ab ipso DEO.*

¹⁸ Sed probatur assertio quoad priorem partem. Tum quia visio beatifica, adeoque cognitio in ipso verbo formaliter, est immutabilis; ac proinde non pertinet ad ea cognoscenda, quæ successivæ primum à beatis cognoscuntur, ut alibi sepius dictum. Tum quia visio beatifica multo sublimior est, quam ut ab alio Angelo respectu ullius obiecti causari & effici possit. Tum quia cognitio Angelii illuminanti aliquo modo respondere debet cognitioni Angelii illuminantis, per quam alterum illuminat: hæc autem non est visio ipsa beatifica, quia hanc alteri Angelo ostendere nequaquam potest, ut pluribus ibidem persequitur Suarez.

Posterior pars, quam præter citatos pro parte præcedenti, tradunt etiam Scotus, Bassolis locis citatis, & Caietanus i. parte, quæstione 57. articulo 5. contra Vasquezum loco citat ex eo probatur: *Quia omnis illa cognitio beati, recte dicatur cognitio in Verbo causaliter, quia fundatur in ipsa visione beatifica, eamque supponit, ac ex ea aliquo modo derivatur & proficitur, iuxta congruentiam ipsius status beati; siue immediate proficitur ab ipso Deo; siue per medium aliquod ab Angelo, alioque beato, ut habet communis modus loquendi Theologorum; talis autem est etiam cognitio per illuminationem Angelii accepta: Ergo quæ per eam cognoscuntur, recte dicuntur cognoscere in Verbo causaliter, tametsi simul etiam cognoscuntur per revelationem diuinam; quandoquidem Angelus illuminans ea proponit ut à Deo revelata, seu quodidem est, ut confona diuinæ veritati, eidemque innixa.*

¹⁹ *Vnde etiam assensus ille, quo Angelus illuminatus eidem veritati assentitur, est assensus cuiusdam fidei infallibilis, nixus ultimata evidencia DEI revelantis, ac proinde etiam ipse evidens in revelante, ut post Scotum & Bassolem locis citatis recte Suarez citat. cap. 14. numero 24. Nec hoc est contra perfectionem status beatifici, ut putauit Egidius loc. cit. cum ea sit ex suo genere perfectissima cognitio, proximum post vihōnem beatificam locum tenens. Ratio est. Quia Angelus illuminatus evidenter videt Angelum sibi loquentem, & de tali re testificantem, & illumine beatum, nec posse mentiri. Quare scit etiam eundem Angelum à quo illuminatur, accipisse veritatem propositam ab ipso Deo, vel immediate, si Angelus sit suprema hierarchie; vel saltem mediata, si sit alicuius ordinis intermedii ut bene Suarez ibidem.*

²⁰ *Dices: hac ratione effici, ut etiam dæmones possint illuminari, saltem ab Angelis bonis, cum eadem ratione de veritate aliquâ diuinâ sibi manifestata, elicere possint assensum evidenter in revelante. Respondeo eum sancto Thoma citat. quæst. 109. artic. 3. & artic. 4. ad 1. negando se quelam, proprio loquendo: non solum quia dæmones non recipiunt eam manifestationem per modum ordinantis ad DEVM; sed etiam quia veritatis illa qualis qualis cognitio non perficit dæmonem, sed potius punit, cruciat, & ratione malis vissu, deformat. Etsi fatendum, quod docet Gregorius de Valentia disp. 8. quæst. 4. pun. 3. hoc totum pendere ex vñ vocabuli illuminationis in proposito.*

²¹ *Affterio VI. Illuminare solum conuenit Angelis superioribus respectu inferiorum; non autem inferioribus erga superiores. Ita expresse sanctus Thomas citat quæstione 106. articulo 3. Caietanus, Molina, & Thomistæ omnes ibidem & Doctores communiter in 2. distinctione 9. speciatim Egidius quæst. 1. articulo 4. dub. 2. Richardus articulo 2. quæstione 2. & 3. Scotus quæst. 2. Bassolis quæstione 1. articulo 1. Gabriel quæst. 2. articulo 4. Marsilius quæstione 2. a. 4. Maior quæst. 2. Gregorius de Valentia disput. 8.*

quæst. 4. pun. 1. & tandem fere consentit S. Thos cit. lib. 6. cap. 15. à num. 30. quamvis antea diu multumque in contrarium disputasset. Probatur ex S. Dionysio cap. 5. de Eccles. hier. ex quo hæc verba refert sanctus Thomas loco citat. *Hæc est lex diuinitatis immobilitatem firmata, ut inferiora redi- cantur in D. E. M. per superiora, seu ut habet ver- sio Petronij, Mos quidem hic est diuinitatis sanctissi- mus, per prima, secunda & inferiora ad diuinitatem lucem suam deducere.* Idem exprefse docet Diony- sius cap. 8. cœl. hierarch. in verbis supra rela- tis.

Ratio est. Tum quia illuminare est quodam perficere & purgare, ut dictum; quod ab inferioribus Angelis erga superiores, in statu beatitudinis, (vbi omnia quam ordinatissima, nec villa ordinis perturbandi ratio esse potest, ut notauit sanctus Thomas citat. questione 106. articulo 3.) non conuenienter præstat. Tum quia circa res à D. E. O. reuelatas, seu vniuersim circa cognitionem, qua intellectus perficitur aut nihil sciunt Angelii inferiores, quod superiores nesciant, aut si in casu extraordinario securus fiat, id accipiunt inferiores quasi sub fe- creto, alijs proinde non reuelandum, nisi Deus ipse reuelet.

Denique credibile est, nihil inferioribus reue- lari, quod saltem non sit supremis Angelis cog- nitum: hi vero cum sint maxime boni & com- municatiuius hæc perfectionis, sicuti secreti lex non obstat, omnia manifestant inferioribus, quæcumque sciunt, ut ex Dionysio cap. 15. cœl. hierarch. afferit sanctus Thomas quæst. 106. art. 4. & sequuntur Thomistæ ibidem, & Gregorius de Valentia loc. cit. conuenienter etiam sancto Gregorio homil. 34. in Euang. vbi ait: *In cœlesti patria licet quadam data sint excellenter, nihil tamen poscidetur singulariter: Ergo nihil restat, quod superiores Angelii doceantur ab inferioribus.* Nihilominus tamen per absolutam Dei potentiam, nihil obstat, quo minus etiam superiores aliquando illuminentur ab inferioribus, ut cum Ga-

briele in 2. d. 9. q. 2. a. 4. recte Gregorius de Va- lentia loc. cit.

Affterio VII. Potest quidem Angelus etiam alterius Angelii mouere voluntarem, sed non per se immediate eam inclinando, sed solum ex parte obiecti; tum per modum obiecti atabilis; tum per modum præponentis tale obiectum, sive creatum sit, sive increatum: quamvis neutro modo per se sufficienter & infallibiliter voluntatem moueat. Ita S. Thomas citat. quæst. 106. a. 2. ex communis. Prima pars patet; quia Angelus supremus exemplo suo traxisse putatus alios ad peccatum, ut suo loco dicetur. Secunda pars probatur. Quia proprium est authoris naturæ, naturam per se immediate, absque alia causa sufficiente immutare. Tertia pars sequitur ex præcedenti; & quia etiam inter homines, ita unus alterius voluntatem potest mouere. Quarta & ultima probat. Quia inter bona extrinseca, solum summum & infinitum bonum clarè & quidditative cognitum (quod est D. E. S. virtus) necessario quoad exercitium, & infallibiliter mouet voluntatem: carera autem bona particularia non item. Ergo non potest ipse per se sufficienter & infallibiliter inclinare voluntatem. Ex quo sequitur, unum Angelum non necessario quoad exercitium diligere alterum Angelum; ut etiam superius dictum dub.

Dices; superiorem Angelum mouere posse infallibiliter inferiorum, per modum præcipiens. Respondeo, etiam si inter Angelos præcipiendi authoritas admittatur, ut ex sancto Thoma quæstione 108. articulo 4. & questione 109. articulo 2. docet Gregorius de Valentia disput. 8. questione 4 pun. 3. eam motionem tamen non esse infallibilem per se, & ex ipsa præcipiens motione; cum Angelus sua natura etiam Deo præcipienti potuerit repugnare; sed inter bellos tamen est infallibilis; ex vi divinae visionis ac motionis; qua Angelus beatus non potest voluntati Dei, per se, aut subordinatos Ministros præcipiat, obliquetari.

QVÆSTIO V.

De Angelorum potentia locomotiva, seu operativa transirent; siue de operationibus eorumdem ad extra.

S. Thomas 1. p. q. 51. 110. 111. 112. 113. & 114.

Absolutetur hoc questio sex dubitationibus. I. An, que, & qualis potentia locomotiva seu operativa ad extra sit in Angelo, an ab intellectu & voluntate distingua; an etiam actua in distans; & miraculorum operativa. II. Quæ res Angelii loco mouere possint, an non solum substantias corporeas, sed etiam incorporeas: & quo modo. III. Quid particulatum de translatione sagarum ad sua convenientia sentiendum. IV. An etiam sit in Angelo naturalis vis seu potentia productiva alicuius substantie, vel qualitatibus: & quid speciatim de sagarum conversione in varias formas animalium; tempestatumque nocturnum concitatione sentiendum. V. An & quæ ratione possint Angelii assumere corpora; & per ea actiones vitales exercere. VI. An & quæ ratione generali ordinem & statum huius mundi immutare, rerumque naturalium efficientiam suspen- dere, vel impedire possint. De Angelorum vero bonorum custodia, & malorum infestatione agetur quæst. sequente.

DVBIVM

DV BIVM I.

*An, qua, & qualis potentia loco
motuua, seu operativa ad extra,
sit in Angelo; an ab intellectu &
voluntate distincta; an etiam
actua in distans; & miraculo-
rum operativa.*

S. Thom. 1. p. q. 110. a. 1. 3. & 4.

Postquam de duabus Angelorum potentij operatiuis ad intra, de intellectu nimirum & voluntate actum est, sequitur ut de eorundem potentia operativa ad extra (qualis imprimis est vis naturalis, alia à se distincta loco mouendi) agamus; & quidem hoc ordine, vt primum rationem & vim huius potentia generatim & secundum se, hoc praesenti dubio; deinde in specie, aliquot dubijs subsequentibus, actus & obiecta eius particulatim explicemus; accommodando doctrinam, vt vtilior sit, sigillatim ad ea, quæ dæmones per sagas & maleficas agitare videntur. Ettametsi quidem sanctus Thomas hac de re non agat, in ipsa tractatione de Angelis; nihilominus tamen postea agens de gubernatione DEI, simul etiam aliquot questionibus exquirit, qua ratione diuina Providentia mundum gubernet per Angelos; quæ proinde ad hanc materiam pertinent. Speciatim verò quod ad præsens dubium attinet, spectat huc questio sancti Thomæ 110. vbi agit de naturali potentia Angelii, tam ad corpora transmutanda, quam ad mouendalocality. De qua re sequentes assertiones statuimus.

Affertio I. Est in Angelis potentia quadam naturalis operativa ad extra, qua saltem corporalocaliter mouere possunt. Ita sanctus Thomas citat. quest. 110. art. 3. & communis omnium Doctorum; post Aristotelem libro 12. Metaph. tex. 44. aliosque Philosophos, qui docent re ipsa celos moueri ab intelligentiis, sive substantiis spiritualibus.

Nec dissentit Guilielmus Parisiensis, licet à Delrio libro secundo Disquisit. Mag. in diuersum citatus. Etenim Tract. de vniuerso part. 2. secunda pars cap. 71. expresse ait: *Cum ex narrationibus historicis, atque Propheticis manifestum sit, huiusmodi substantias & ciuitates subuentisse, & alia non pauca similia fecisse, manifestum est, eas virtutem huiusmodi habuisse. Si vero quis dixerit, quia huiusmodi perfectio, non fuit innata, sive naturalis, sed potius de novo data, cum ad huiusmodi facienda creator illas misit; dico, quia & hoc vane dicitur: eodem quippe modo dicere posset, & de virtute intellectiva. Idem docet cap. 70. Nec obstat, quod vtroque loco docet, Angelos solum mouere corpora imperando; non enim negat mouere efficaciter per seiplos, ita vt vis effectu motus sit in Angelis; sed solum docet, eam vim effectuam aliam non esse, quam imperium.*

voluntatis, absque alia potentia exequente realiter distincta, de qua re inferius.

Probatur assertio passim ex scriptura, præsertim ex Danielis cap. 14. v. 35. vbi de Prophetæ Habacuc in Iudea constituto dicitur: *Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capiti sui, postuque eum in Babylone supra lacum in impetu spiritus sui. Et mox v. 38. Porro Angelus Domini restituit Habacuc confessum in loco suo. Et Matth. 4. v. 5. de Christo dicitur: *Tunc affumperit cum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi &c. Et v. 8. iterum affumperit cum diabolus in montem excelsum valde, &c. Ex quibus locis certissimum est, vim motuam ad extra naturaliter conuenire Angelis, tum bonis, tum malis.**

Neque enim dici potest, vim hanc mouendi solum miraculose fuisse communicatam his Angelis, tum ob dictam causam, ex Parisiensi, tum quia DEVS ea ratione conuenientius per se ipsum mouisset absque Angelo; tum quia illud, *In impetu spiritus sui*, manifeste vim naturalem significat. Deniq; cum diabolus peruersa voluntate Christum detulerit, non est dicendum, voluisse Deum per miraculum ipsi eam vim communicare, cooperando quasi speciali influxu ad malum.

Idem patet pluribus alijs exemplis eorum Angelorum, qui ad homines formavisi bili missi sunt; vt in Angelis, qui apparuerunt Abraham Genet. 18. & Lotu Gene. 19. item in Raphaële, qui comitatus est Tobiam cap. 5. & Gabriele qui ad Virginem missus Luc. 1. & Angelis qui ministrarent Christo, Matth. 4. Idem docent SS. Patres, imprimis Augustinus lib. 3. de Trinit. cap. 8. & 9.

Ratio S. Thomæ est. Quia vt dicit Dionysius cap. 7. diuin. nom. *Divina sapientia coniungit fines primorum principijs secundorum. Ex quo patet, quod natura inferior (vti est corporea) in sua supremo attingitur in natura superiori, nimirum spirituali: incorporibus autem motus localis ex suo genere est supremus & perfectissimus omnium: Ergo necesse est, vt Angeli, saltem motum localem in corporibus efficerent possint. Minor probatur, tum ex Aristotele 8. Physic. tex. 57. Tum quia motus localis inter omnes minimè corruptius est, nec mutatione corruptiu quicquā in mobili intrinsecū ponit, aut destruit: His accedit, quod Angelii naturaliter seipso; & animæ corpus sibi vnitum, eoque mediante corpora cetera possunt mouere: quid n̄ ergo etiam Angelii, cum sint substantiae viventes & spirituales multo perfectiores, quam animæ, corpora mouere possint?*

Assertio II. Potentia hæc loco motuua, seu operativa ad extra, non est re ipsa distincta à potentia naturali Angelii, qua seipsum mouet. Hanc assertiōē supponunt doctores citandi pro, & contra assertiōē sequentem, & expresse tradit. Suarez hic libro 3. cap. 29. numero 4. Ratio est. Tum quia idem est vtrōque terminus formalis; nempe vbi locale. Tum quia etiam in anima, eadem est potentia locomotiva, qua suum corpus, & alia extra se constituta mouet. Tum quia Angelus, non mo-

uet alia à se diuersa, sicut ad locum plane diuersum, nisi vel scipsum simul mouendo, vel imprimendo impetum, ab eadem naturali potentia motiva profectum: sicut etiam homo pariter eadem potentia loco motiuum deferendo, tum imprimendo impetum alia extra se posita mouet; quando nimis pilam vel manu gestans circumfert, vel impresso impetu proicit.

9. **Assertio III.** Potentia hæc locomotiva, à substantia Angeli non minus re differt, quam intellectus & voluntas: à quibus tamen ipsi etiam re differre probabilius videretur. Prior pars est communis Doctorum, nec est vla specialis de hac re controversia. Probatio sumitur à paritate rationis, præsertim quia maior ratio est, eur potentia ad operationes transeuntes re distinguatur à substantia agentis naturalis, quam ad operationes immanentes.

10. Secunda pars assertoris est controversia inter Doctores: Eam enim quidem tradunt ac tenuerunt Henricus quodlib. 13. quæst. 6. Aureolus in 2. distinct. 8. quæst. vn. art. 3. Godfredus (apud Capreolum infra) quodlib. 1. quæst. 4. Mayron in 1. distinct. 43. quæst. 5. Caietanus q. 54. artic. 5. Suarez Metaph. disp. 35. sect. 2. num. 21. & hic lib. 4. cap. 29. à num. 4. Conimbricensis lib. 2. de ccel. cap. 5. quæst. 6. & fauet sanctus Thomas tum ijs locis, quibus indicat potentiam executiua in Deo ratione distinguui ab intellectu & voluntate eiusdem, vt dictum supra disp. 2. quæst. 11. dub. 2. tum alijs locis, quibus sentit, actus immanentes non esse operatiuos ad extra, vt quodlib. 9. art. 10. ad 2. & q. 6. de potent. art. 7. ad 12.

11. Contrarium vero docent Guilielmus Parisiensis loc. cit. assert. 1. Heruæus in 2. distinct. 14. quæst. 1. artic. 4. Durandus in 2. dist. 2. quæst. 5. Argentina distinct. 8. quæst. 1. artic. 1. Bassolis distinct. 14. quæst. 1. Capreolus in 2. distinct. 7. quæst. 2. Soncinnas 12. Metaph. quæst. 35. Vasquez disp. 288. numero 10. Deltrius lib. 2. Disquisit Mag. quæst. 16. & magis inclinat Molina. quæst. 54. artic. 5. & sentit ipsem S. Thomas quæst. 16. de malo artic. 1. ad 14. & quodlib. 2. art. 2. & opusc. 11. art. 3. & 13. vbi docet, Angelum mouere corpus solo imperio voluntatis, & fauet idem hic q. 54. art. 5. & quæst. 79. artic. 1. ad 3. vbi docet, ex viribus animæ non posse Angelis competere, nisi intellectum, & voluntatem. Omitto alias in utramque partem citatos supra disp. 2. q. 11. dub. 2. circa eam quæstiōnem, An potentia executiua in Deo ratione distinguatur, ab intellectu & voluntate.

12. Probatur tamen nostra sententia I. Quia potentiae naturales distinguuntur penes operationes & obiecta: atqui actus & obiecta potentia huius locomotivæ, plane diuersa sunt, ab obiecto & actibus intellectus & voluntatis: Ergo, &c. Nec obstat, quod actus illidicuntur subordinati; ut actus imperans & imperatus; nam etiam imbrutis sunt hac ratione subordinati; in quibus tamen utique potentia locomotiva distinguuntur ab appetitu. In homine etiam sensus exterior subordinatur interior; & uterque intellectui: &

tamen inter se differunt. II. Actus immanens non est per se operatiuus ad extra, vt docet Aristoteles 9. Metaph. cap. 9. & 1. Eth. c. 7. & consentit S. Thomas locus supra citatis: Ergo motus localis ad extra non proficitur per se & immediate ab actu intellectu & voluntate; cum haec potentia nihil agunt nisi intelligendo, aut volendo. III. In anima nostra, etiam separata, datur potentia motiva qua saltem seipsum moueat, distincta re ipsa ab intellectu & voluntate, ex communi: quid niger ergo etiam in Angelis? IV. Potest in Angelo non minus, quam in homine, voluntas efficax motus post horam efficiendi, esse; ita ut motus non continuo subsequatur voluntatem efficiendem motus: Ergo ab hac immediate non prouenit.

Omitto quod opposita sententia explicare vix potest, quanam sit ratio & subordinationem intellectum & voluntatem ad motum efficiendum: nec sanctus Thomas eodem modo de hac re loquitur, vt videre est apud Suarez citat. cap. 29. Omitto etiam, quod supra citata disput. 2. quæst. 11. dub. 2. docuimus, has potentias in Deo ratione distinguuntur, in creaturis distinguuntur, re ipsa; cum ab hac distinctione reali sumatur distinctionis rationis inter attributa diuina, vt suo loco dictum.

Rationes vero in oppositum sati, ibidem dis. soluimus: vbi etiam de sensu ac mente S. Thomæ non nihil actum. Sane quod loco supra citato docet in Angelis solum esse potentiam intellectus & voluntatis, commode cum Caietano de potentis operatiuis ad intra intelligi & explicari potest. Sed quia ad distinctionem rationis inter potentiam executiua Dei, eiusque intellectum & voluntatem, sufficit distinctio realis earundem potentiarum in homine, etiam in Angelo non esset, ideo nihil opus est de mente S. Thomæ, quod ad Angelos attinet, fuisse disputare: quando nihilominus iuxta eundem in Deo ratione distinguui debent, vt ibidem ostendimus.

13. **Assertio I V.** Angelus non potest agere in distans, adeoque nec immediate mouere corpus, nisi cui secundum substantialiam suam praesens est. Ita habet communis Doctorum sententia, & speciam tradit sanctus Thomas hic quæst. 52. artic. 1. & quodlib. 6. articulo 2. ad 1. & quodlib. 9. à 10. ad 2. Caietanus & omnes Thomistæ cit. a. 1. caterique Scholastici communiter in 1. distinctione 37. & in 2. dist. 2. & 3. in quibus etiam Scotus in 2. distinctione 2. q. 5. & 6. nec dissentit Durandus in 1. distinctione 37. part. 2. quæst. 1. & in 2. dist. 8. quæst. 3. & sequuntur Vasquez disp. 189. cap. 3. Conimbricensis 7. Phyc. cap. 2. q. 1. Suarez Metaph. disput. 18. sect. 8. & hic lib. 4. cap. 30. num. 5. & 6. vbi tamen non satis constanter loquitur, maxime propter eam, quam de locutione Angeli amplexus est sententiam quæst. præced. dub. 3. relatam & refutatam.

14. Quanquam non, desunt plures, tam veteres, quam recentiores Theologi, qui docent, Angelum posse immediate operari, vbi non est praesens

præsens secundum suam substantiam, adeoque indistans. Ita Hærueus trach. de motu Angeli q. 1. ad 3. & in 1. d. 37. q. 1. Ockam ibidem, Gabriel ibidem a. 3. dub. 1. qui ita fere etiam de agentibus corporis sentiunt. Et fauent Magister in 2. distinct. 8. cap. vlt. & Scotus in 1. distinct. 37. quæst. 1. & sequuntur non pauci recentiores teste Vasquez lococitat. cap. 1. Speciatim Albertinus tom. 1. Princip. 1. coroll. 16. num. 10. post Aucennam & Aphrodisiem.

Sed probatur assertio primum auctoritate. Ita enim generatim de naturalibus agentibus docet Aristoteles 7. Physic. cap. 2. & Speciatim de Intelligentia cœlum mouente lib. 2. de cœlo cap. 2. Idem docet Damascenus lib. 1. de fid. cap. 17. vbi de Angelo ait: *Nec alibi est; verum intellectualem in medium illic circumscribitur, ubi operatur.*

Secundo probatur ratione. I. Quia alias nulla ratio esset, cur non posset operari Angelus in quoque loco remotissimo: Si enim distantia passi actioni agentis nil obest, nec opus est per medium transmittere actionem, aut vim actuam; nihil obstat etiam, quantumvis magna distantia eiusdem agentis actioni: hoc vero nec aduersari facile concesserint II. Quia sic etiam Angelus assumere posset corpus; etiam ei præsens non esset; id vero non satis consonum est, cum apparitionibus Angelorum in assumpto corpore, tum communi sensu Ecclesiæ, quoad energumenos seu obsessos à diabolo, aduersus quem preces Ecclesiæ & exorcismi velut presentem adhibentur. III. Quia vniuersali inductione, & experimento satis constat, res ceteras naturales & corporeas non posse operari in distans, sine actione, aut via directa transiusta per medium; quicquid authores opposita sententia in contrarium dixerint: nec apta ratio assignari potest diuersitatis in Angelis. IV. Quia ex opposita sententia non esset causa, cur Angeli substantia liter mitterentur de cœlo in terras, siue ad custodiam hominum, siue ad punitionem, siue ad alia peragenda aut denuntianda. V. Opposita sententia ianuam aperit superstitionibus, & superstitionis medijs ad varij generis effectus procurandos; V. G. perunctionem vulneratiam, & similia.

Nec obstat, quod Angeli voluntate agunt etiam in exteriora: voluntas autem ad suam actionem non requirit præsentiam obiecti. Primo enim ex nostra sententia Angeli immediate ad extra non agunt voluntate, sed potentia executiva realiter distincta, ut dictum. Deinde etiam si voluntate immediate agerent ad extra, nihilominus tamen argumentum ab obiecto ad effectum nullius esset momenti: quia cum obiectum tantum moueat voluntatem in quantum cognitum est, nihil obstat eius localis & realis distantia volitioni; at vero in subiectum passum ipsumque effectum debet agens naturale realiter influere; cum quo proinde debet realiter coniunctum esse, siue per se, siue per virtutem aut actionem a se transmissam: quod proinde etiam de voluntate & intellectu dicendum, si imme-

diat ad extra operarentur. Quod nota uite iam S. Thomas quodlib. 9. art. 10. ad 2. vbi ait, quod licet Angelus moueat per imperium, nihilominus imperium hic non dicitur sine virtute activa, quam oportet aliquo modo contingere corpus motum.

Affirmo V. Angelis virtute naturali non possunt facere vera miracula. Ita S. Thomas q. 110. a. 4. & q. 114. a. 4. & 3. cont. gent. cap. 102. & 103. Caietanus, Ferrarensis, commentatores ibidem, Alensis 2. part. q. 42. & 43. Bonaventura, & alij Scholastici communiter in 2. distinct. 7. quos sequitur Gregorius de Valentia disputat. 8. quæst. 5. pun. 2. & Suarez hic lib. 4. cap. 39. Ratio S. Thoma, eaque optima est. Quia de ratione veri miraculi, & quod simpliciter tale sit, est, ut sit præter ordinem totius naturæ creatae in Angelus autem virtute propria & naturali non potest facere aliqd præter totum ordinem naturæ creatae; hoc ipso quod propria etiam eius virtus creata est: Ergo, &c. Minor patet. Maior probatur. Quia ad miraculum non sufficit, ut aliquid fiat, præter ordinem naturæ alicuius particularis; sic enim ille, qui proiecit lapidem sursum, miraculum faceret; cum hoc sit præter ordinem naturæ lapidis.

Idem confirmatur ex ipsa notione nominis miraculi, iuxta S. Thomam quæst. 105. artic. 7. Miraculum enim dicitur, quasi admiratione plenum: quod per se & absolute non conuenit, nisi illi, quod haber causam simpliciter, & omnibus occultam, vt est DEVS. Cætera vero, que habent causam naturalem, licet nobis incognitam, non sunt per se occulta, vel admiratione plena: sed solum per accidens, ratione ignorantia nostra, cum aliqui causa naturaliter sit cognoscibilis; qua cognita, cessat admiratio.

Ex quibus colligitur, solum Deum virtute propria & naturali facere posse vera miracula; siue actiones ipsa tales sint, que secundum se etiam & ex suo genere, à nulla re creata naturaliter fieri possint, ut est resuscitatio mortui; siue ex parte modi ita sicut, ut eo modo naturaliter à nullo agente creato fieri possint; ut est sanatio subita ægri, siue applicatione cause secunda, etiam morbus ille ex suo genere non fuerit incurabilis, &c. Atque hanc doctrinam tradunt etiam scriptura & SS. Patres. Psal. 71. verl. 18. *Benedictus Dominus DEVS Israel, qui facit mirabilia solis.* Psal. 76. v. 15. *Quis Deus magnus, sicut Deus noster? Tu es DEVS, qui facis mirabilia.* Psal. 135. v. 4. *Qui facit mirabilia magna solis.* De qua te plura, Basilius Theodoreus, Chrysostomus, Augustinus in eadem psalmorum loca, & rursum Augustinus epist. 3. ad Volusianum. Interim non negandum, fieri posse quedam ab Angelis mirabilia, quorum causa & ratio cum nobis occulta sit, dici possunt, miracula quoad nos, & secundum quid, ut notauit idem S. Thomas cit. q. 110. a.

4. ad 2.

DVBIVM II.

*Quas res Angeli loco mouere, aut
sistere possint; an non solum cor-
poreas, sed etiam alias spirituales
substantias; & quo modo; an
etiam impresso impetu; & vir-
tute illimitata ad mouendum.*

S. Thomas I. p. q. 109. a. 4. & 110. a. 3.

Duo hac dubitatione queruntur. Primum spectat subiectum mobile; cum enim ex duobus praecedenti constet, corpora ab Angelo moueri posse, nunc quæstio est, tum de Angelis, tum de animabus; an scilicet Angeli animas, & unus Angelus alium Angelum loco mouere naturaliter possit; aut etiam in loco sistere seu detinere. Alterum pertinet ad modum mouendi; siue iste spectetur ex parte medijs, an scilicet fieri possit etiam impresso impetu seu impulsu, quo mediante Angelus moueat: siue spectetur ex parte subiecti, & virtutis motus naturalis: vbi quæstio est, an hæc sit determinata, tam in ordine, ad magnitudinem subiecti mobilis; quam velocitatem motus.

Affterio I. Angeli propria sua & naturali potentia, non solum corporeas substantias, sed etiam animas hominum; adeoque unusquis eorum, etiam Angelum alium loco mouere, in eoque sistere potest. Hac assertio quoad animas est communis sententia, & traditio Patrum, ac Theologorum, qui docent, animas damnandas, cum primum separantur à corpore, à dæmonibus violenter raptari ad tartara. De Angelis vero inter se comparatis res non est tam certa, nec ab antiquis Theologis admodum disputata; eam tamen tradunt Maior in 2. dist. 2. q. 7. Molina q. 52. a. 3. Suarez Metaph. disp. 35. sect. 6. n. 28. & hic lib. 4. cap. 28. Zumel hic q. 53. art. 3. q. 5. & Pefantius a. 1. disp. 2. eti Vasquez disp. 194. cap. 3. contrarium sentiat, afferens, *friuolum esse, quod quidam communiscuntur, Angelos aliquos tantum esse virtus, ut aliquo impulsu quasi impresso alteri Angelo, ipsum moveant ad alium locum, vel alii loco alligent, cum hoc sit proprium corporum.*

Sed abstrahendo nunc à modo, eum motum efficiendi, an scilicet fieri impresso impulsu, an non, probatur assertio I. Quia demones naturali virtute raptant & mouent animas damnatas ad infernum, vt dictum: nec enim ylla est ratio, cur hoc ab eis fieri dicatur virtute supernaturali; Ergo etiam Angeli possunt alios Angelos ita mouere: quandoquidem pars est ratio utroque; tam ex parte mobilis, cum utrumque sit spirituale; quam ex parte mouentis, saltem si Angelus alium Angelum mouens ponatur esse superior respectu huius, adeoque maioris virtutis naturalis. **II.** Angelus sua natura est loco mobilis ab extrinseco, nimisrum à Deo; nec iste effectus, cum sit finitæ perfectionis,

per se requirit infinitam virtutem; alias enim nec seipsum Angelus naturaliter mouere posset. Ergo non est ratio, cur negetur posse effici ab aliquo Angelo saltem superiore, eos qui mouendus est. **III.** Omnis substantia viuens, quæ seipsum potest loco mouere, potest etiam ab alia sui generis moueri, si modo fortiori habeat vim ad mouendum, quam altera ad resistendum: Vel quod idem est: Omnis substantia, quæ seipsum naturaliter loco mouere potest, potest etiam eadem vi naturaliter etiam similem sibi, adeoque capacem naturaliter motus localis, loco mouere; si modo alias virtute naturali huius resistentiam supererit; vt patet tum inductione; tum ratione; quia eadem est potentia ad se, & ad aliud sibi simile mouendum, ceteris paribus. **IV.** Non male argumentatur Maior loc. cit. Angelus potest mouere corpus secundum omnes: Ergo potest mouere Angelum inferioris, vel eiusdem speciei. Denique nulla est ratio in contrarium.

Affterio II. Angelus non potest naturaliter mouere alium Angelum inuitum, adeoque resistentem, se superiore, nec omnino æqualem; sed tantummodo inferiorem, siue secundum speciem, siue secundum rationem individuum. Hanc assertionem quoad superiorem Angelum secundum speciem, expresse tradunt Maior, Suarez, & alij citati; eademque est ratio superioris secundum rationem individuum, aut etiam plane æqualis; si quidem talis detur inter Angelos eiusdem speciei, naturalis virtutis excessus aut æqualitas. Ratio est. Quia à proportione inæqualitatis, aut etiam omnimodæ æqualitatis, tam ad agendum ex unius parte, quam ad resistendum ex parte alterius, non sequitur actio: sed bene ab excessu virtutis ad agendum respectu passi ad resistendum; quo autem Angelus naturaliter superior est, eo habet maiorem vim agendi & mouendi, quam inferior; ac proinde etiam habet maiorem vim ad mouendum, quam hic ad resistendum: Ergo potest hunc quamvis inuitum & repugnantem loco mouere. Etsi Zumel loco citato putet, nec inferiorem quidem Angelum posse inuitum loco moueri à superiori, sed absque fundamento, vt recte Suarez hic loco citato num. 9. & 10.

Affterio III. Potest tamen Angelus inferior naturaliter loco mouere etiam superiore; si hic non resistat. Ita Suarez cum alijs loc. cit. Ratio est. Quia cum alioquis superior Angelus sit natura sua mobilis loco; & resistentia illa arbitraria sit ipsi, sane hac sublata, nihil est, quod motu etiam ab inferiore adhibendum impediat. Nec enim, vt in corporibus accidit, resistentia illa in Angelis naturalis & necessaria est: alioquin etiam respectu motus intrinseci resistentiam haberent; sed arbitraria, vt dictum. Nisi quis dicat, proper naturalem improportionem, & defectu virtutis, ex parte Angelis mouentis, fieri non posse, vt Angelus inferior superiorem unquam mouere naturaliter possit: sicut corpus non potest mouere spiritum, &c. Quod non videtur omnino incredibile.

Affterio

6 A assertio IV. Diuina autem virtute fit, ut sicut Angelus malus, licet natura superior, nequeat mouere inferiorem bonum; ita possit inferior bonus superiorem malum mouere aut sistere loco, quantumvis renitentem. Ita iuxta Sanctum Thomam quest. 109. art. 4. Suarez, & recentiores citati pro assert. praecedent. Ratio est. Non solum quia plane indecens est, & inconveniens statui beatorum, ut vim ullam patiantur ab illo agente creato; nedum ab Angelis damnatis; sed etiam quia cuiusdam imperfectionis est, moueri solum ab extrinseco; quæ proinde imperfæctio à beatis Angelis absesse debet. Quia de causa existimat Suarez hic numero octavo, etiam inter beatos Angelos, nunquam moueri unum ab alio; non solum inuitum, sed nec etiam violentem. Præsertim quia Angelus beatus ad nutum alterius se mouet, quando alter impetrandi potest habet; quo sit, ut sola locutio, sine alia extrinseca actione, inter sanctos Angelos sufficiat.

7 Nec obstat, quod Christus homo beatus à dæmonibus translatus & loco motus est. Christus enim simul Viator erat, qui sicut alia huius vita mala, & defectus naturales, ut mors & tormenta, ab extrinseco inferri poterunt, ita etiam motus localis à dæmonibus, si quidem ipse illis nolle resistere.

8 E contrario autem, quia diuina lege & ordinatione dæmones nunc, in statu damnationis, Angelis beatis subiacent, eorumque potestate compescuntur & coercentur, ut docet Sanctus Thomas loc. citat. & ex scriptura constat, hinc sit, ut diuina virtute Angeli beati, licet natura inferiores, possint dæmones quamvis resistentes facile loco mouere aut continere; quia virtus gratia maior est, quam natura: sive quia dæmonum vis alioqui naturalia ad resistendum diuinum cohibetur, sive quia vis motiva Angeli beati diuino munere auctor est. Nec obstat, quod Angeli per peccatum naturalia non amiserunt; sed eadem etiam post peccatum integra conseruant. Hoc enim intelligendum est, de naturalibus viribus in actu primo spectatis; non autem de ipsius naturalium virium, ut etiam quest. præced. dictum.

Atque hæc de subiecto mobili, ad priorem huius dubitationis partem pertinent. Ad alteram vero partem, de modo mouendi, sequentes assertions spectant.

9 A assertio V. Cum Angelus alium Angelum seu spiritum loco mouet, non mouet impresso impletu; sed immediate per seipsum. Ita à posteriori Suarez citandus assert. 8. Ratio est. Quia hoc ex una parte non est necessarium, siquidem Angelus potest mobile, cui praesens est, per seipsum immediate mouere, ut dicetur. Ex altera vero dubium est, an Angelus impletu; seu virtutem motiuam immediate per seipsum mobilis imprimere possit; & probabile est, non posse, nisi per instrumentum corporeum, quod respectu spiritus locum non habet.

10 A assertio VI. Quando Angelus corpori saltem secundum aliquam eius partem praesens est & permanet, tum potest & solet Angelus pro suo libitu

id mouere immediate perse ipsum, sine illo impletu; ipsi impresso, adeoque etiam lapidem in aëre tū oblique ciere; tum sistete ubi voluerit. Ita sentio cum Suarez Metaph. d. 33. sec. 6. h. 25 & his li. 4. c. 31. contra Vasquez d. 182. d. 218. n. 9, ubi docet, non solum posse Angelum per se immediate imprimere impletu; corpori, eoq; mediante corpus etiam distans mouere; (quod docet etiā Molina q. 110. a. 3.) sed etiā necessaria esse eam impletus impressio nem, quoties corp⁹ ab Angelo in medio aëre quasi suspensum detinetur, vel per aërem secundum lineam transuersam mouetur.

11 Probatur assertio. Primo enim modus magis connaturalis est, absque impresso impletu mouere; non solum quia per se minor hic violentia interuenit, sed etiā quia natura odit superflua; & quod æquè facilē & commode potest fieri per patioria, non solet fieri per plura; potest autem Angel⁹ corpus sibi praesens sine impletu impresso mouere; quia nec vis activa, nec cōditio requisita ad hunc effectum deest. Deinde quod speciatim ad detentionem corporis in libero aëre attinet, nihil opus est impletu impresso. Quia sicut Angelus per seipsum mouere corp⁹ potest, adeoq; successivè & cōtinuo aliud & aliud ubi in eo produceret, ita potest etiā per se immediate idem ubi cōstanter in eodem cōseruare, quo factò nihil opus est alio impletu seu qualitate ab Angelo impressa: sicut id agens calidum ut quatuor, potest in aqua calore ut quatuor producere, & similiter etiā perpetuo influxu eūdem conservando, obſtare, ne eadem aqua ad suum statū naturalem frigiditatis se educat. Idem est, cū lapis ab Angelo in aëre per transuersam lineam mouetur, quia nec tunc opus est impresso impletu; sed satis est Angelo imediata sui applicatione, & permanente coniunctione cum eodem, eundem ita mouere; hæc ipsa enim efficacia Angelis per seipsum immediate mouentis, sufficit, tum ad lapidem mouendum, tum ad eūdem detinendum, ne descendat, ut bene Suarez cit. cap. 3. n. 7. & 8.

12 Ex quo colligitur, re ipsa etiam eodem ab Angelo moueri, absque impresso impletu, seu virtute motuua & impulsu in eodem producta: quia Angelus celo à se mouēdo substantialiter praesens est, ut cum Aristotele lib. 8. Physis. c. vlt. & 2. de celo c. 2. docent S. Thomas 1. p. q. 52. a. 2. Bonaventura, Scotus, & alij in 2. d. 2. qui dicunt, Angelum esse in aliqua determinata cœli parte, vnde motum inchoat; potest ergo Angelus cœlū per seipsum mouere, etiamsi ipse interim eum eo non circumvolvatur, sed immobilitas persistat: Ergo superuacuus est impletus impressus. Deinde omnis impletus mobili impressus, cum in progressu deficiat & debilitetur, hoc sua natura habet, ut initio celeri⁹, quam circa finem, aut medium, idem mobile moueat: motus autem cœli est æqualis & uniformis: Ergo impossibile est naturaliter, ut impresso impletu efficiatur. Quia tamen Angelus non potest totius cœli substantie immediata praesens esse (sic enim simul etiam facile in cœlo posset esse, & in terra) ideo fatendum est motum cœli ab una certa parte, cui praesens est Angelus, inchoati, & sic per totum corpus eiusdem cœli consequenter diffundi; ita ut non quidem tempore, sed natura prius

moueatur illa pars cui præsens est, hæc vero secum alias, ob mutuam solidamque connexionem, quæsi pertrahat, ut pluribus declarat Suarez cit. c. 3 l.

ASSERTIO VII. Potest tamen etiam Angelus mediante corpore, seu instrumento corporeo, alteri corpori, mobili, impetum seu vim motuam imprimere, & ita mediante impetu impresso mouere; idque re ipsa necessario fit, quando Angelus mouens, mobili, dum ita mouetur, præsens non est. Ita Suarez hic & Metaph. disp. loc. citat. & consentiunt à fortiori Vasquez & Molina mox citandi. **Ratio est.** Quia quicquid per seipsum immediate potest aliquid corpus mouere, eo ipso etiam potest id ipsum corpus violenter impellere in aliud corpus; vt ita huic impetus seu vis motuam imprimatur. Quibus consentiunt ea, quæ à spiritibus nocturnis non unquam factitari audimus, vt cum lapides, vasa, resq; alias in ædib; hinc inde proiecunt, & collidunt. Ex quo sequitur Angelos posse mouere corpora, non solù quasi portando, aut trahendo, sed etiam projiciendo, saltè mediante alio corpore, tāquam instrumento, vt dictum,

ASSERTIO VIII. An vero possit Angelus per seipsum immediate corpori imprimere impetu, seu qualitatē motuā, vel nō, incertū est, & utrumq; probabile. Probatur & declaratur. Affirmant enim sententiā tradūt Molina q. 110. a. 3. & Vasquez cit. d. 218. n. 9. & suaderi potest. Tū quia vtroq; modo posse mouere corpus, scilicet immediate per se, & mediate impetu seu impulsu, cuiusdā perfectionis est, quæ cū hominibus conueniat, non videtur deneganda Angelis, cū habeant virtutē motiuā multo præstantiorē, quā homines. Tū quia ciudē virtutis esse videtur, mouere aliquid violenter, & qualitatē motuam transeuntem ad hoc imprimere.

Negatiuam autem velut probabilem tuerit Suarez Metaph. d. 35. sec. 6. n. 24. & 25. tametsi hic cit. l. 4. c. 31. a. n. 9 rem in medio dubiā relinquit, ratus utramq; partē esse probabile. **Ratio est.** Tum quia ex communi Doctorū sententiā, Angelī nō possunt aliqd extra se efficere immediate, præter motu localem, non autem aliquā qualitatē, quæ est etiā impetus ille seu impulsus, qui nihil aliud est, omnī fententia, quā qualitas motiuā. Tum quia ex suo genere perfectior est modus ille mouendi per seipsum immediate, quam mediante impetu, non solum quia magis conaturalis est, vt dictū, sed etiā quia hac ratione motus ipse magis in potestate mouentis est, eiusq; arbitrio plenius subiacet. Cū ergo Angelus facile possit omnia mouere immediate per seipsum, vt ex dictis colligitur, non opus habet vi produciū impulsū: praterquā quod ipsum etiā impulsū, si coquandoq; opere est, efficere potest saltem mediante alio corpore, velut instrumēto, vt dictum: sicut etiā cæteras qualitates & formas, quas corpora per seipsum immediate producunt, Angelī non possunt producere, nisi mediantibus causis secundis vt dicetur. Ex quibus etiam patet responsio ad contraria fundamenta.

ASSERTIO IX. Vis motiuā Angelī determinata est, non solù quoad pondus mobilis, seu qualitatē corporis mouendi, si in motu resistentiā habeat: sed etiā quoad velocitatē motus, in quocunq; determinū mobili efficiendi: ita vt non possit Angelus na-

turaliter quocunq; velit corpus & quanta velit, celeritate loco mouere, sed vt determinata suiq; vi:ibus non imparem molē ea celeritate mouere possit, quæ naturali ipsius Angelī perfectioni respondet. Ita ex confundi & certa Vasquez d. 197. Suarez Metaph. d. 35. sec. 6. & hiel. 4. c. 32. & Delius l. 2. disquisit. Mag. q. 16. vbi etiam contrarium damnaſſe fertur articulus quidam Parisiensis.

Ratio est. Qui a virtus motiuā Angelī fuita est. Ergo determinata ad certā velut quāritatē obiecti, & velocitatē perfectionē. Dixi tamen, si mobile resistentiā habeat: hinc enim tantū, & nō ex ipsa precipite magnitudine mobilis petenda est limitatio & determinatio virtutis motiuā. Quod si corpus resistentiā ad motū non habeat, vt est cœlū, nil obstat, quo min⁹ aliud maius etiā in infinitum syncategoreticē ab Angelo moueri possit, vt recte Suarez hic lo. cit. & particulatum dicitur d. seq. q. 4. dub. 3. Sicut ob eandem causam diximus supra, posse Angelum non resistentem etiam superiorē a quolibet inferiori Angelo moueri.

E contrario, si mobile resistentiā habeat, vt habent omnia grauiā, imo etiā omnia sublunaria, sive ex se, sive ex parte medijs fieri poterit, vt mobile tāta sit resistentiā, quæ ab Angelo naturaliter superari nō possit, vt credibile est, re ipsa ob hanc quoque causam, etiā abstrahēdo à lege Dei hoc in pudente, totā terrā ab uno Angelo moueri nō posse. Ut vero nōnulli docuerunt, posse Angelū scipsum maiori & maiori celeritate in infinitū mouere, eo quod resistentiā nō habeat, ita existimat Suarez hic non improbabile, posse Angelū qualibet maiori celeritate in infinitū mouere cœlum, aliudque mobile, quod nullā resistentiā habeat, sed contrariū est verius, vt ipsius fateretur, & suo loco dictū supra q. 2. du. 8. De motu vero celorum per Angelos pluribus agetur d. 6. q. 4. dub. 3.

D V B I V M 'III.

Quid particularium de translatione sagarum ad earundem conuentus sententiarum: an vere, & quare ratione à diabolo transferantur.

Ad S. Thomæ p. 1. q. 110. art. 3.

Qvia generalis doctrina per se parum utilitas habet, nisi quoad opus est, etiam ad particularia, velut ad praxin possit applicari, opera preium est, illam multorum indicis ventilatam questionem, cum tradita hactenus doctrina coniunctam discutere, an nimis, & qua ratione sagae seu striges, utriusque sexus, à dæmons verē & corporaliter transferantur, ad nocturna illa, que omnium ore celebrantur, conuenticula, in quibus omnis generis nefaria criminis, nefandasque voluntates exerceant. Quæ quæstio tamē ad iudicia de sagis rite ferenda non parum habeat momenti, non tamen ad tribunalia iudicium, sed cathedras Theologorum ventilata pertinet, ut pote ex principijs Theologicis potissimum, non ex fori legibus decidenda.

Sunt autem hac de re vniuersim duas scriptorum sententiarum. Prima vniuersim negat, sagas sive

striges

striges verè & corporaliter ad eiusmodi conuenticula à dæmone transferri; ratiæ & træssationes solum esse phantasticas, & delusiones imaginarias, à dæmone huic hominum generi inmissas, ut somnijs delusi existimant; se vere corporaliter à dæmone transferri, cum re ipsa tamen domi inmobiles perseveruerent. Ita sentiunt nō solum Acatolici Scriptores communitatem Wierius, Codehnanus, Agrippa, & Sectariorum huius temporis Antesignani, Luthe-
rus & Melanchthon, quos refere Martinus Delrius lib. 2. Disquisit. Mag. q. 16. sed ex ijs etiam, qui Ca-
tholicum nomen profertur, non pauci Iurecon-
sulti seu physici apud eundem, tum Itali, in quib⁹ Poncinius, lib. sing. Porta, Alciatus; tum Galli,
speciatim Duarenus, Arodius, Michael Montan⁹;
& ex Hispanis, F. Samuel lib. sing. Author Forta-
litij, Martinus de Arles; denique ex Germanis,
Philippus Camerarius, Ulricus Molitor, Leonar-
dus Vairius, & alij.

Cuius quidem sententia fundamentum præci-
pum petitur ex Iuris Canonici decreto, Can. Episcopi 2. 6. q. 5. qui tribuitur ibidē Cœcilio Acqui-
rensi seu Ancyrano c. 1. Verba autem Canonis ita
habent: Episcopi, corumq; ministri, omnibus modis elabo-
rare studeant, ut perniciosem, & à Zabulo inuentam for-
tilegammagamicam artem, ex parochijs penitus eradicent; &
si aliquem virū aut mulierē huic semodi sceleris factōre
inuenientur, turpius debonatum, de parochijs suis ejici-
ant. Ait enim Apostolus (ad Tit. 3.) Hæreticum homi-
nem post primam & secundam correctionem deuita; sciens
quia subuersus est, qui huiusmodi est. Subversi sunt, & à
diabolo captivi tenentur, qui relatio Creatore suo, diaboli
suffragia, quarant: & ideo tali peccati mūdarī sancta
Ecclesia. Hæc prima pars Canonis est. Secunda altera.

Illud etiam non est omitendum, quod quādam scelerata
mulieres, retro post satanam consuera, dæmonum illusionib⁹
& phantasmatib⁹ seductæ, credunt & profertur,
se nocturnis horis, cum Diana Dea Paganorum, vel cum
Herodiade, & innumera multitudine mulierum, & equitare
super quādam bestiis, & multarum terrarum spatiis in-
tempora nocti, silenti pertransire, eiusq; insimul obedi-
re, velut domina; & certis noctibus ad eius seruitium
euocari. Sed utinam bala in sua perfidia pergyssent, &
non multis secum ad infidelitatem interitum perpraxisent.
Nam in numero multitudine, hac falsa opinione deceptæ, hac
vera esse credunt, & credendo a recta fide deviant, &
errore paganorum inuoluuntur, cum aliqd diuinitatis,
aut Numini, extra unum Deum arbitrantur. Hæc est
propositio de sagarum ei⁹ temporis criminis & in-
fideli persuasione, sequitur decretum & constitutio-
tio, cui simul adiungitur ratio & declaratio.

Quapropter Sacerdotes per Ecclesiæ fbi commissos, po-
pulo Dei omni infantia predicare debet, ut neuerint, hæc
omnino falsa esse, & non à diuino, sed à maligno spiritu talia
phantasma mentibus fidelijs irrogari. Siquidē ipse Sa-
tanæ, qua transfigurat se in Angelis lucis, cum mente cui-
uscumq; muliercola ceperit, & hanc per infidelitatem fbi
subiunguerit, illuc transformat se in diversis species per-
sonarū, atq; similitudines, & mentes, quā captiuā tenet, in
somnijs deludens, modo lata, modo tristia, modo cogitas,
modo incognitas personas ostendens, per deūia quaq; deducit:
& cum solua spiritu hoc patitur, infidelis mens hoc non in-
cūmo, sed in corpore evenire opinatur. Ad confirmationem autem rationis spectant sequentia.

Quis enim non in somnijs, & nocturni visionibus extra
se educitur, & multa videt dormendo, quæ nunquā vide-
rat vigilando? Quis vero tam stultus & hebes sit, qui haec
omnia que in solo spiritu sunt, etiā in corpore accidere arbit-
retur? cū Ezechiel Propheta (c. 1. 2. &c.) visiones Dñi
in spiritu, non corpore vidit, & Ioannes Apostolus Apocalyp-
sis Sacramentum, in spiritu, non in corpore vidit & audivit,
scit ipse dicit, statim inquit (Apocal. 1. v. 10.) fui in spi-
ritu. Et Paulus (2. Cor. 12.) non audet dicere, se rapta in
corpore. His denique subiungitur conclusio Cano-
nis, in qua definitio repetitur & extenditur.

Omnibus itaq; publice anūtriādū est, quod qui talia, &
haec similia credit, fidē perdit, & qui rectā fidem in Domino
non habet, hic nō est eius, sed illius in quæ credit, id est, dia-
boli. Nā de Dominō nostro scriptū est, (Ioan. 1. v. 3.) Omnia
per ipsum facta sunt. Quis quis ergo aliquid credit posse fieri,
aut aliquā creaturā in melius aut in deteriorius immu-
tari, aut transformari in alijs speciem, vel similitudinem,
nisi ab ipso Creatore qui omnia fecit, & per quem omnia
facta sunt, procul dubio infidelis est, & pagano deterior.
Ita Canon.

Ad quem, ut appareat, respiciens Burchardus li.
19. c. de arte magica, ita scribit: Credidisti, ut aliqua
fæmina sit, qua hoc facere posſit, quod quedam à diabolo
decep̄, & affirmans necessario & ex precepto facere, id
est, cum dæmonum turba, in similitudinem mulierum
transformata (quam vulgaris fūstitia Holdam vocat)
cerro noctibus equitare debere, super bestias, & in eodem
se consortio annumeratam esse, si particeps fuisti istius in-
credulitatis, annum unum per legitimas ferias pœnitere
debes. Ex quibus satis patet fundamentum primæ
huius sententiae.

Sed nihilominus vera & certa est contraria-
sententia, striges non raro etiam vere & corporaliter
ad sua illa conuenticula à dæmone trans-
ferri. Ita nunc habet communis Theologorum ac
Iurisperitorum inter Catholicos sententia: quam
ex Theologis tradunt Gulielmus Parisiensis part.
vlt. de vniuerso c. 2. Abulensis in c. 4. Matth. q.
47. Syluester V. Hæresis. n. 3. Caeteranus 2. 2. q.
95. a. 3. Alphonsus à Castro de hær. punit. c. 16.
Sixtus Senensis l. 5. Biblioth. annot. 73. Victoria
relect. de Mag. q. 7. Picus Mirandulanus l. 3. dia-
logo trix, Angles in 2. q. vn. de Mag. a. 4. Bins-
feldius conluf. 11. Delrius lib. 2. Disquisit. quæst.
16. & lib. 5. sect. 16. & apud eundem ex Canonis
Turrecremata, Remigius, Grillandus, Basilius,
Pegna, Arnoldus & Malleus Maleficarum;
quos sequitur Nauarrus Man. cap. 11. numero
38. Idem habet Inquisitorum fidei à summis Pon-
tificibus constitutorum, & omnium in Italia, Hi-
spania, Germania, Gallia, Ecclesiasticorum tri-
bunalium communis sensus & praxis, ut videre
est, tum ex gestis & fama publica, tum ex diuersis
Bullis Pontificum ad Inquisidores fidei cōscriptis,
speciatim Innocentij VI. Iulij III. Adriani VI. Cle-
mentis VII. relatis apud Binsfeldium edit vlt. &
Delrii lib. 5. sect. 16.

Idque probatur non solum constanti & con-
cordi confessione ipsorum vtriusque sexus vene-
ficatorum; sed etiam alijs varijs aliorum experimē-
tis, & oculari inspectione, quibus fides sine tem-
peritate denegari non potest, ut videre est apud
citatos. Quibus accedit Theologica ratio. Nam

vt dub. 1. & 2. probatū est, Angeli tam boni quam mali habent naturalem vim & potentiam corpora localiter mouendi, qua proinde etiam dæmones re ipsa facile vtuntur; sicubi & ipsi hoc suis rebus opportunum esse norint; & Deus, vt id faciant, permiserit: non est autem ratio, cur vniuer-
sim Deus id fieri prohibeat: cum & olim in rebus alijs, & in seipso fieri hoc permiserit; & potestam s̄pē non minorem permittat dæmonibus, ad alia mala hominibus inferenda, vt in Energumenis videre est.

10 Ceterum qua ratione hæc veritas cum citato Canone conciliari possit, non codem modo explicant authores. Nauarrus loc. cit. Man. cap. 11. num. 38. citatum Canonem ita explicare videtur, vt communiter quidem & regulariter locum habeat: nihilominus in aliquo raro casu etiam oppositum verum habere possit. Ita enim cum hunc Canonem citasset, scribit: *Peccat mortali-
ter qui credit, veneficos, aut veneficas, vel frigidas cor-
poraliter per aëra vebi, ad diversa loca, ut illi existi-
mant. Quamvis credere, quod aliquando, licet raro, da-
emon aliquas de loco in locum, Deum permittente, transpor-
tet, non est peccatum: & experientia iudicium comper-
tum est, in Germania, & traditur in malo malefica-
rum & probatur rationibus late deducit ibidem. Ita-
Nauarrus; in quem sensum etiam citatum Cano-
nem intellexisse videtur Caetanus loc. cit. quæ
pro se allegavit Nauarrus. Verum si Canonis
mensuit, penitus negare translationem, non
licet exceptionem ab eo facere.*

Alij vero putant, hunc Canonem non spectare ad nostri temporis striges; sed alias mulieres illas, que describuntur in eo Canone: quasi no- stræ quidem corporaliter transferantur; non tamen de illis hoc sentire fas sit, ita definitio Canone. Ita Alphonsus à Castro lib. 1. de punit. hæret. cap. 16. sed reuera parua est differentia inter vrasque mulieres; nec quoad translatio nem ratio illa diuersitatis, cùr illæ solum phan- fantice, hæ reuera transferri à dæmonе existimari possint, vt recte etiam Vasquez disput. 184. cap. 3. num. 16.

Alij vt breuius, & vndique ab hoc Cano-
ne se expediant, putant, hunc Canonem nullius
auctoritatis esse. Quod fuse persuadere conatur Delrius lib. 5. Disquisit. Mag. sect. 6. & 16.

11 Equidem de hac re sane graui & difficili ita iudico. Primum existimo, huic decreto Ecclesiastici Canonis autoritatem derogari non posse: quod his rationibus probatur. I. Quia Canon. hic corpori Iuris Canonici, & iam olim ab antiquo, & nouissime à Gregorio XIII. recognito & approbato, ita insertus est, vt nullo verbo aut signo, quod in alijs supposititijs fieri solet, ei Canonis Ecclesiastici autoritas abrogetur.

II. Quia à glossa, alijsque Canonistis & inter-
pretibus ibidem ita receptus est, vt nec vñus quod sciam Canonista eum repudier, quem ita etiam, vñ diximus, recipiunt Burchardus, Nauarrus lo-
cis citatis: nec Theologi hactenus eum repudiaron; sed defendit recens etiam Suarez tom. 1. de relig. lib. 2. de superst. cap. 16. n. 26. nec dubitan Vasquez disp. 184. cap. 3. & Valentia disp. 4.

q. 2. pun. 2. Durum est autem in materia proprie Canonica, & Canones concerne, à communi Canonistarum omnium cæterorumque Doctorum sententia recedere.

III. Idem Canon prima etiam origine sua maximæ & vetustissima auctoritatis esse comprobatur; cum sit vel ipsius Concilij Ancyran I. vt Gratianus, & communiter Canonistæ, & Doctores in decreto ibidem notarunt; non quidem vñ ex ordinarijs eius Concilij Canonibus, sed ex quadam appendice, seu generali decreto ab eodem Concilio edito, vt referunt Binus tom. 1. Conciliorum (vbi etiam Concilium illud Ancyranum refertur approbatum à Concilio Nicano) & Carranza in summa Conciliorum, sub finem Concilij Ancyran, vbi refert, id approbatum à synodo Trullana can. 2. vel certe fit Damasi Papæ, è quodam Concilio Romano, vt sentiunt Baronius Anno Christi 314. & Binus loc. citat. Quandoquidem prorsus similia leguntur in vita Damasi Papæ, quæ exstat Romæ, in percutufo de vitis Sanctorum Codice S. Marie Maioris; vbi postquam reliqua relata essent ex synodo Romana, in qua Damasius Macedonium & Apollinarem damnavit, adiungitur, anathematizatos in ea synodo esse, maleficijs, superstitionibus, & incantationibus seruientes: ac simul, ne quis alio hoc trahat, expressa fit mentio earum mulierum, quæ putabant, se nocturno silencio, cum Herodiade, & universa multitudine mulierum, super bestias equitare, & multa terrarum spatiis peragere, vt refert recens quædam annotatio Gregoria-
nae editionis Decreti. Et fieri etiam potest, vt Canon ille à Concilio Ancyrano dudum editus, denouo quasi renouatus, & ad praxim revocatus fuerit decreto Damasi, vt bene Suarez loco cit.

IV. Accedit, quod de mulieribus illis eadem habentur tom. 3. Augustini lib. de spiritu & lit. cap. 28. qui eti non sit Augustini, sed autho-
ris non paulo recentioris, est tamen liber doctus & p̄pis, vt censem Bellarminus lib. de scriptoribus Ecclesiasticis in Augustino: & multo verisimilius est, hunc auctōrem ex illo decreto partem descripsisse, quam contra.

V. Denique nullum est firmum argumentum, quo probetur, Canonem illū suppositum esse, imo nullum fere aliud, quam quod à materia in eo decisæ & assertæ inconuenientia nouiter à nonnullis desumptum est; quod argumentatio-
nis genus ad conuelendam antiquorum scriptorum, & antiquitus receptorum autoritatem, & per se odiosum, & s̄pē fallax, & hoc loco importunum infirmumque est; cum sine vñlo absurdio Canonis illius doctrina recte explicari & defendi possit, vt mox dicetur.

Neque admittere aut credere possumus, quod sine sufficienti probatione asserit, an suspicatur Delrius cit. lib. 5. sect. 6. quædam quæ scilicet minus probantur, à Burchardo, vel aliis inserta; cum ea dudum ante Burchardum, sive in decreto ipsius Concilij Ancyran, sive in vita Damasi legantur; vt taceam auctorem libri de spiritu & litera locis citatis. Ex quibus omnibus conclu-
dimus, hunc Canonem, secundum id, quod in eo
per-

per se & principaliter intentum ac definitum est, plane habere vim Ecclesiastica regulæ. Et hoc est primum pronuntiatum, quod de hac re statuum⁹.

¹² Secundo dico, priorem partem citati Canonis nihil habere difficultatis, sed plurimi utilitatis & solidæ prudentiae: vt magi scilicet & venefici deprehensi turpiter debonefici, ex Ecclesia seu fideliūm congregatione ejiciantur. Ex quo patet etiam crimen hoc iam olim à foro imprimis Ecclesiastico fuisse diiudicatum quod postea etiam Ecclesiæ praxis non immerito obseruauit. Cum enim ipsa per se Magia, Infidelitatis, Idololatriæ, & sacrilegij crimina, quæ in veneficiis precipua esse solent, plane ad forum Ecclesiasticum spectent, ac simili etiam circa consuetudinem nefariorum cum diabolo, aliorumque maleficiorum perpetratōrem, quam plures saepe difficultates scilicet ingerant, quæ non solum prudentem Iurisconsultum, sed & acutū quoque Philosophum, grauemque Theologum exercere ac dubium reddere possint, plane optandum videtur, vt præter humani iuris peritorum prudentissimos quosq; & piissimos Iudices, etiā Theologus grauis & eruditus, tam grauii aincipitiq; & periculoso Iudicio, quasi Inspector siue director adiungatur; eo saltē loco futurus, quo comode ab alijs consuli possit. De quo plura tomo 3. de processu aduersus sagas.

Tertio. Sed & quod ad posteriorē eiusdem Canonis partem attinet, in qua de mulierum translatione agitur, cum omnes quidem fateantur, saepe numero mulierculas illas præstigijs ac somnijs à diabolo immisis deludi, vt existimēt, se vere trāferri, cum reuera non transferuntur: illud mihi etiam simul persuadeo, nō malè, nec imprudenter scriptissime Caietanum, & Nauarrū locis citatis, qui censent, sapient quoad hoe deludi sagas, quā vere localiter transferri; quod etiam sentit Vasquez d. 184. c. 3. eti post laquerium, Sprengerum, Binsfeldum, contrarium sentiat Delrius l. 5. sect. 16.

Moucor his rationibus. I. Quia modus hic operandi, & per delusiones phantasticas decipiendi hominem, magis est familiaris & consentaneus dæmoni, qui mendacij Pater est, & ab imposturis diabolus dicitur. Patet hoc in alijs eiusdem operibus, quæ erga sagas exercet, vt cum pecunijs, epulisque falsis & præstigiosis saepissime sagas decipit & ludicrat. Et cum demon ex assensu & approbatione etiam phantasticorum criminum parent propemodum fructum, in animarum perditione, Deique offensa positum, habeat, parum ipsius intereat, virtutem, vt ita dicam, an fraude vincat, animasque irretiat.

II. Delusio eiusmodi phantastica, facilissima est diabolo, iuxta doctrinam generalem S. Thomæ 1. p. q. 111. a. 3. & q. 16. de malo a. 11. præsertim circa id genus mulierculas pathicas & plerumque, semifatuas, si non etiam, vt Caietanus loquitur, insensatas ac melancholicas regulas. E contrario realis illa & corporalis, translatio non leui etiam opere & labore constat diabolo: non solum quia iumenti quodammodo operâ præstare debet tā vilib⁹ propriis; sed etiā quia in corporibus phantasticis sōpingēdis, varioq; adornando apparatu epulartum, symphoniz &c; vario opus est labore & industria.

III. Cum sine diuina permissione nihil horum à diabolo fieri possit, iure creditur, facilius à Deo permitti, vt somnijs & imaginationibus deludat sua mancipia, quam externa & reali translatione toties oblectet.

IV. Cū plerisque ex strigibus sint matrimonio iunctæ, quæ in eodem cum viris thoro cohabitare solent, impossibile esset moraliter, si frequenter totis propemodum noctibus à viris abessent, quin earum absentia à viris notaretur: & tamen eum saepe decepi, viginti, triginta & amplius annis in eo statu veneficij viris cohabitarint, nunquam tam audimus, à viris aut earum præsentiam fuisse desideratam, aut absentiam nocturno & suspicio illo tempore animaduersam. Dicere autem, quod mariti vel ab ipsis vxoribus sagis, vel à dæmons, in illo tam profundo somno aut somnio, vel etiā substituto uxoris loeo, trabe aut phantastico corpore, & inter tot conatus nunquā fallente euentu, quasi pro arbitrio deludantur, videatur incredibile. Tum quia patribus familiis quamplures facile seu ordinariae seu extraordinariae solent occurrere causa rumpendi somnum. Tum quia incredibile est, Deum facile & adeo frequenter permettere, vt innocui mariti, præsertim etiam alieno corpore substituti, non sine peccati periculo, quasi pro arbitrio diaboli deludantur.

V. Multa etiam ex his sagis, tum conjugatae, tum soluta puella, de nocte, tum ferreis claris in senectas inductis, tum occlusis foribus cubiculis, & taliusque domus ita quasi obsepta sunt, vt nec aperte primum sit diabolo fores, quin aliquis subinde stupitus audiat, nec tamen nisi aperte ianuas educere possibile sit, vt inferius dicetur.

VI. Ipsam sagarum confessiones rem saepe dubiam admodum reddunt. Tum quia non consentiunt in denuntiatione frequentationis conuicticorum, quæ inter se complices ipsa celebrent, & adiuerint; tum quia per rimas, senestras, aut foramina tam angusta, saepe etiam in aliena forma felis, aut muris, aut auis, à diabolo abductas se fuisse confidentur, vt nulla ratio permittat credere, eiusmodi translationes fuisse veras, & non phantasticas. Præterquam quod aliqua frequenter, alia non nisi raro corporales fieri translationes, præsertim coniugatarum, asseruntur.

VII. Viri pii, docti, & prudentes, qui diu eiusmodi seminarum confessionibus audiendis operam dederunt, partim & quidem non raro dubij & perplexi redundunt, an reuera ijs, quæ in hoc genere sibi cōtingisse asserunt sagas, sit fides habēda; an potius delusæ somnia pro factis narrēt; partim etiā manifeste experiuntur, nō raro delusiones & somnia esse, quas ipsa corporales translationes esse firmissime sibi persuaserunt.

In quo genere Caietanus, qui tamen vt apparet, non diu admodum hanc materiam tractauit, duo exempla notatu digna refert cit. 2. z. q. 95. a. 3. cuius verba refere placet: *Contingit, inquirit, & secundum int̄iorēm sensum apparitiones dæmonem causare, vel in alienatione à sensibus, sine perniciem attentionem, accidit superbis contemplacionis;*

qui

qui à dæmoni illuduntur in varijs imaginibus; sive perunctionem corpoream, ut accidit his, qui ire se credunt, vespere quinta feria, ad ludos Diana; vel similia diabolica. Sunt enim hæc in imaginatione, ut experientiæ teste vijsum est à fide digna persona, qua mibi narravit, se vetus mulier, qua promiserat, se itaram in suam cameram, nocte illa inuenisse nudam, in propria camera infideliter constitutam. Unde & postea convertit eam ex tali confusione. *¶* In modo isto in audibon meliora ergo cito
Ego quoque ab una muliere amante quendam, scio, quod diabolus unxit eam nudam, fraudens illi, quod sic diceret eam ad dominum sui dilecti, & postmodum, postquam fuit extra se multo tempore, & crederet se cum dilecto suo fuisse, &c. inuenit se in suo loco, ita laetam, quod resurrectione indiguit. &c. Et nissteo declarasset, quod imaginatio fuit, & ex tali imaginatione ita lesa esset, nesciret forte usque hodie, quod illud non fuerit in veritate. Ita Caieranus; & similia referuntur etiam apud Abulensem in cap. 13. Gen. q. 3 54. Delrium & alios, & ab ipso etiam Augustino lib. 18. de ciuit. cap. 18. Est ergo probabile, sapius hac in re deludi sagas, quam vere transferri. Denique hoc saltem etiam probat authoritas citati Canonis; in quo idem et si non definitur tamen supponitur, vt dicemus.

14 Quarto nihilominus moraliter certum est, sagas quandoque ad eiusmodi conuenticula à diabolo vere tranferri; neque id de nostris strigibus, iam ab annis circiter centum quinquaginta publice cognitis (vt post Bernardum Commensem notauit Delrius cit. lib. 5. sect. 16.) vlo modo negari potest, vt superius probatum est. Neque deflunt viles regule, quibus eiusmodi phantasticæ translationes à veris discernantur, vt videre est apud Delrium ibidem. Sane quidem putandum minime est, striges à dæmonibus, è quibuslibet etiam occlusis locis ita transfrerri, vt muros ipsos, aliæ villa corpora penetrerent: sed fit ea ex locis oculis translatio, aut silenter celeriterque remotis, ac mox rursum repositis ianuarum repagulis, aut per caminum, seu fenestram, tali corpori saltē pessile capiendo sufficientem; nonunquam etiam forte tabula remota, ac denovo restituta; quod de muro fieri ita subito posse, non videtur. De qua revide Petrum Tyræum de locis infestis, & Delrium lib. 2. q. 16. & 17.

15 Quinto. Id vero quod de reali translatione sagarum diximus, cum definitione Canonis citati non pugnare, ita declaratur. Mens enim & intentio Canonis eo minime spectabat, vt definiret, an mulieres illæ recipia ad nocturna illa conuenticula à diabolo deferrerentur; sed an eo modo deferrentur, quo mulieres illæ deferti se iactabant, in ipsis Christianæ fidei perniciem & contumeliam. Nimirū palam affirmando, se veluti ad diuini cuiusdam numinis commercium ac societatem adscitas, nō à malo dæmons raptatas nec eo comite deductas, sed Diana Dea olim paganis celebrata sive Herodiade (ad Diuorum itidem felicitatem euecta) euocante ac honorifice ducente, bestijs quibusdam, ad hoc seruitum diuinitus destinatis, inequantes, multarum terrarum spatia peragrange, noctesque certas in eius, sive Dianæ, sive Herodiadis seruitio religiose consumere.

Id quod cum alij quam plures, inquit Canon, impie credant, paganorum errore impie inueluntur; aliquid diuinitatis, aut numinis extra unum Deum arbitrantur: cum tamen hæc profusa sint falsa; eaque phantasmata, non à diuino, sed à maligno spiritu profiscantur; qui in somnis varijs modis homines, præsertim mulierculas eiuscemodi, iam ante per infidelitatem sibi devinctas, solet deludere. Quo sit, vt cum solus spiritus eiuscmodi phantasmatum illusionem patiatur, mens iam illa infidelitate impie praoccupata, ea nō in animo, sed in corpore evenire opinetur.

Sed & aliorum etiam hominum nullus est, qui non plurimis visis & phantasmis in somno quandoque deludatur; neque ramen quisquā tam stultus est, qui hæc omnia (in somniis scilicet visa) qua in solo spiritu sunt, etiam in corpore accidere arbitretur. Neque vero vel ipsorum etiam Prophætæ & Apostolorū, speciatim Ezechielis, Ioannis, & Pauli diuinæ visiones & raptus in corpore, sed in mēte acciderunt: quanto ergo minus, mulierculas istas, vt eque diuini spiritus familiaritatē iactēt, ipso etiā corpore vere à diuino quoniā Numine, in alienas terras rapi credendū est.

Palam itaque omnibus denunciantur, eos quia talia, & his, quæ à mulierculis istis impie iactantur, similia credunt, fidē pdere, ac in diaboli potestate transire. Vnus est enim Deus, & Dominus, per quæ facta sunt omnia. Quisquis ergo credit, aliquid fieri posse, aut creatura vllā in aliam speciem, sive similitudinē posse transmutari, ab alio quoniā Numinе, præterquā ab ipso vnlīo Creatore cœli & terra, infelis; & quia à vera fide Apostata, pagano deterior est. Haec tenus Canonis sententia, quam ita etiam communiter tradunt Doctores, speciatim Turrecremata in illum textum art. 3. Abulensis in c. 13. Genes. q. 3 54. Sylvestris V. Hæresis 3. Suarez cit. tom. 1. de relig. lib. 2. de Superst. cap. 16. fin. & ferè Delrius lib. 5. sect. 16.

Atque hanc esse ipsissimam mentem, & quasi paraphrasin Canonis illi⁹, quoad posteriorē illa partem, ex ipsis verbis Canonis aperte intelliget, quisquis hanc interpretationem cū ipso Canone voluerit conferre: præsentim quando in eo tam aperte Diana, paganorum Deæ, fit mentio; simulque dicitur, muliercularū istarum, aliorūque similiūm persuasionem, fuisse ei perfida & infidelitate coniunctam, & errorem paganorum involuisse; cum aliquid diuinitatis aut Numinis, extra unum verum Deum arbitrarentur. Item cū in ipsa definitione Canonis assertur, talia phantasmata non à diuino, sed à maligno spiritu mentibus fideliū irrogari. Vbi vides, definitionem Canonis eo nō spectare, vt ea translatione quoad substatia habeatur phantastica; sed vt à diuino aliquo eiuscemodi spiritu, pfecta nō credatur.

Et mox quidem in modo diabolice deceptio nis explicando, ea ratio initur, qua ipsa etiā translatione phantastica esse significetur: porro si enim alias Canon dicere, transfreri quidem illas subinde, at non à diuino, sed à maligno spiritu, Diana aut Herodiadis speciem assumente: verum illud nec definitur; sed solum vt ratio & modus faciliter definitam explicandi additur; qui vt plurimum fortassis etiam in illis mulierculis à diabolo

diabolo fascinatis locum habebat; nec vspiam asseritur, translationem veram à diabolo nunquam fieri; sed non fieri ab aliquo Numine gentilitio, vt secum fieri mulierculæ illæ palam gloriabantur. Quæ proinde tametsi quoad ipsam substantiam criminis, ipsorumque etiam diabolicorum conuenticulorum impiam celebrationem, cum nostris strigibus planè conuenirent; tamen ea gloriatione & sacrilega iactatione alieni Numinis à nostris differabant: tametsi nostræ quoque striges cum vnius veri Dei fidem abiurent, & dæmonis cultui adverterationi se addicant, vtique alium quoque Deum, nempe diabolum ipsum, sibi prout nōmne constituent: sed quem tamen palam velut Deum profiteri & iactare non audent.

18 Quo fit, vt neque Burchardus, neque Nauarrus locis supra citatis, mentem Canonis satis assecuti fuerint; neque tamen ex eo quicquam argumenti desumit possit, ad probandum, striges nostri temporis à diabolo ad conuenticula illa magica, quantumvis dissita nō transferri.

D V B I V M IV.

An etiam sit in Angelo naturale vis seu potentia productiva alicuius substantia vel qualitatibus? Et quid speciatim de sagarum conversione in varias formas animalium, tempestatumq[ue] nocturnarum concitacione sentiendum.

S. Thomas 1. p. q. 110. 3. 1. & 2.

DE hæc re sequentes assertiones statuo. Assertion I. Non est in Angelis potentia, immaterialè aut per se productiva vñlii substantiaz; quare nec possunt ipsi vñliam formam substantialem per se ac propria virtute producere. Ita Sanctus Thomas cit. quæstionē 110. artic. 2. Bonaventura in 2. distinctionē 8. part. 1. artic. 2. quæst. 2. Albertus dist. 7. art. 8. Agidius quæst. 3. art. 1. Richardus artic. 4. quæst. 1. Durandus quæst. 4. Scotus. 8. quæst. vn. Argentina quæst. 1. art. 2. Bassolis quæst. vn. Ferrariensis 3. cont. gent. cap. 10. omnesque recentiores; quam idcirco etiam Vasquez disp. 218. cap. 1. vocat *concordem scholasticorum sententiam*; & Suarez hic libro 4. cap. 25. num. 4. ait, *eam sine magna temeritate non posse negari*: quicquid & Plato olim dixerit apud Augustinum libro 12. de ciuit. cap. 24. Angelos ex praiaente materia produxisse res corporeas: aliquæ nonnulli heretici apud Irenaeum, & Epiphanius contra hæret. damnati idcirco in Concilio Brachatensi I. can. 8. & 12. & forte etiam norati ab Apostolo Coloss. 2. versu 8. & 18. creationem etiam quarundam substantiarum Angelis tribuerint. Contra quem errorum differit S. Thomas 1. part. quæst. 44. art. 1. & quæst. 45. art. 1. & 5. & quæst. 61. art. 1. & quæst. 65. art. 1. & 3. & dictum nonnihil suprà quæst. 1. dub. 1.

Probatur assertio primum auctoritate. Ita enim videtur definitum in Concilio Brachatensi cit. can. 8. vbi dicitur, *Si quis credit, quod aliquantus naturalis diabolus in mundo fecerit: tonitrua & fulgura, & tempestates & siccitates, ipse diabolus auctoritate sua faciat*, sicut Priscillianus dixit, *anathema sit*. Et can. 12. speciatim de plasmatione hominis: *Si quis plasmationem humani corporis, diaboli dicere effigientum, & conceptiones in utero matris, operibus dicit de monum figurari, propter quod resurrectionem carnis non credit*, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, *anathema sit*. Quanquam cum hoc loco directe agatur contra Manichæos & Priscillianistas, qui hasce creaturas tanquam opera diaboli incusabant, mens fortassis non fuit, vniuersum negare, Angelos habere potestatem aliquā Deo primo auctori subordinatam per se prouducendi alias substantias. Huc spectat etiam Canon Episcopi 26. quæst. 5. ex Concilio Aneyrano citatus dub. præzed. quem ad hoc propositū etiam adducit Vasquez loc. cit. n. 5. Idem docent Ambrosius lib. 1. de fid. cont. Arian. cap. 8. & Augustinus lib. 12. de ciuit. cap. 24. & lib. 3. de Trinit. c. 7. & 8. Leo epist. 93. ad Turibium cap. 8. & fauet etiam Aristoteles 7. Metaph. cap. 6. à text. 22.

Secundò probatur ratione. I. Quia ad has formas producendas, sunt alia causa naturales per se constituta, & quidem non subordinate Angelis: Ergo neque necessaria est hæc vis agendi in Angelis, neque recte eis attribui potest: Tum quia vt natura in necessarijs non deficit, ita nec amat superflua, præfertim plures causas secundas & particulares, toto genere diversas, & inter se non dependentes, ad eosdem effectus per se producendos destinando. Tum quia cum Angelis sint superioris naturæ, quæ agentia corporea, sancè si ipsi per se haberebunt producendi substantias seu substanciales formas, pareret, vt agentia corporeæ illis subordinarentur.

II. Non est ratio, cur Angeli has potius formas substanciales, in se eminenter contineant, adeoque per se producere possint, quam alias, sive loquuntur de formis actu existentibus, sive de possibilibus; omnes autem in se continere eminenter, solius Dei proprium est.

III. Substantialæ naturales omnes, producunt substancialias medianibus accidentibus velut instrumentis naturalibus; ac sua natura necessarij actus & productivijs suorum effectuum; in Angelis autem nulla talis potentia est cogitabilis, præfertim quæ per se possit producere tam varijs effectus; cum in ijs non sit alia potentia ad extra-operativa, quæ potentiæ locomotiva, cui tam varijs diuersi, imo etiam contrarij effectus attribui non possunt; cum adæquatus eius actus sit motus localis.

IV. Acceditratio Sancti Thomæ citat. quæstione 110. articulo secundo. Quia vna substantia non potest producere aliam corpoream substantiam, nisi vel totam illam eminenter contineat, vt Deus, vel habeat similitudinem cum effectu, saltem in modo essendi, seu compositionis substancialis ex materia & forma; vt sunt substantiae corporeæ: quorum neutrum inuenitur in Angelis: Ergo, &c.

4 Assertio I. Angeli per se non possunt etiam producere ullam accidentem, seu qualitatem materialē corruptiā. Ita cum Sancto Thoma, Richardo, Bonaventura, Argentina, Durando, Ferrariensi, locis citatis, ex communi, Gregorius de Valentia disp. 8. quæst. 5. punct. 1. Molina quæst. 110. a. 2. Fonseca lib. 7. Metaph. c. 7. q. 7. sçt. 1. & 3. Valquez disp. 218. capite 3. Suarez. Metaph. disputatio 35. sçt. 6. & hic libro 4. capite 26. Probatur tum alia rationibus pro præcedenti assertione adductis: tum quia si Angeli possent per se & propria virtute hæc accidentia producere; possent etiam per hæc ipsa producere formas substantiales; cum hæc accidentia sint naturalia instrumenta, sive dispositiones, ad producendam formam substantialē, verbi gratia, calor cum siccitate ad producendum ignem.

5 Assertio II. Angeli etiam per se non possunt producere ullam qualitatem materialem intentionalem sensibilem, puta lumen, aut species sensibiles. Ita citati. Erratio sumitur tum ex assertione prima. Tum quia hæc qualitates, magis quam realies aliae, ex sua propria ratione, certam causam efficiētent depositantur. Tum quia absurdum est dicere, Angelum posse per se illuminare aërem, absque alio corpore luminoso; item posse producere species visibles, vel audibles, sine obiecto; aut sonum sine villa aëris percussione; hæc enim plane sunt incredibilia; & quæ si admittantur, facile aperire viam poterunt, vt Angelis etiam plures alia præternatūrales actiones tribuantur.

6 Assertio IV. Angeli etiam per se non possunt producere ad extra ullam qualitatem, seu accidentem, præter ubi, seu motum localem; eiusus imperium. Ita cum Sancto Thoma & communiori veterum ac recentiorum Gregorius de Valentia, Molina, Valquez locis citatis; et si contrarium sentiant primum Thomista quidam, qui dum docent, cum Sancto Thoma in 2. dist. 15. quæstione 1. art. 2. Angelos nonnunquam agere per corpora tanquam instrumenta, etiam eleuan illa ad agendum aliiquid ultra naturalem virtutem corporum, aiunt, hoc fieri per impressionem virtutis, quæ sit qualitas quædam intentionalis, vt docent Soncinnas 7. Metaphys. quæstione 25. & alij nonnulli Thomistæ. Alij docent, posse ab Angelo produci ad extra saltem qualitates quædam intentionales spirituales, vt lumen intelligibile, conceptus, species intelligibiles; vt retulimus usq[ue] quæstione 3. dubio 2. 5. & 6. & in ijs etiam Suarezum, tametsi hoc loco cit. capite 26. nullam eius rei mentionem faciat. Ratio est. Tum quia accidentia materialia non producuntur nisi à causis materialibus, ob dictam superiùs rationem: accidentia intentionalia non nisi ab obiectis, vel à causa eminenter continente ipsa obiecta, vt est Deus; vel etiam ab intellectu quidem, seu agente, seu possibili, sed actione solum immanente. Speciatim vero contra instrumentariam illam virtutem ratio est. Tum quia si Angeli producerent in corporibus eiusmodi qualitates instrumentarias ad operandum, ultra naturalem virtutem corporum, tum necesse foret, eos esse causas principales eiusmodi effectuum: quod ipsum authores isti negant. Tum quia nulla opus est virtute eiusmodi instrumenta-

ria; cum ad eiusmodi effectus mirabiles & extraordinarios producendos, Angeli tantum applicent actua passus, nec ad eos adeò aliud conferant, quam conditionem sine qua non; qua posita, agentia naturalia sua virtute eos effectus producunt, vt recte Molina loco citato, & dicetur assertione sequenti.

7 Assertio V. Possunt tamen Angeli, applicacione agentium naturalium, seu causarum secundarum, in rebus naturalibus efficere, quicquid per eisdem causas naturales effici potest: & tum ob celeritatem applicandi; tum ob soleritatem miris modis eas inter se contemporandi, admirabiles sape effectus producere, qui secundum ordinarium alioqui natura cursiva fieri non possent. Ita Sanctus Thomas quæst. 110. articulo 2. ad 2. & 3. & art. 4. ad 2. 3. & 4. & cum Magistro in 2. d. 7. omnes Doctores. Ratio est. Quia vt dictum dubio 2. & 3. Angeli possunt naturali virtute summa celeritate mouere corpora localiter, & quia cognitionem omnium rerum naturalium habent, ea singulari solertia & artificio inter se commiscet, vt mutuorum actione effectus ipsis agentibus & dispositioni materia proportionati admirabiles inde exoriantur. Qui tamen effectus nos ideo simpliciter sunt miraculosi, cum sane in virtute naturali causarum naturalium contineantur; sed solum secundum quid, & quoad nos, vt dictum dubio primo. De qua re eleganter & eruditè disputat Augustinus citato libro 3. de Trinitate capite 7. 8. 9. 10.

8 Assertio VI. Non igitur possunt dæmones, siue Angeli, hominem seu corpus humanum conuertere & transmutare in bestias, seu corpora bestiarum: ac proinde transmutationes illæ strigim in varias formas brutorum; puta luporum felium, bufonum, ranarum, avium, &c. non sunt vere conuersiones, sed apparentes tantum, & fictitiae. Ita Sanctus Thomas quæstione 114. articulo 4. ad 2. Caïtanus, & Thomista ibidem, Petrus Tyræus de spirituæ apparitionibus capite 14. Delius libro 2. quæstione 24. & communis Doctorum, quo sciatus pro assertione secunda.

9 Probatur primò ex Augustino libro decimo octauo de ciuitate, capite decimo septimo & decimo octauo, ubi hoc ex instituto docet et probat. Cum enim capite 17. obiectionem de Circè proposuerit hi Verbis: *Hoc Varro ut astruat, commemorat alia non magis incredibilia, de magis illis formisq[ue]a Circe, quæ socios quoque vlybis mutauit in bestias, & de Arcadiis, qui forte ducti transiabant quoddam signum, atque ibi conuertebantur in lupos, & cum similibus feris, per illius regionis deserta vinebant. Si vero carne non vescentur humana, rursus post novem annos, eodem renata flago, reformabantur in homines.*

10 Et capite decimo octauo addit sui temporis historias; *Nam & nos, inquit, cum essenu in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium, ubi stabularias mulieres, imbutas his malis artibus, in caseo dare solere dicebant, quibus vellet seu posset viatoriis, unde in iumenta illico vertentes, & necessaria queque portarent, postque perfuncta opera iterum ad se redirent; nec tamen in eis mentem fieri bestiam, sed rationalem humanamque seruari: sicue Apuleius*

Apuleius in libris, quos asini aurei titulus inscripsit, sibi ipsi accidisse, ut accepto veneno, humano animo permanente, asinus fieret, aut indicauit, aut finxit. Adhac responderi pse cit. cap. 18. *Hæc vel falsa sunt, vel tam inusitata, ut merito non credantur.* Et infra: *Nec sane demones naturas creant, si aliquid tale faciunt, de qualibus factis ista vertitur questio, sed specie terreni, que à vero Deo sunt creatae, committant, ut videantur esse, quod non sunt.* Et addit: *Non ita solum animalium, sed ne corporis quidem vlla ratione crediderim de monstra arte vel potestate in membra, vel lineamenta bestialia veraciter posse conuerti: &c.*

Secundo probatur ratione. Tum quia, ut dictum, Angeli non possunt per se, aut formas substantiales, aut vlla accidentia materialia & corruptiua producere, sine quibustamen ista conuersio heri non potest; nec omnino quicquam in hoc genere possunt efficere, nisi quod vi caularum naturalium, earumque applicatione effici potest: at vero ut cito ac subito, ac solo alicuius V. G. caeli aut venienti gusto, corpus humanum in bestiale vere & realiter transmutetur, nulla ratione fieri potest. Tum quia etiam per causas naturales, aut etiam immediate per ipsos Angelos, possit subito ita in aliam figuram & temperiem commutari humanum corpus, fieri tamen non posset, vt anima humana illud informaret; utpote quæ certam, & humani quidem corporis, non bestialis, figuram ac complexionem & dispositiones requirit; ideo enim eum ab his dispositionibus notabiliter dimouerit status humani corporis, mori hominem necesse est: postquam autem anima semel à corpore separata est, non potest denuo vlla virtute naturali ad corpus informandum reuocari; alioqui posset Angelus naturaliter mortuos ad vitam reuocare. &c.

Fieri igitur eiusmodi transmutationes videntur tantum, (præterquam quod nonnunquam mera figmenta sunt, vt de asino Apulei, & limibus non immitto censet Plinius lib. 8.) siue quia sola phantasia strigum dormientium, aut etiam quandoque vigilantium à dænone deluditur, ut existiment se esse, quod non sunt, vti etiam in Lycanthropie morbo accidere docet Pomponatius libr. 2. q. 28. siue quia dæmon effigiarum ex acre bruti corpus sagæ, aut sibiipsi, loco sagæ per phantasiam delusa, circundat; vulnera simu[m] vulnibus, in apparente bruti corpore, alicunde forte illatis, similia in corpore sagæ infligendo; siue quia aliquando etiam homini veras bruti exuvias circumponit; aut verum animal, loco soporativi spiam, ac somnio delusi benefici hominum substituit, agitaque, ut ferè etiam docet Augustinus cit. lib. 18. de ciuit. cap. 18. & pluribus per sequuntur citati, atque etiam Alesius 2. part. q. 43. mem. 3. a. 1. & Gabriel in 2. d. 8. quest. 1. art. 2. 3.

Nec obstat, quod vix or. Loth, eiusue corpus, in statuam salis conuersa est Genes. cap. 19. v. 26. quodque Nabuchodonosor ad vitam & victimum bestiarum redactus, Daniel. 4. vers. 30. Primo enim hæc non virtute Angelica, sed diuina facta sunt; neque impossibile est quicquam in hoc genere Deo, ut etiam notauit Augustinus cit. cap. 18. Deinde quod ad Nabuchodonosorem attinet, verius est eius corpus non fuisse transmutatum substantialiter in cor-

pus bestiale; sed potius in humano corpore ad victimam seu victimum bestiarum translatum, vt indicatur cit. loco Danielis, vbi dicitur: *Eadem hora sermo completus est super Nabochodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fenum ubi bos comedit, & rore cali corpus eius infectum est, donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescent, & unguis eius quasi unum: manente nimirus nihilominus figura & idiomate humani corporis.*

Asserit VII. Possunt quidem Angeli seu dæmones seu sponte sua, seu per sagas extero aliquo symbolo ac quasi tessera fidei datae, euocati, D[omi]no permittente, tempestates noxias cire; adeoque imbres, grandines, prærias, fulmina, typhones, procellasque excitare vel immittere; at non nisi applicatione & interuentu casarum secundarum, & naturalium; aut etiam per solum motum localis. Ita iuxta Sanctum Thomam citata quæstione 110. articulo quarto, ad 2. communis Doctorum apud Binsfeldium quæstione quarta, & in libro quarto Cod. de Malefic. & Mathem. & apud Delirium libro 2. quæstione 11. contra Senecam lib. 4. quæstionum natural. vbi negat hanc potestatem sagis ac dæmonibus. Sed res adeò certa est, tum ex confessionibus sagarum; tum alijs argumentis, vt si ne temeritate non possit negari.

Probatur primò ex Scriptura Iob. 1. versu 16. & 19. vbi narratur ex Satana procuratione ignem, fulmen de celo lapsum, taclas oues præroque consumplisse; & rufus ventum irruisse a regione deserti, & contusisse quatuor angulos domus, oppressis liberis ipsius Iobi. Item Apocal. 7. versu primo, referuntur quatuor Angeli planos super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terre, ne flent super terram. Et capite decimo quinto & decimo sexto, septem Angeli committuntur septem plagæ nouissimæ. Vbi speciatim capitulo 16. versu 17. dicitur: *Et septimus Angelus effudit phialam suam in aerem, & exiuit vox magna de templo à throno dicens, Factum est. Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitus, & terra motu factus est magnus, qualis nunquam fuit, &c.*

Deinde idem confirmat ratio. Quia Angeli per se quidem res aut qualitates corporeas non possunt producere, ex dictis assert. 2. & seq. attamen possunt causas secundas ad eas efficiendas applicare, ut dictum assertione quinta. Quod in praesenti materia facile ipsi esse, ita ostenditur. Etenim materiam quidem vaporum exhalationumque facile est ipsis, aut iam productam aliunde celestimo motu adducere, ut accedit Iob. 1. versu decimo nono; aut subinde, fauente præfertim calo, in cauernis terræ, montiumque recessibus, vbi etiam aquæ calidae, item nitri, sulphuris, & aluminis copia est, igne excitato, nouaque adeo agentium naturalium applicatione producere. Ex parte vero causa efficientis, aliud opus non est, quam vnde dæmon eiusmodi materiam ad eam aëris regionem, plerumque medium, euehat, in quantum causæ superiores, tum calor antifrigus circumflans, vim suam ad efficienda eiusmodi meteora ex subiecta materia requisitam, aptè exercere possint. Ad quam rem conferre potest tum certa figuratio & collocazione vaporum, exhalationumque, respectu-

radiorum solis; maiorque vel minor, in eadem media regione acris, eleuatio; tum obseruatio sydereum, & aspectuum, ad eiusmodi tempestates cieras idoneorum; quarum rerum dæmon est scientissimus. Nec impossibile videtur, ut serenissimo etiam cœlo tonitrua à dæmons excitentur, sola conuersione & commotione aeris, ab eodem profecta; sicut nec vt lapis, aut viscosa aliqua exhalatio in altum eleuata, accensa, non accensia; aut etiam particula quedam solius aeris violento motu, fulminis instar, ab eodem in terram eubretur; etiam nulla interueniente alia causa secunda motum ciente.

¹⁶ Nec obstat Concilii Bracharense Canon 8. superius assert. i. citatus. In eo enim solum negatur, diabolum eiusmodi tempestates excitare propria sua autoritate; hoc est per se & independenter à permissione diuina, sicut Priscillianus dixerat.

Dixi vero in assertione, dæmonem aliquando à sagis euocatum hoc facere; quia sagæ vtcunque ollam suam commisceant vel affundant, hoc non faciunt, nec quidem per modum applicantis actua passiui, sed vt Sanctus Thomas citat question. 110. articulo quarto ad secundum, ex Augustino lib. 8. 3. quest. 79. dicit, hæc magi per dæmons faciunt; seu per pactum initum cum dæmonie; quia iuxta patrum, externo illo symbolo euocatus, adeat, & postolatum effectum, mediatis causis secundis operatur, vt dictum.

D U B I U M V.

An es quare ratione possint Angeli assumere corpora; & per ea actiones vita exercere.

S. Thom. 1. p. q. 5. 1. 2. & 3.

Habet hæc res difficultatem non parvam, præferrim quando particulatim ad dæmones cum strigibus negotiantes applicatur. Difficulter enim explicari potest assumptio illa corporum tam frequens, tam subita, tam sensu solidam, vt non solum à sagis, velut genuina hominum aut bestiarum corpora, videri & tangi; sed & omnis libidinis cum iisdem exercenda instrumenta esse possint., vii. ex confessionibus sagarum est manifestum; similitratio est bonorum Angelorum, quando ab hominibus contrectari se permiserunt, vt in tribus Angelis, qui apparuerunt Abrahæ, in Angelo Tobiae, & similibus accidit. Quæ res proinde etiam valde dubium habuit Augustinum in Enchiridio cap. 59.

Ratio difficultatis est I. Quia hoc dæmones facere non possunt, nisi vel in septione agitationeque verorum animalium; quod tamen de hominibus aut humanis corporibus, nemo facile dixerit: de aliis bestiis vniuersim nec dixit haec tenus quisquam; nec est ratio afferendit vel per nouam productionem seu formationem phantasticorum corporum, mediante motu aut etiam actione naturalium agentium; vii quidem communiter fieri existimatur.

Cum autem actio hæc omnis fiat, interuenientibus qualitatibus primis, puta calore, frigore, humiditate, siccitate; contemporaneaque secundarum, in primis densitatis & raritatis; quarum actio aut mixtio omnis, quia inter contraria est, successiva est; quia fieri potest, vt momento quasi, omnibusque promiscue locis, hæc omnia à diabolo aut fiant, aut fieri videantur; corporis, inquam, humani figuratum cum ea tot organorum varietate, & distinctione, sine qua corpus humanum, tactus praesertim, & oculorum iudicio, nec videri quidem potest?

II. Aut si hæc omnia ita facile fieri possunt, cur magi Pharaonis non potuerunt suis incantationibus efficere scinches? Exod. 8. v. 18.

III. Cur nullum agens naturale fuit haec tenus visum, quod elementa res in alias in humanam speciem ita subito conformare posset?

IV. Qua ratione Christus à mortuis resurgens, adeo diserte vel ipso tactu verum corpus à phantastico discerni posse docuit? Videte, inquit, manus meas, & pedes; quia ego ipse sum; palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videntur habere. Luc. 24. v. 39.

V. Cur ipse etiam cibi assumptione, se verum esse hominem demonstravit? Ibidem v. 43. Hæc sunt, quæ difficultatem faciunt.

Assertio I. Certum dogma est, Angelos, seu bonus, seu malos, vere aliquando assumere corpora, praesertim humanæ figuræ; in quibus appareant. Ita docent omnes Scholastici, cum S. Thoma cit. q. 5. 1. 2. & cum Magistro in 2. dist. 8. excepto Vdalrico, qui putat eiusmodi apparitiones solam fieri per illusionem phantastice & sensuum; & citat pro eadem sententia Albertum Praeceptorem suum, apud Dionysium Carthusianum citat dist. 8. q. 1. cum tamen Albertus in 2. d. 8. artic. 2. & in opere de quatuor coœvis 1. p. quest. 9. artic. 10. & 11. & in sum. tractat. 9. question. 3. 3. expresse docuerit oppositum, vt etiam ex parte notauit ibidem Carthusianus.

Probatur assertio primo ex Scriptura, quæ sapientius eiusmodi corporum assumptionem ab Angelis factam tradit. Ita enim tres Angeli apparuerunt Abrahæ, in specie virili; quietiam comedisse ab eo vidi; ac postea Sodonom ingressi, vulturice flamme nefandum seclusi expiarunt. Genes. 18. vers. 9. & cap. 19. v. 13. Ita Gedeonem Angelus, in humana specie, ad bellum contra Madianitas animauit, & victorianam prædictit, Iud. 6. vers. 14. Ita rufus Angelus apparens Manue, eiusque Vxori, Samonis conceptionem, Philistæorumque intermissionem prænuntiavit, Iud. 13. vers. 3. & 12. Ita Angelus humana specie assumpta, Tobiam iuniorum, in Rages ciuitatem Medorum duxit, & reduxit, visus palam manducare & bibere, Tob. 5. vers. 25. & cap. 12. vers. 19. Ita Christo nato, Angeli exultantes Pastoribus apparuerunt Luc. 2. vers. 9. & 13. Angeli quoque Christi resurrectionem, in vestibus albis apparentes, mulieribus denuntiavunt, Matth. 28. v. 5. Marci 16. v. 5. Luc. 24. v. 4. Ioann. 20. vers. 2. Angeli item duo, virili forma, Christi ad celos ascensum, & furorum aduentum adiudicium

Aposto-

Apostolis denuntiarunt, Acto. 1. v. 10. Item Angelus Petrum ex Hierosolymitano carcere mirabiliter eduxit, Acto. 12. v. 7. 9. 10. Denique Christum malum Angelus humana vtiq; forma indutus, tentauit. Matth. 4. v. 3.

Huius autem generis apparitiones non contigilse per solam imaginationem, seu delusionem sensuum, sed verè ipsa etiam externa specie & forma, ex eo optimè probat Sanctus Thomas citata quæstione 51. articulo secundo, quia visa imaginaria, cum interius peragantur, non promiscue videntur ab omnibus, sed solum ab eo, qui talem habet imaginationem... Idem est, si quis ab Angelo sine obiecto sensibili, externos sensus ludificari posse existimet, sive per impressionem specierum, sine obiecto, sive per transmissionem specierum sensibilium, quæ sunt in phantasia, ad sensus exteriores, qui ab eiusmodi speciebus ita immutantur, ac si reuera à rebus externis ad eos deriuarentur, ut cum S. Thoma in 2. dist. 8. quæst. vn. art. 5. ad 4. fieri posse existimat Gregorius de Valentia disputatione 4. quæstione 2. punct. 2. Quia & tunc ludificatio hæc non fit generativæ ex parte principij alicuius communis, sed particularis, quæ proinde ludificatio, per se & ex suo genere non est, nec esse facile potest communis omnibus. De qua re plura Richardus in 2. dist. 8. art. 2. quæst. 3. & Angles in Floribus super 2. p. 1. quæst. vni. de dæmonibus.

Secundo probatur assertio ex Sanctis Patribus. Ita enim docet Tertullianus in libro de carne Christi, Athanasius serm. 4. contra Arian. Gregorius homil. 34. in Euang. Isidorus libro primo de sum. bono capite 12. Bernardus serm. 5. in Cant. Damascenus libro 2. fid. cap. 3. & 4. vbi cum addit. Φαντασία, non loquitur de interior sensu phantasia, sed de externa apparentia, ut idem sit, quod secundum apparentiam; ut cum Billio recte Valsquez disputatione 184. capite primo. Idem sæpe docet Augustinus præsertim libro tertio de Trinitate, capite 10 & 11. & libro 15. de ciuit. capite 23. vbi ait: Apparuisse hominibus Angelos in talibus corporibus, quæ non solum videri, verum etiam tangi possent, verissima scriptura testatur: idque adeò multorum experimentis confirmant, vi hoc, inquit, negare impudentia videatur. Nec obstat Epiphanius contrahæres. 26. vbi ait: Quomodo potest dæmon, qui spiritus est immundus & incorporeus, corpora assumere? Loquitur enim iuxta subiectam materiam, de corpore vitali, quo vere animistica operationes exercerentur, ut Gnostici fabulabantur.

Ratio sumenda est; tum ex rei possibilitate, de qua infra; tum ex fine... Quamuis enim, vt docet Sanctus Thomas quæstione quinquagesima prima, articulo secundo ad 2. Angeli non indigeant corpore propter seipso, tamen si boni sunt, vt vntur corpora assumpcio propter nos, vt familiariter cum hominibus conuerlando, demonstrent intelligibilem societatem, quam homines expectant, cum eis habendum in futura vita; vel vt sub similitudinibus rerum sensibilium, represententur hominibus intelligentibiles Angeli proprietates, vt dicit idem Sanctus Thomas ibidem ad 2. & articulo 3. ad 1. & 2. aut simili sunt, faciunt hoc, vt sensibili ac familiari representatione sui tanto magis decipient homines, de-

ceptosque in sua potestate retineant, ad exitium sempiternum perducendos.

Assertio II. Assumptio hæc corporum non fit per hypostaticam, aut villam substantialem uniuersum eorundem cum Angelis; aut per solum motum localem, seu coniunctionem nudam eorum in ratione mobilis; sed fit ea corporum assumptio, quatenus Angeli corpora sibi coniunguntur, tanquam motoribus representatis per corpus mobile assumpsum. Ita Sanctus Thomas citata quæstione quinquagesima prima, articulo 2. ad 2. vbi ait: Corpus assumptum unitur Angelo, non quidem ut forme, neque solum ut motori; sed sicut motori representato per corpus mobile assumpsum. Sicut enim à sacra scriptura proprietates rerum intelligibilium sub similitudinibus rerum sensibilium describuntur, ita corpora sensibilia diuina virtute sic formantur ab Angelis, ut congruant ad representandum Angelii intelligentiæ proprietates. Et hoc est; Angelum assumere corpus. Ita Sanctus Thomas, idemque docent omnes Scholastici ibidem vel in 2. distinet. 8. contra Tertullianum loco citato, vbi indicat, corpora hypostaticè assumi ab Angelis.

Ratio est. Tum quia unio substantialis corporis, velut materia cum forma, est impossibilis in Angelis, ut qui sunt formas & substantiae perfectæ & compleæ ex quæstione prima. Idem de hypostaticæ etiam unione verius esse suo loco docetur. 10 part. Tum quia finis & usus eiusmodi assumptionis, non postulat villam substantialem coniunctionem; cum præferti assumptiones illæ ordinariæ non nisi breui admodum tempore durent.

Nec tamen sufficit qualibet corporis coniunctio velut mobilis cum motore; sic enim non rectè dicerentur Angelii in assumptionis corporibus apparet: neque etiam Angelii dicuntur assumere caros, etiam si eos moueant; nec demones assumunt corpora strigum, dum eas transferunt; nec Energumenorum corpora, etiam si ea obsideant & moueant; nec si per magiam efficiant aliqua corpora, aut ea moueant, v. g. immittendo fulgura, concitando ventos, assumi corpora hæc dicuntur ab Angelis, etiam si ab his moueantur.

Necesse est ergo, vt corpus & cum Angelo coniungatur velut mobile cum motore; & vt ob peculiarem aliquam similitudinem per illud, & in eo ipso corpore Angelus representetur, tanquam praesens & inexistentis motor; ita ut coniunctum ex corpore & motore illo dici possit Angelus: sive ob similitudinariam uniuersam materia & forma, vt cum Aureolo in 2. dist. 8. art. 1. docet Suarez hic libro 4. cap. 36. sive quia Angelus ex corpore quasi vestitus ac personatus appetat. Quia de causa nubes aut ignis Iraëlitæ, motore Angelio, præcedens, non dicitur ab eo fuisse assumpsus; sed quidem serpens à dæmons in paradiso, &c. vti etiam hodie hircorum, aliorumque animalium corpora assumere dicitur, quando inter striges appetat; quantumvis hæc unio ad Angelum solammodo dicat respectum rationis, vt ex communī docet Suarez ibidem.

Assertio III. Verius est, ipsum etiam Deum, in vitroque testamento, non nisi ministerio Angelorum apparuisse, ita ut Angelii in assumptionis & à se formatis corrioribus Deum representarent. Ita

Gregorius de Valentia disputatione 4. quæstione 2. punct. 2. Vasquez disputatione 185. & est communior sententia Sanctorum Patrum., in quibus speciatim Dionysius capite quarto cœl. hierarch. Hieronymus in illud ad Galat. 3. Ordinata per Angelos, Cyrus libro octavo thesauri capite 2. Gregorius libro 28. Moral capite secundo, & existit in Augustinus libro tertio de Trinitate capite undecimo, & libro 4. capite vlt. & epist. 102. tametsi contrarium sentiant Eusebius libro 1. demonstr. Euang. capite 5. & libro 5. capite 10. & 11. Chrysostomus homil. 16. in Acta ad illa verba capite 7. Expletū annis quadragesima, & Theophylactus in eundem locum; rati, non omnes huiusmodi apparitiones factas fuisse ministerio Angelorum; quod speciatim etiam de columba, & alijs eiusmodi apparitionibus noui testamenti, docet Auctor operis imperfecti in cap. 3. Matthæi.

12 Probat assertio ex collatione Scripturarum, vt bene deducit Augustinus cit. 11, lib. 3. de Trinit. Nam Exodi 3. legimus, Deum apparuisse Moysi in rubo ignis, & Exod. 19. dedisse Moysi legem; & tamen eadem Scriptura docet, apparitiones has factas esse ministerio Angelorum, Gal. 3. v. 19. Lex per Angelos ordinata est in ministro mediatoris, & Heb. 2. v. 2. Si enim quiper Angelos dicitur est sermo, factus est firmus. Et Stephanus Actor. 7. v. 35. dicitur assertio, Angelum apparuisse Moysi in rubo. Et nihilominus tamen Deus ipse dicitur apparuisse; quia non in persona sua, sed in persona Dei, Angelus in corpore a se formato apparebat & loquebatur; quod in alijs Angelorum apparitionibus non siebat.

13 Ratio est. Quidam hoc ex una parte erat facile. Angelo; siquidem corpora illa non erant viua, sed ex aere formata, ut inferius dicetur; id quod de columba etiam verius est, cum Augustino libro secundo de Trinitate capite quinto, Chrysostomo homil. 12. in Matth. & Caietano part. 3. quæst. 39. articulo 7. probabilius sentit Valentia loco citato, eti post Tertullianum libro de carne Christi, Ambrosium libro de ijs, qui initiantur, capite 4. contrarium sentiat Sanctus Thomas 3. part. quæst. 39. artic. 7. Ex altera parte id magis conueniebat, tum ob maiestatem Dei, cuius personam dignius representabat Angelus, quam sola creatura insensibilis: tum ob consuetam subordinationem causarum mediarij, inter causam primam, & causas interiores, hoc est, Angelorum, inter Deum & homines.

14 Assertio IV. Angelii communiter non assumunt viua aut vera hominum, seu aliorum animalium corpora; sed veris ac viuis externa specie similia; que sibi plerumque ex impuro aere, seu vaporibus & exhalationibus nubibusque aeri admixtis formant; idque virtute propria & naturali. Primam partem ex communis tradit Sanctus Thomas quæstione 51. art. 3. in corp. vbi vniuersum negat, posse Angelos exercere opera vitæ per assumpta corpora. Et in resp. ad 1. supponens, assumpta corpora non esse viua, docet id fieri posse absque fictione: sicut enim non est contra veritatem, inquit, quod in scriptura intelligibilia sub figuris sensibilibus describuntur, quia hoc non dicitur ad astruendum, quod intelligibilia sunt sensibilia, sed quod per figuram sensibilem proprietates intelligibilium secundum similitudinem.

nem quandam dantur intelligi: ita non repugnat veritati sanctorum Angelorum, quod per corpora ab eo assumpta videntur homines viuentes, licet non sint. Non enim assumuntur, nisi vt per proprietates hominis, & opera heminis, sive iuuales proprietates Angelorum, & eorum spiritualia opera designantur. Quod non ita congrue fieret, si veros homines assument: quia proprietates ipsorum ducerent in ipsis homines, non in Angelos. Ita S. Thomas.

Idem communiter docent cœteri Theologiveteres ac recentiores, locis citatis, & pluribus Tyræus libro primo de spiritu, apparit. capite 9. num. 166, Delius libro secundo disquisit. quæstione vigesima octava, sect. 1. & Suarez hic libro quarto, capite trigesimo quinto, post Augustinum in Enchirid. capite 59. & libro 2. de Trinit. cap. 2. & lib. 3. cap. 2. & Damascenum loco citato contra Tertullianum, libro 3. contra Marcionem capite 9. & 11. & libro de carne Christi cap. 6.

Ratio est. Tum quia viua animalia perfecta ab Angelis subito ac de novo fieri non possunt, nec per applicationem quidem causarum secundarum; sicut nec verum corporis humanum, extra vaia naturalia generationi destinata. Tum quia ad proprium Angelis scopum, opus non est viuis aut verisimilis animalium corporibus: quando communiter breui rursum sunt dimittenda. Tum quia Deus tam facile non permittit, vt dæmon, etiam si velit, vera animalia suis Dominis subducatur, aut ijs prolibitu ad sua sacrilegia abutatur.

Qua de causa etiam existimandum non est, posse dæmonem defuncti aliquius hominis cadaver asumere, nisi forte cadaver aliquius hominis damnatus, in casu raro & extraordinario, ut notarunt Tyræus & Delius locis citatis: quod ita etiam fieri posse, & quandoque re ipsa fieri, docet Sanctus Thomas 1. p. quæst. 117. art. 4. ad 2. cum Augustino lib. 10. ciuit. cap. ro. & Chrysostomo homil. 29. in Matth. & sequitur ex communi Suarez hic lib. 4. cap. 37. num. 5. & cap. 35. num. 5. Sic ut etiam verius videtur, serpentem illum, in patadiso, primorum parentum seductorem, à diabolo atsumptum, fuisse verum serpentem; nec incredibile etiam, bestias dæmonem representantes, quibus sagae inequitanes per aera vehuntur, nonnunquam esse veras & viuas bestias; quando, ut refertur, nonnunquam ex eiusmodi transportatione cati ex aere decidere videntur. Sed hæc rarius contingunt: & idcirco in assertione dixi communiter.

Ex quibus etiam sequitur secunda pars assertioris; que ita magis declaratur. Etenim quando corpora ab Angelis assumpta non sunt ipso tactu exploranda, facilissimus & maximè obvius modus formandi & assumendi corpus aliquod est ex impuro aere, seu halitus aeri mixto ad instar nubis condensato; hic enim & magis obvius est, & facile quamvis figuram recipit, ac ad nutum dissipatur. Atque ita etiam speciatim de impuro aere docent S. Thomas quæstione 51. art. 2. ad 3. & Durandus in 2. dis. 8. quæstione 1. item Bonaventura in 2. dist. 8. part. 2. articulo 2. quæst. 2. Richardus art. 1. q. 3. Scotus q. 1. Gabriel q. 1. a. 2. quos sequuntur Vasquez disp. 185. cap. 4. & Suarez hic libro 4. cap. 34. contra nonnullos, qui ex cœlesti materia corpora hæc

assumi docuerunt, in quibus Isidorus lib. 1. de summo bono cap. 10. & Beda lib. variar. q. 9. sed qui bono sensu explicari possunt de aere. Nec dissentunt Alensis 1. part. quest. 34. memb. 4. & Albertus 2. part. tract. 9. quest. 33. memb. 2. & in lib. de quatuor coevis 1. part. quest. 9. articulo 11. nisi quod hi etiam de aere pero loquuntur, quibus locis quando bonis Angelis, fiant Isidorus lib. 1. de summo bono cap. 12. num. 19. & Beda citat, lib. qq. quest. 9. Nec obstat, quod aer, cum sit liquidus, nullius certae figuræ aut coloris tenax est. *Licet enim*, inquit Sanctus Thomas, articulo secundo ad tertium, aer in sua raritate manens non retinet figuram, neque colorem; quando tamen condensatur, *Et figurari, & colorari potest*; *sicut patet in nubibus.*

Quamvis autem Bonaventura, Richardus, Scotus, Durandus & Gabriel locis citatis dicant, condenationem illam fieri sola compressione & motu locali partium intra seiphas, absque alia alteratione; difficile tamen videtur intellectu, quomodo id naturaliter fieri possit sine penetratione. Quare etiam Vasquez disputat. 184. cap. quarto, rem hanc dubiam relinquit. Suarez vero numero sexto concedit, aliquando intervenire alterationem.

Dixi tamen plerunque; quia quando corpora ipsa ab Angelis assumpta durabiliora esse debent, ac ipso sagarum, ut sit, contactu sunt exploranda, verius est, solum aerem halitumque non sufficiere, ut recte Molina question. 51. artic. 2. disp. 2. Delius lib. 2. quest. 2. 8. sect. 2. contra Chirlandum de fortilegiis q. 1. & Angles in 2. d. 8. q. 2. quibus consentire videtur Suarez hic lib. 4. c. 3. 5. num. 8. & Vasquez disput. 184. cap. 3. & 4. qui diuersitatē inter partes assumpti corporis, quoad duritatem & molilitatem, solum referunt in maiorem vel minorem, resistentiam ipsius Angelis respectu tactus; quod in diuturno & vario attachu eiusdem corporis videtur difficultimum, & moraliter impossibile.

Verius est igitur, eo casu, præter aerem, inungendam præterea aquam, terram, luctum, sulphur, resinam, lignum &c. force etiam accidunt quandoque à cadaveribus animalium damnatorumque hominum ossa; ut etiam subinde verum à brutis homineum decimus semen, iuxta S. Thomam quest. 51. art. 3. ad 6. aliaque similia, è quibus inter se vt unque coaguntur, iunctisque multo facilius citiusque dæmon, etiam sine alia diurna actione, alteratio neque physica, speciem humani corporis configurare potest, quam ex præsupposita materia, vili dexterrimi artificis cuiusq; manū, ut recte citati. Plura de hac formatione Alensis 2. part. quest. 43. membr. 3. art. 1. & Gabriel in 2. d. 8. quest. 1. artic. 2. & 3.

Tertiam partem cum Alberto & Bonaventura loc. citat. tradit Vasquez disp. 184. cap. 4. & Suarez lib. 4. c. 37. à nu. 7. contra Alensem 1. part. quest. 34. memb. 5. & ut appareat S. Thomam hic q. 51. art. 2. ad 3. ubi ait; *Et sic Angelis assumunt corpora ex aere, condensando ipsum virutem diuinam, quantum necesse est ad corporis assumptioni formationem.* Quod ita etiam tradit Petrus Bergomus in Concordant. dub. 117. Ratio est. Tum quia alias conuenientius quodammodo Deus per seipsum ea corpora formaret,

præsertim quando ille ipse met in eiusmodi corporibus apparet. Tum quia cum sepius mali Angelis corpora assumant, idque ad fines pessimos, non est credibile, Deum propria virtute & speciali concursu illa formare: imo Suarez loc. cit. putat id esse impossibile, & plane alienum à diuina bonitate. Denique non appetat, cur id naturali virtute Angelorum fieri non possit, vt ex dictis colligatur; nisi forte in extraordinario casu tam perfecta & eximia corporis formatio fiat, tantaque membrorum soliditate & pulchritudine, vt vires Angelicas plane excedat; ut fieri posse, & forte factum esse in Angelo Gabriele, alius Angelis, qui apparuerunt Abraha, vel Iacob, & Tobiae, concedit Suarez cit. cap. 27. num. 8. vbi etiam in eundem sensum S. Thomam non incommode explicat, quā S. Thomas, de bonis miri Angelis solum locurus, dicere voluerit, *quoad opus est, virtute dinina. &c.*

Assertio V. Non possunt tamen Angelini naturali virtute tam perfecta efformare & assumere eiusmodi hominum aut animalium perfectorum apparen-
tia corpora, quin à veris plurimum distent; nec dif-
ficiliter adeo, præsertim accuratiōri tactus experi-
mento discernantur. Colligitur ex Sanct. Thoma
question. 54. artic. 3. ad 2. & tradunt communiter Doctores locis citatis, speciatim Vasquez dispu-
tat. 184. cap. 2. & Suarez hic lib. 4. cap. 35. num.
10. & optime Caetanus 2. 2. questio. 95. articulo
tertio, vbi speciatim de demonibus loquens, his
verbis rem explicat: *Frequenter accidit, inquit, ut cum
demones in assumptionis corporibus humanis apparent vigilan-
tibus, conuersentur cum eis familiariter, colloquen-
tes & concubentes; quandoque etiam munera vera of-
forentes eidem. Non enim habent veras carnes, & vera
ossa, (nisi forte aliunde ascita, ut dictum) nec mem-
bra; sed carne & membrorum similitudinem, non so-
lam visibilem, sed palpabilem & solidam, ita ut sentiantur
tanquam humana personæ, ut à multis fide digni,
ex propria experientia narrantibus audiri.* In dubio
tamen deficere ab humanis percipi corporibus. Primo in
temperamento carnis. Nam confessus est ipse mendacius
pater, cum eius caro, quasi glacialis, mole & effusus tactus
humana carnis, se non posse melius facere. Non potest
enim sic commiscere naturalia, absque vera generatione
hominis, ut carnem humanam efficiat. Et similiter ratione
non potest semen humanum efficiere, propter perfectio-
nem horum, & similiūm effectuum, requirentium pro-
pria naturalia actus perfecta. Et ex hoc patet, quod ve-
risimum est, quod Christus post resurrectionem suam dic-
it, *Palpate & videte, quia spiritus seu dæmonum car-
nen & osa non habet.* Ioann. 20. & Luc. ultimo. Se-
cundo (deficit corpus à dæmonie assumptum) in
delectatione tactus & concubitus. Est enim tanto per-
sonarum humanarum commixtio naturalis delectabili-
or, quanto verum excedit verisimili. Ita Caetanus.

Et ratio est; quia ars perfecte naturam exprimere non potest, præsertim quoad eiusmodi effec-
tus tam perfectos, & miram contemperationem
partium corporis viventis, non solum quoad qualitates primas, sed etiam secundas, ut densitatem, rati-
tam, duritatem, mollicitem, levitatem, asperitatem,
colorem, odorem, &c.

Taceo, quod ut ex Alexandro ab Alexandris lib. 4. genial. cap. 19. Rhodigino lib. 16. lect. antiqu. & Remigio lib. 1. dæmonolat. docent Binsfeldius de Confess. malef. prælud. 12. Delius lib. 2. q. 28. fecl. 3. & Suarez hic lib. 4. cap. 35. plerunque effigiem humani corporis à diabolo assumptam, parte aliqua appare remancam, aut monstrorum, insigniterue horridam, vocemque stridulam, obscuram, confusamque; velut è dolio fractae olla prodeuntem.

21 Assertio VI. Angeli per assumpta corpora non exercent villas veras actions vitales & animasticas: adeoque proprie nec comedunt, nec generant, nec loquuntur, nec ambulant; et si opera vitalibus his actionibus similia exerceant. Ita S. Thomas q. 51. a. 3. corp. & ad 2. 3. 4. 5. 6. Caetanus, Molina, & omnes Commentatores ibidem; item Vasquez disput. 186. cap. 2. & Suarez hic lib. 4. cap. 38. Et prima pars est communis Doctorum in 2. distin. 8. Ratio est. Quia ad operationem vitalem, qua per cor prius exercetur, (de qua solulo in praesenti sermo est) requiritur, ut sit à principio vitali intrinseco & substantialiter coniuncto ipsi corpori, per quod eiusmodi operations exerceantur: quod in praesenti non sit, quia Angelus non est substantialiter coniunctus corpori; nec corpus ipsum, cum sit expers vita, habet villam potentiam vitalem, nec villas actions, quæ recipiantur in subiecto viuente à quo procedant.

Secunda parti contradicunt quidem nonnulli Doctores, sicutem quoad modum loquendi. Etenim Alensis 2. part. q. 35. memb. 2. Scotus in 2. dist. 8. q. vn. & fere Gabriel q. 1. art. 3. dubit. 2. docent, Angelum in assumptione corpore vere posse comedere; sed cum S. Thomas verius negant Bonaventura, Richardus, & alii Doctores communiter in 2. dist. 8. & Scotus ipse in 4. dist. 45. q. vn. art. 5. & Clitowæus in Damasc. lib. 2. cap. 3. E diuerso Bonaventura, in 2. dist. 8. part. 1. art. 3. q. 2. Angelis tribuit verum motum progressuum & ambulationis, quod cum S. Thomas verius negant Scotus in 2. cit. dist. 8. adeo, ut etiam secunda illa pars sit communior inter Scholasticos; quamvis ut notauit Gregorius de Valentia hic disp. 4. q. 2. pun. 3. haec fere tantum sit questionis nominis, de qua non magnopere etiam disputatione censuit Augustinus lib. 15. de ciuit. cap. 22.

22 Ratio est. Quia comedere, generare, loqui, ambulare, seu motu progressu moueri, proprie non significant meram actionem transirentem, secundum se & materialiter acceptam, ut est V. G. sumptio & traiectio cibi, producendo qualiscunq; substantia viventis, formatio alicuius soni in aere, motus localis; sed significant has actions cum modo vitali, atque adeo ut procedunt à principio vitali intrinseco & substantialiter coniuncto; quod in Angelis deest, ut dictum. Alioquin enim etiam ventus, dum casu format sonum articularem in aere, loqui diceretur: & ignis aut mare comedere cibum, quem ad interiora recipit, & transmitit. &c.

23 Ex quibus facile patet tertia pars assertionis. Quia ut iuxta S. Thomam loc. cit. recte notarunt Vasquez & Suarez locis citatis, duo sunt genera actionum vitalium; unum earum, quæ etiam secundum se & substantiam suam non possunt esse nisi à principio vitali, ut sunt operations sensuum: aliae, quæ secundum substantiam ipsam, seu quoad suum terminum materialiter spectatum, non sunt vitales, nec adeo requirunt principium vitale; sed solum sunt vitales quasi quoad modum seu specificam rationem, ut sunt illæ, quas diximus; nimis locutio, deambulatio, manducatio, itemque risus, fletus, & fere generatio. Prioribus non possunt Angeli similares actions producere; quia cum etiam quoad substantiam sint vitales, nulla actio non vitalis potest illis propriæ esse similis. At vero actionibus posterioris generis, possunt Angeli interueniente motu locali similes actions producere; ut alissione aeris ad corpus, certo modo conformatum, vocem locutionis similem producere; item in assumptione corpore, moto illo pedum simulacro, motum animalis progressioni & ambulationi similem conformare; cibum quoq; factitio ore sumere, ac masticare, & quasi per fauces in viscera, seu interiora corporis assumpti traicere; multo etiam artificiosius omnia hæ representando, quam olim caput Buconis loquela, aut Architæ columba volatum repræsentavit; cum tamen interim in his nec sit vera locutio, nec vera ambulatio, nec vera manducatio, ut dictum. &c.

24 Paulo diuersa est ratio generationis animastica; cuius terminum etiam secundum se & materialiter spectatum, cum Angeli proprie ac per se efficere non possint, sed solum per accidentem, applicando actua passus, idcirco nec ipsi proprie ac per se exercere possunt actum generationis, aut generationi re ipsa similem; sed solum exterius per motum localem applicando actua passus, nimis semen à viro acceptum transfundendo in matrem mulieris, causa esse per accidentem generationis; ita quidem, ut etiam inde proles generetur, quæ tamen non propterea demonis, sed hominis qui semen emisit, & feminæ que recepit proles sit, ut post Augustinum, lib. 15. de ciuit. cap. 23. & lib. 3. de Trinit. capit. 8. recte S. Thomas cit. q. 41. a. 3. ad 6. Bonaventura, Scotus, Carthusianus, Gabriel in 2. dist. 8. Castro lib. 1. de iusta hæret. punit. c. 16. Medina in 1. 2. q. 72. artic. 1. & Suarez hic lib. 4. capit. 38. num. 10. & alii.

Atque hæc causa est, cur Angelus Tob. 12. v. 19. dixerit: *Videbar quidem vobis cum manducare & bibere, sed ego cibo iniusti & potu eter.* Abraham autem Genes. 17. cum cibos offerret Angelis, eos Angelos esse needum cognoverat; in quibus tamen Deum venerabatur, scilicet Deus esse in Prophetis, ut post Augustinum. 16. de ciuit. c. 29. dicit S. Thomas cit. artic. 3. ad 5. Alia ratio fuit Christi Domini, qui cum post resurrectionem cibum vitalibus organis, verae actione vitali assumperit, atque ad mortuorum transmisserit, vere ac proprie comedit, ramet eum non concoderit, aut in suam substantiam converterit; quod ad propriam manducationem minime requiritur, ut haber communis cum S. Thomas cit. a. 3. ad 5. & pluribus persequitur Suarez hic lib. 4. cap. 38. num. 17. & 18.

Ex quibus fere etiam colligitur responsio ad difficultates & rationes dubitandi initio propositas. Ad primam enim patet solutio ex assert. 4. & 5.

Ad 2. de Magis Egyptiacis respondet, eos non potuisse ope demonis efficere scimiphæ, siue defensu dispositionum naturalium, siue potius Deo impediente. In quem sensum Augustinus lib. 3. de Tri-

nitat. cap. nono ait: *Neque enim occurrit alia ratio, cur non potuerint facere minutissimas muscas, qui ranas serpentesque fecerunt, nisi quia maior aderat dominatio prohibendi per spiritum sanctum; quod etiam ipse magi confisi sunt, dicentes, Dignus Deus est hic.*

²⁷ Ad 3. ex comparatione agentium naturalium petitum, Respondebat Angelos ad hanc corpora effigienda multo maiori facultate pollere, quam villa alia agentia naturalia vel artificiosa: obivis singularem motinam, & penitissimam cognitionem rerum naturalium, ut dictum ait. quarta & quinta.

Ad 4. pater ex ait. 5. responsio. Siquidem tactus experientia moraliter certum, & evidens esse poterat, corpus Christi reduiui, verum & naturale corpus esse, ut recte etiam post Caietanum. 2. 2. q. 9. 5. articulo. 3. Vasquez citat, disput. 184. cap. 2. num. 12. & Suarez hic lib. 4. cap. 3. 5. num. 11. & 12.

²⁸ Ad 5. Respondeo, solum quidem per se ipsum non fuisse sufficiens signum veritatis naturalis corporis; sed aliis tamen signis additum merito augere poterat eiusdem reduiui fidem. In quem forte sensum etiam Sanctus Thomas 2. part. quæst. 5. articulo sexto docet, singula illa argumenta resurrectionis per se non fuisse sufficientia, bene tamen coniuncta cum testimonio Prophetarum. Quanquam aliud est resurrectionis, aliud absoluta presentia veri & viui corporis, &c. Sed de hac re suo loco plura.

D V B I V M VI.

An & quare ratione Angeli generali ordinem & statum huius mundi immutare, causarumque naturalium efficientiam suspendere vel impedire possint.

S. Thomas 1. p. q. 110. 2. 7. & 2.

Non agit quidem hac de re Sanctus Thomas ex instituto his locis; at quia tamen ad multa explicanda necessaria est, quæ diabolus per striges aut magos factitare videtur, faciendo V. G. ut magi redditant invisibilis, vt ignis subiectum stramen non comburatur, &c. opera pretium est eam breuiter explicare.

Assertio I. Non potest Angelus substantiali statum huius Vniuersitatis destruere, aut Vniuersalem seu essentiali rerum naturalium ordinem immutare: quare nec potest vacuum, aut penetrationem corporum efficere; nec colum aut stellam aliquam ad terram detrahere; nec terram Vniuersam ad colum attollere, aut suo loco dimouere; nec Vniuersalem elementorum situm peruertere; aut integrum aliquod elementum destruere; nec solis astrorumue cursum turbare; nec lumen praesentis solis sine medio intercipere; nec influxum.

cœli impetrare; nec intrinsecas & naturales rei proprietates tollere; adeoque nec naturales causarum naturalium actiones, positis omnibus ad agendum requisitis, impetrare: solus Deus negotio concursu necessario suspendere eas potest. Ita supponunt passim Theologi, vbi de his rebus agunt; in primis Sanctus Thomas 3. p. quæst. 13. articulo secundo, vbi etiam anima Christi talam potestatem negat, secundum propriam naturam & virtutem, siue naturalem, siue gratuitam. Ethic 1. p. quæst. 110. articulo. 2. negat materiam corporalem obedire Angelo ad nutrum. Quibus locis idem docent Theologi, speciatim Suarez ibidem & Metaph. disputat. 19. sect. 1. num. 14. & disput. 43. sect. 4. & hic lib. 4. cap. 27. num. 6. vbi ait: *Cum ordo uniuersitatis Dei legibus definitus sit, Angelus simpliciter uniuersitatem inuertere non valet.* Eandem doctrinam habent Guilielmus Parisiensis in 2. part. de Vniuerso, Albertinustom. 1. quæst. 1. coroll. 2. & Delius lib. 1. & 2. disquisit.

In eundem sensum Augustinus lib. 3. de Trinit. cap. 7. & 8. ait: *Non est putandum, isti transgressoribus Angelis, ad nutrum seruire hanc visibilium rerum materiam, sed Deo potius, à quo hæc potestas datur, quantum in sublimi & spirituali sede incommutabili sit iudicat.* Et cap. 9. *Aiud est, inquit, ea infimo ac summo causarum cardine condere arque administrare creaturam; quod quis facit, sicut creator est Deus.*

Ratio assertoris est. Quia quædam ex his superant naturalem virutem, omnis agentis creati; quædam, et si forte non superent; tamen iuxta constitutionem legem & ordinationem Dei, de statu Vniuersi huius conseruando usque ad finem mundi, iuxta promissum illud factum ad Noe Genes. 8. vers. 22. & cap. 9. vers. 11. & 13. Angelis non permituntur; vt V. G. sistere colum, aut cursum solis, vel astrorum perturbare; quare etiam colos mouere dicuntur per modum naturæ. Et convenientissimum erat vt status & ordo Vniuersalis mundi soli authori Deo subiaceret; sicut Vniuersalis regni status à solo Rege dependet, qui solus etiam Vniuersales regni leges fit & refigit.

Quanquam idem Augustinus ibidem inferioris sentiat, difficillimum esse, particulatim definire, quid Angelii per naturam possint, & Deo prohibente non possint. Ait enim: *Quid autem possint per naturam, nec possint per prohibitionem, & quid per ipsius natura sua conditionem facere non sinantur, homini explorare difficile est; imo vero impossibile, nisi per illud donum Dei;* quod Apostolus commemorat dicens; *Alii diuidiatio spirituum. Novissimus enim hominem posse ambulare, & nequam hoc posse, si non permittatur; volare autem non posse, etiam si permittatur. Sic & illi Angelii quædam possunt facere, si permittantur ab Angelis poterioribus ex imperio D. E.;* quædam vero non possint, etiamsi ab eo permittantur; quia ille non permittit, à quo illis est talis natura modus, qui etiam per Angelos suos & illa plerisque non permittit, qua concessit, ut possint. Ita Augustinus.

Nihilominus, quia Angelii ad extrahibile possunt efficere, nisi motum, aut quod ex motu naturaliter sequitur, vt superioris dictum, facile est intelligere,

ab iis

ab iis naturaliter effici non posse penetrationem corporum, nec vacuum; præterim quando hæc vniuersalis natura rerum respuit; cui Angelus minime dominatur; vt neque influxum cœli, aut actionem causarum naturalium, omnibus ad agendum positis, impedire. E contrario, quia Angeli naturaliter, & quantum est ex intrinseco operationis modo, libere cœlum mouent; neque natura sua ad tantam præcise velocitatem, aut hanc vel illam rationem motus, determinatisunt, vtique possint sua natura & naturalibus viribus cœlum aliter mouere, aut omnino sistere, si diuina lex & ordinatio non obstat; quæ etiam communiter prohibet alia multo minora, ne ab Angelis effici possint. Possent enim Angeli, vt restat a Suarez hic loc. citat. si nudam facultatem naturalem speles, animalia occidere, arbores eradicare, montes transferre, & similia, quæ per violentum localem motum fieri possunt; sed moraliter ac Deo permittente non possunt; & boni non volunt, nec velle possunt, mali etiam velint, non valent.

6 *Assertio II.* Potest quidem Angelus naturaliter sensuum etiam externorum sensationem varie impedit, ipsosque sensus ludificare; at vero vt potentia videndi simul cum organo non laeta, aut turbata, sive distracta, obiectum visibile debito modo præsens, nulloque tegumento cooperatum, clara cateroqui luce videri non possit, nulla vi naturali efficere potest. Ita communis Doctorum. Et priorem partem tradit Sanctus Thomas quæstione sexta, de potentia articulo quinto ad sextū, & quæstion. 16. de malo articulo non ad secundū, & in 2. distin. 8. quæstion. vn. articulo quinto ad quartū. Alensis part. 2. quæstion. 43. mem. 3. Gabriel & alii Doctores in 2. distin. 8. Cajetanus 2. 2. quæstion. 95. articulo tertio. Gregorius de Valentia disputat. 4. quæstion. 2. pun. 2. Post Augustin. 18. deciuitat. capit. 18.

7 Ratio est. Quia cum ad sensationem, præter animam ipsam & potentiam innatam, requirantur etiam tum per modum principii, organum sanum, item obiectum, ac species; tum per modum conditionis necessariæ, debita approximatio obiecti, item medium certo modo dispositum, & ne animæ attento tota in alias res sit distracta & abrepta; hinc sit, vt Angelus variis modis sensum ludificare, aut sensationem impedi re possit; 1. Ex parte organi; tum replendo illud humore aliquo & rheumate; tum figuram organi, præcipue oculorum, quadam compressione, aut distractione immutando; tum spirituum influxum, sine quibus non sit sensatio, raptis per inhibendo. Qua ratione in deliquio animæ, homo etiam apertis sensibus nihil sentit, & in catarrhis facile ali aliquæ sensus quasi obstruuntur, & obtunduntur. 2. Ex parte obiecti, subito vel formando, aut adducendo, vel remouendo, aut dissoluendo, aut immutando, & aliter atque aliter conformando obiectum, vt dub. præceden dictum. 3. Ex parte speciei, aut interposito obsta culo impediendo propagationem eius usque ad oculum, sive sensum; aut respectu sensus interni,

spiritus vitales, qui sunt vehicula sive receptacula specierum, varie commouendo, retrahendo, agitando, conturbando, vt dictum. Atque ad hunc modum nonnulli putant, aorasiam Sodomæorum factam fuisse spirituum animalium representationem. 4. ex parte approximationis, remouendo, vel post tergum reiciendo obiectum, vt dictum. 5. Ex parte medii interposito obstatu tegendu, vel occultando obiectum; item colorando, vel condensando, aut in figuram certam, concauam, ut conuexam, regularem vel irregularē conformando, partem aliquam mediæ; ita ut quemadmodum per specula seu vitta colorata, aut aliter & aliter configurata, obiectum aliter, & aliter, maius vel minus; rectum vel distortum representatur, vt in speculis quotidie videre est; ita etiam per similem conformatiōnem mediæ, seu partis mediæ, aliter & aliter visus afficiatur. Sic ut, inquit Sanctus Thomas citat. 2. sent. distin. 8. ad vaporationem cūnudam fumi trabes domus videntur serpentes. &c. 6. Ex parte attentionis, commouendo phantasmatæ, & distrahendo mente, ut aliis, non præsentibus rebus & obiectis animi attentio applicetur.

Addit Sanctus Thomas citat. distin. 8. question. vn. articulo 5. ad 4. alium modum ludificandi sensum externum, cum ait: Fieri posset, ut species, quæ sunt in imaginatione fruatae, operatione dæmonum, ad organa sensuum fluant, sicut contingit in somno; & idem quando contingunt illæ species organa sensus exterioris, videntur, ac si essent res praesentes extra, & actu sentiuntur. Quod etiam tradit & sequitur Gregorius de Valentia disputat quartæ, quæstione secunda, pun. 2. vt dictum dub. præcedens. Sed hoc difficile est; non solum quia sic dæmon sensationem in externo sensu efficer posset, sine illo obiecto; sed etiam quia species, quibus mouetur sensus externus, non sunt phantasmatæ, sed species sensibiles ab obiecto immediate productæ, & dependentes. Quid si solum de visione phantastica loquitur S. Thomas, quid ad eam conferre potest transmissio specierum ad organa sensus externi?

Atque ex his sequitur secunda pars assertio nis: Nam si remoto omni obstatu, tam ex parte potentie, & organi, quam mediæ, aliarumque conditionum, obiectum præsens & illuminatum, videri non posset, id vel fieret, impedita specierum visibilium productione, seu propagatione, usque ad oculum, aut positis etiam omnibus ad videndum requisitis, ipso per se facultate videnti, ab elicendo visionis actu impeditu, ac neutrum est possibile, ex prima assertione; quia dia boius non potest caularum naturalium actiones, positis omnibus ad agendum requisitis impedit, vt dictum.

8 Reddere regitur hominem dæmon & invisibilis diabolus duntaxat potest, sublatu aliquo ad emendandum principio, aut dispositione, vel conditione, sive ex parte obiecti, sive mediæ, aut ipsius potentie seu organi requisita: nimis aut tuba ipsius hominis in alium locum distantem occultumque translatione, seipsum subinde interim, cum opus videtur, hominis absens, somnoque forte

forte delusi, loco, per aliquam externam operatio-
nem praesentem substituendo; aut iubis seu aerei
cuiusdam operimenti, alteriusue corporis, ad res
cateras præsentes bene accommodati obiectu; aut
potentia visuæ seu organi reali physicaque altera-
tione; sive quia crasso fumo acfuligine interius ex-
citata, oculi à visione impediuntur; sive quia spi-
ritus animales ad visionem requisiti ita suo loco
mouentur, ut visioni subseruire non possint; sive
quia ipsum organum humore crasso repletum, aut
pellicula inductum, seu alias deputatum, species a-
ptare recipere, vel ad locum visionis transmittere non
potest.

¹¹ Aſterio III. Non potest quidem diabolus face-
re, ut ignis ſramen debite approximatum & dispo-
ſitum, adeoque omnibus ad agendum requiritis
positis, non comburatur; attamen ut exterius vi-
deatur ab igne non comburi, quanvis debite ap-
proximatum, facere potest; ſicut & humanum aut
animalis corpus intrinſece incorruptibile ſeu in-
vulnerabile reddere non potest, ſed ſolum extrinſe-
ce reprimendo ſeu cohobendo viri globi, ſeu ferri
in corpus impacti, vel adacti. Hæc aſterio quo-
ad partem negatiuam ſequitur ex prima aſterione;
& eſt ex mente Doſtorum, quos citauimus; quia
nec impide actionem naturalem, omnibus ad agendum
prærequisitis potest; neque natriales, &
intrinſicas rerum proprietates tollere vel immutare.
Pars autem affirma tui eiusdem aſterionis patet ex-
perientia magorum, quibus cum dæmonē pactum
intercedit.

¹² Fieri autem potest, ut ſramen videatur ab igne
non comburi; sive delufione ſensus externi, per-
fatui alicuius fitique ignis aut ſraminis repræ-
ſentationem; sive quia inter ignem & ſramen, fer-
rum aut lapis artificiose interpositus eſt; ſive etiam
quia ſramen liquore igni reſiſtente imbutum eſt,
ut fieri poſſe tradit Fallopius. Atque in hunc
modum intelligi & explicari debet, quod de
Zingaris (supersticioſa illa & vagā gente) iactari
ab imperita plebe ſolet, eos in ſramine ignem
accendere poſſe; ita ut ſramen interim non com-
buratur. Nam subtractione virtutis ſeu influ-
xiſ naturalis ignem ab actione naturali cohibere
ſolus Deus potest, qui tres pueros in camino ignis
illatos conſeruauit.

¹³ Eodem modo potest dæmon vim vel impe-
tum globi aut ferri ſubito inhibere & retundere,

ne corpori vulnus ullum aut leſionem inferat.
quia hoc ſolum eſt impetum, & motum localem
rerum naturalium ſilere & inhibere; quod po-
tentis quiſquis mouendi vim & impetum fortiorum
habet, quam ſit in re mobile; cum ſit eiusdem ratio-
nis & virtutis mouere aliquid, & motum ſeu im-
petum aliunde impressum cohibere, ut ſuperius ſuo
loco dictum.

¹⁴ Qua quidem in re eſt aliquod diſcrimen in-
ter vim motiuam rerum naturalium, ipſumque
motum vnde cunque tandem rei impressum; &
inter alias agentium naturalium virtutes actiuaſ
earumque actiones. Quia enim Angelus ad extra-
dicta & per ſe producere nihil potest, praeter-
quam motum vel impetum ad mouendum, id
circo potest ipſe quidem per ſeipſum immediate
etiam ſine alia mutatione interueniente, conatum
ſeu applicationem cauſe naturalis ad ſe vel aliam
rem mouendam retundere, & quoad effectum ir-
ritum reddere; ſicut & motum in medio cursu
ſuo arbitratu intercipere; at vero cateras virtutes
ad agendum, earumque naturales actiones &
effectus impedire non potest, niſi vel interpoſitu
cauſe ſecunda contraria ſeu reſiſtentis; aut fa-
cta alia mutatione, ſive ex parte agentis, ſive paſ-
ſi, aut medii, ſeu debitæ approximationis: quod
facere dæmon aliquando potest per motum lo-
calem, aliquando non niſi per applicationem a-
liorum agentium naturalium, iuxta variam &
peculiarem vniuersiusque agentis, ſeu actionis
naturalis & praesentium circumstantiarum ratio-
nem.

Ex quibus denique colligitur, motum lo-
calem quidem ignis dæmonem ſuo arbitratu per ſe
immediate inhibere & intercipere poſſe; calcina-
tionem ignis in ſubiecto apto & approximato per
ſe immediate cohibere aut interrumpere non po-
ſſe, niſi aliqua alia mutatione interueniente, ut di-
ctum. Qua ratione etiam in homine longum
ſomnum, aut inediam cauſare potest. An vero da-
emon ſuo arbitratu, ſive per ſe, ſive per ſtriges ho-
minibus nocere poſſit, dicetur quæſt. lequent
dubio ultimo, in qua etiam catera tum ad bo-
ni, tum ad mali Angeli functiones & ſtudia
erga homines pectantia decla-
rabuntur.

QVÆSTIO VI.

De Bonitate & malitia, merito & demerito, præmio & poena, statu beatitudinis & damnationis, studiisque bonis & malis Angelorum.

S. Thomas I. p. q. 62. 63. 64. 109. 111. 112. 113. 114.

Absolutetur hec quæstio octo dubitationibus. I. *Vtrum omnes Angeli fuerint creati in gratia, & an propria dispositione, quæ mensura vel proportione eam acquisierint.* II. *De via Angeli boni: qua nimur ratione, quotque & quibus instantibus peruenierit ad gloriam.* III. *De via & lapsu Angeli malo; ac speciatim quando, quinam, cuius suos, quo ordine, & quotnam Angeli peccarint.* IV. *Qualenam fuerit, aut esse potuerit primum Angelorum peccatum, tum ex parte obiecli, tum ratione subiceli.* V. *De statu demonum quantum ad naturalia, speciatim qua causa obdurationis demonum.* VI. *De statu demonum, quantum ad eorundem panam: speciatim qua ratione, quando, & ubi per ignem puniantur.* VII. *De prauis demonum studiis & infestationibus, ad homines seducendos & perdendos.* VIII. *De præsidio, ministerio & custodia bonorum Angelorum, erga boni-nes aliasque res creatas.*

DUBIVM I.

Vtrum omnes Angeli fuerint creati in gratia & gloria; & an propria dispositione, quæ mensura vel proportione gratiam acquisierint.

S. Thom. I. p. q. 62. a. 1. 2. 3. & 6.

Egimus hactenus de Angelis secundum Esse naturæ spectatis; sequitur nunc, ut iuxta distributionem & ordinem initio constitutum, de Esse morali, adeoque de bonitate & malitia, merito & demerito, præmio & poena, studiisque bonis & malis eorundem agamus: sicut etiam Sanctus Thomas postquam de Esse naturali eorundem egit, à quæstione 50. usque ad 62. hinc deinceps, sequentibus aliquot quæstionibus, de Esse morali eorundem agit; non tamen simul & continua serie omnia, quæ ad bonitatem & malitiam Angelorum, pertinent persecutus; sed plura ex iis, quæ nimur ad bona vel mala eorundem studia erga res creatas, ac præcipue hominum pertinent, ad tractationem de Gubernatione diuina retulit, vbi sex quæstionibus à quæstione 109. usque 114. de hoc argumento tractat. Sed quia nihil cause est, cùc, peculiaris tractatio de diuina gubernatione à nobis instituatur; vt nec in scholis sub proprio titulo haec res communiter tractari solet, quando ea, quæ ad illam pertinent, ex declaratione ipsarum causarum secundarum, actionumque & virtutis eorundem, satis intelliguntur; idcirco nos ea, quæ Angelos concernunt, ad hanc ipsam tractationem, de Angelorum moribus adeoque bonitate & malitia eorundem, velut ad proprium locum reuocabimus.

Quod vero ad præsentem dubitationem attinet, merito ea, qua de gratia Angelorum proposita est quæstio, primum in hoc arguento locum sibi vendicat; quandoquidem gratia est fundamentum omnis bonitatis moralis, saltem eius, per quam creatura intelligens ad supernaturalem, finem & beatitudinem ordinatur; de qua bonitate hic potissimum agimus; nam de bonitate morali ac mere naturali eorundem satis egimus supra quæstione quartæ, dub. primo, cum de voluntate, acibusque voluntatis eorundem agemus. Ad considerationem vero de gratia Angelorum, referunt etiam ea quæstio, quisnam fuerit Angelorum in prima eorum conditione status, quoad gloriam.

Affirio I. Angeli non fuerunt creati in beatitudine supernaturali, sed naturali tantum. Prima pars est communis & constans omnium Doctorum sententia cum Magistro in 2. distin. 4. & 6. & Sanct. Thoma hic quæstio. 62. articulo primo. Et aperte colligitur ex eo; quia ex eis quidam peccarunt, alii saltem peccare poterant; cum tamen ad veram & supernaturalem beatitudinem, in visione Dei positam, spectet immutabilitas & perpetuitas, adeoque & peccandi impotencia; nec vero etiam absque miraculo, visio Deisemelachoata desinere possit; cum sit natura sua perpetua, vt suo loco

loco tomo 2. dicetur. Idem docent communiter SS. Patres referendi dub. seq. & consenserunt Augustinus in libr. de corrept. & gratia capit. decimo, vbi ait: *D E V M sic ordinasse Angelorum & hominum vitam, ut in ea prius ostenderet, quid posset librum arbitrium, deinde quid posset sua gratiae beneficium.*

Ex quo loco explicanda sunt alia quedam obscuriora loca eiusdem Augustini, in quibus indicatur Angelos, sicut bonos, in beatitudine supernaturali fuisse creatos: loquitur enim duntaxat de beatitudine imperfecta, qualis etiam Viatoribus sanctis in hac vita nonnunquam à sanctis tribuitur. Neque Sanct. Augustinus vrvult Suarez hic lib. 5. cap. 2. num. 13. vsipam docuit, Angelos in primo instanti creationis habuisse cognitionem rerum in Verbo, seu matutinam; sed solum primo die, post cognitionem vespertinam, vt ex Augustino libr. 11. de ciuit. cap. 7. & 9. colligit idem Suarez loc. citat. tametsi Sanctus Thomas hic cit. articulo primo ad tertium, & alii nonnulli Theologoi distinguunt duplarem cognitionem rerum in Verbo, naturalem & supernaturalem, quod Suarez putat non satis consonum Augustino. Alii vero vt Gregorius de Valentia disputat. 5. question. 2. pun. 2. & Molina Tractat. de oper. sex dier. putant, Augustinum hanc in re non sibi constare. Certe mentem Augustini ea in re certo alioquin difficillimum est; nec est opera & pretium operofe insequiri; quando praserit eius fundamentum ex cap. primo Genes. de operibus sex dierum disputat. sequen. quest. 1. dub. 4. refelletur.

Cetera loca signallat bene declarat Vasquez hic disputat. 226. cap. 3. & 4. & Suarez citat. cap. secundo, contra Ludouicum Viuem, qui illud lib. undecimo de ciuit. cap. nono, sanctos Angelos nunquam esse peregrinatos à Domino, intelligit de peregrinatione via, existimans proinde sanctos Angelos semper vidisse Deum: cum potius sit intelligendum de peregrinatione per elongationem à peccato, quod modo filius prodigus peregre profectus est à Patre. Luc. 15.

Secunda pars assertio traditur à Sanct. Thomas eodem articulo primo, & patet ex dictis quest. 4. dub. vlt. vbi de naturali beatitudine Angelorum egimus, contra Vasquez citat. disput. 226. cap. 2. Nec obstat, quod omnis ea felicitas naturalis esse potest cum summa miseria peccati, vt obiicit Vasquez loc. cit. Primo enim hoc verum non est in Angelis, in quibus suavis illa & perennis contemplatio Dei secundum se, simul cum dilectione naturali eiusdem, non fuit, nec moraliter esse potuit post peccatum. Deinde etiamsi id verum esset, id tamen nihil refert; quia propterea additur; nam naturalem solum beatitudinem, quae non excludit omnem capacitem defectus in natura defectibili; nec adeo etiam statum perfecte & completere beatitudinis habet, vt loco citato diximus.

Assertio II. Omnes Angeli tam boni, quam mali, fuerint creati in gratia habituali sanctificante. Ita anterior, & nunc communis Doctorum sententia, quoniam speciatim tradunt Sanctus Thomas hic quest. 62. articulo secundo, Caetanus, Molina, &

omnes Thomistæ ibidem; item Albertus 2. part. sum. tractat. 4. quest. 18. memb. 1. Durandus in 2. distin. 4. quest. 2. Capreolus quest. 1. art. 3. ad 1. Ariminensis quest. 1. artic. 3. Maior quest. 1. Holcot in 2. quest. 3. Clitorianus comment. in Cyri. lib. 6. in Ioann. cap. 6. Gregorius de Valentia quest. 13. pun. 1. Vasquez disputat. 227. capit. 2. Suarez hic lib. 5. cap. 3. tametsi olim non pauci, de malis Angelis contrarium docuerint, speciatim Ruperti libro primo in Genes. cap. 16. Antisiodorense lib. 2. sum. tract. 1. cap. 1. Bonaventura in 2. d. 4. artic. 1. quest. 2. Richardus artic. 2. quest. 2. Argentina quest. 1. artic. 2. Egidius questione prima, articulo quarto. Marsilius in 2. questione 4. articulo primo. Bassolis quest. 1. articul. 3. Henricus quodlib. 4. questione decima, nec obscure ipsomet Magister in 2. d. 3. cap. 6. & distin. 5. capit. 2. eandemque probabilem censem Alensis 2. part. quest. 19. mem. 2. & Henricus quodlib. 4. quest. 10. & sere Scotoris in 2. d. 5. quest. 1. vbi in hanc denique magis inclinat, tametsi antea priorem sententiam defenderit. Eandem problematice defendit Gabriel in 2. distin. 4. questione prima, articulo secundo, è quibus etiam plerique dicunt, ne ipsos quidem Angelos bonos fuisse creatos in gratia sanctificante; licet omnes interim concedant, non defuisse Angelis etiam malis auxilium. gratiae actualis sufficiens, qua ad Deum supernaturiter converti possent; ac se ad gratiam sanctificantem disponere; quam etiam res ipsa boni postea fuit confutata.

Probatur assertio primo, ex scriptura, quæ licet hoc non aperte tradat, multum tamen fauet, praesertim ex communiori Patrum interpretatione. Tali loca sunt hæc Isa. 14. v. 12. *Quomodo occidisti de celo Lucifer, qui mea oribaris.* Ezechiel. 28. v. 12. *Tu sienaculum similitudinum, plenus sapientia, & perfectus decoro. In delitio paradise fuisti, omnis lapus pretiosus operimentum tuum.* &c. *Tu Cherub extensus & protengens, & posfuit in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti.* Perfectus in viis tuis, à die conditionis tuae, donec inuenta est iniurias in te. Quo modo etiam hæc loca intelligit Augustinus lib. 11. de ciuit. cap. 15. Nec obstat, quod prior locus Isaiae de Nabuchodonosore Rege Babylonis, posterior Ezechielis, de Rege Tyti, ad literam intelliguntur; quia simul nihilominus, etiam literali sensu, & quidem magis principaliter intento, recte etiam de Lucifero intelliguntur, vti in simili sepius in psalmis, & in Job accidit.

Huc spectat illud Job. 4. v. 18. *Ecce qui seruunt ei, non sanitabiles;* & iο. Angelis suis reperi prauitatem. Et Ioann. 8. v. 45. *In veritatem non stetit.* Hoc enim merito ad gratiae perseverantiam refertur, iuxta consuetam scripturæ phrasin Rom. 5. v. 2. *Habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua sumus.* Rom. 11. v. 20. *Tu autem fide stas.* Et cap. 14. v. 4. *Domino suo stat aut cadit.* Stabat autem. 1. Corinth. 10. vers. 12. *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* 2. Corinth. 1. vers. 24. *Nam fide statis,* Gal. 5. v. 1. *State, & nolite iterum iugo seruituris contineri.*

Denique huc spectat illud Iudee v. 6. *Angelos vero, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni Dei, vinculis*

eternis sub caligine reseruauit. Quæ loca in hunc sensum etiam interpretantur Sancti Patres apud citatos.

9 Secundo probatur assertio ex SS. Patribus, quiri communiter sentiuntur, speciatim Basilius in illud Psal. 32. *Ei spiritus oris eius Hieronymus in c. 3. Offic. & in illud Job 4. Et in Angelus suis reperit prauitate Theodoretus lib. quinto, heret, fab, cap. de diabolo, Augustinus (etsi obscure locutus alibi) lib. decimo, de ciuit, cap. nono, & de corrept. & grat. cap. decimo. Prosper lib. primo de vit. contempl. cap. tertio, Gregorius lib. 32. Moral. cap. 18. vel 25. Isidorus lib. 1. sent. cap. 12. Damascenus lib. 2. de fid. cap. 3. Anselmus lib. de cau diaboli cap. 4. 17. & 27.*

10 Tertio probatur ratione. Tum quia primus homo fuit creatus in gratia, iuxta illud Eccl. 7. v. 30. *Dens fecit hominem rectum;* & Concil. Tridentinum sels. 5. can. 1. Non est autem credibile, minus a donis supernaturis instructum fuisse Angelum, quam primum hominem. Tum quia decebat utrosque quam primum statui in via, qua tendere possent ad ultimum finem; id autem fit per gratiam sanctificantem. Tum quia valde contentaneum est rationi, credere, etiam Angelos malos quandoque fuisse intrinsecus ordinatos ad supremam beatitudinem; alioquin enim ab ea non excidissent. Ergo aliquando habuerunt gratiam supernaturalem; neque tamen eam acceperunt priuatum post creationem; cum eam mox post creationem perdiderint; Ergo in ipsa creatione: Denique Angelii etiam mali in primo statim instanti sufficientem habebant dispositionem ad gratiam, ut dicetur assertio.

11 Nec in contrarium sunt alicuius momenti argumenta. Illud Ioannis Papæ epist. ad Isaac Syracus. vt habetur 16. quæst. 2. Can. 1. *Doleat satin (dæmon)* & erubescit, charitatem, quam in cœlo nequinius habere, homines conflantes ex lutea materia teneri in terra, intelligendum est, de constanti & perfecta possessione, charitatis in coelis, vt recte glossa ibidem. Quo modo etiam glossa can. vlt. de peccatis distin. 2. exponit verba quedam Gregorii obscuriora ex lib. 32. Moral. cap. 18. vel 25.

12 Assertio III. Angelii acquisuerunt gratiam propria dispositione, quam in eodem instanti creationis habebant. Prior pars quoad bonos Angelos, est communis Doctorum, præcipue eorum, qui dixerunt, Angelos non fuisse creatos in gratia, quos retulimus assert. præcedens. Tota vero simul assertio est plane sententia Sancti Thomas quæst 62. art. 6. & quæst. 9. art. 1. ad 5. quam ita etiam tradunt & sequuntur Caietanus 2. 2. quæst. 24. art. 3. Ferrariensis 3. cont. gent. cap. 110. Gregorius de Valentia quæst. 13. pun 1. Vasquez disput. 228. cap. 1. Suarez hic lib. 5. cap. 8. tametsi oppositum sentiant Alensis 2. part. quæst. 29. mem. 1. art. 7. Hugo de S. Victore in summ. tract. 2. cap. 2. & Henricus quodlib. 8. quæst. 10. item Capreolus in 2. d. 4. Sotuslib. 1. de grat. cap. 5. & Molinahic quæstio. 62. art. 3. quorum primus frustra putauit. Angelos non potuisse in primo instanti operari; duo sequentes, non potuisse libere operari; quartus & quintus, non potuisse supernaturaliter: quod aliquan-

do etiam existimauit Sanctus Thomas quæstion. 16. de malo artic. 4. ad 3. sed postea in 1. parte loco citat. & quæst. 63. articu. 5. ad 4. expresse contrarium docuit: Molina vero non aliud habet fundamenrum, quam quia putat, gratiam saltem prius natura datum fuisse Angelis, quam operarentur; cum tamen oppositum sit verius, ut dicemus.

Probatur assertio. Tum quia verius est, Angelos in primo instanti habuisse alcum supernaturalem dilectionis Dei, ut dicetur dub. seq. actus auctem talis, quisimil est cum infusione gratie; in nobis est dispositio ad gratiam; abstrahendo iam, utrum est ipse actus simul procedat à gratia sanctificante, an non: Ergo etiam in Angelis. Tum quia, convenientius est, creaturam intellectualem libera in operando, non ordinari intrinsecè & habitualiter ad finem supernaturalem, nisi interueniente libero ipsius consensu.

13 Porro ad eliciendum talem actum, Angelis, non minus quam nos, indigebant auxilio supernaturali Dei, ut recte Sanctus Thomas quæst. 62. articulo secundo, ex certa & communis; quicquid nonnulli sine fundamento quoad hoc discrimen, inter Angelos & homines constituant, quos merito refellunt Vasquez loc. cit. cap. tertio, & Suarez loc. cit. c. 9 n. 2.

14 Assertio IV. Non omnes Angelii aequaliter gratiam acceperunt, sed maiorem vel minorem singuli, pro maiore vel minore perfectione naturali specifica. Ita Magister, & alii Doctores communiter in 2. dist. 3. S. Thomas, Caietanus, Molina, & recentiores Thomistæ hic quæst. 62. artic. 6 & 2. 2. q. 34. a. 3. ad 3. Gregorius de Valentia quæst. 13. pun. 3. Vasquez cit. disp. 228. cap. 2. & Suarez hic lib. 5. cap. 10. ex communis, adeo ut Vasquez neget, se legisse qui oppositum doceret, tametsi Suarez numero septimo existimet, hanc sententiam non esse certam.

Probatur tamen assertio primo auctoritate. Id enim satis perspicue docent Dionysius capit. 6. & 7. ccl. hier. Basilius lib. de spiritu Sancto cap. 16. Damascenus lib. 2. fid. cap. 3.

15 Secundo idem etiam probatur à 8. Thomas duabus rationibus. Prima; quia decebat Deum, velut sapientem Architectum, ut eas creaturas intelligentes, quas per se & speciali intentione secundum naturam magis elaboravit, & in altiori ordine constituit, etiam ad nobiliorem statum & conditionem supernaturalem destinaret; ita ut sicut tota natura Angelica esse eucta ad gratiam & gloriam, ita etiam gradus & species diversæ ipsius naturæ ad varios & diuersos gradus gratiae & gloriae destinarentur. Quemadmodum cum ædificator lapides aptat ad construendam domum, hoc ipso quod aliquos eleganter ac maiori artificio perpolit, videatur eos ad honoratorem partem domus destinare. Alia est ratio perfectionis individualis in homine, cuius diuersitas non ita per se intenta est, ut docet idem Sanctus Thomas citat, articulo sexto ad tertium.

16 Secunda ratio est: Quia cum Angelii nulla repugnatio passionis, seu appetitus alicuius inferioris impediantur, ut inter homines accidit, verisimile est, eos, quo perfectioris erant naturæ, eo perfectius quoque cum

cum auxilio maiori Dei ad Deum se conuertisse; vt ita inæqualitas gratia simul & inæqualitat naturæ, & dispositionis responderet; cum hoc tamen discrimine, quod ipsa perfectio naturæ per se spectata, nullo modo esset causa gratiæ ipsis collata, vt recte declararunt Gregorius de Valentia, Vasquez; nisi forte materialis & remota, per modum occasiæ & motiæ ad dandam maiorem gratiam actualem, vt notat Suarez cit. cap. 10. num. 9. An vero etiam soli maiori perfectioni individuali (qualem quoque in Angelis dari verius censuimus, etsi neget S. Thomas) maior gratia respondeat, non ita certum est; tamen etsi prior ratio, ad hoc affirmandum, non magnum momentum habeat, probabilitatem aliquid adserit ratio secunda; vt considerant patebit. Quocirca etiam authores indiscriminatum de maiori perfectione naturali loquuntur. In qua re etiam discrimen esse potest inter hominem & Angelum; quia maior perfectio individualis in homine aut nullo modo, vt quidam existimant, aut non tota, oritur ex maiori perfectione ipsius formæ per se & principaliter intentæ; sed ex varia & diversa dispositione corporis; que ex varia vi aut applicacione causarum secundarum oritur; cum tamen omnis diuersitas perfectionis in Angelis sicut à solo Deo efficitur, ita etiam ab eodem per se videatur intenta.

¹⁷ Arque ex his colligitur primo, non solum Angelos omnes fuisse creatos cum virtutibus Theologicis, nimairum fide, spe, & charitate; itemque cum ceteris virtutibus infusis, quæ Angelis conuenient possunt; cum omnes istæ virtutes sint individualis comites charitatis & gratiæ: sed etiam Angelos omnes ipsis elicuisse statim à principio suæ creationis liberos actus fidei, spei, & charitatis; cum haec sint dispositiones necessariae ad gratiam habitualem consequendam, vt sulo loco degradata doceatur.

De fide expresse docent S. Thomas quæst. 18. de verit. art. 2. & in 2. 2. quæst. 5. art. 1. & omnes Commentatores ibidem, item Albertus 2. part. sum, quæst. 20. memb. 2. Viguerius Inst. cap. 20. §. 1. vers. 4. Turrecrematalib. 1. de Eccles. cap. 25. num. 1. Ruardus artic. 2. & 8. & Suarez hic lib. 5. cap. 5. à num. 6. etsi fidem in Angelis fuisse negavit Durandus in 2. distin. 23. quæst. 9. à num. 12. cui sententia fauunt etiam Alensis 3. part. quæst. 64. mem. 8. Bonaventura in 3. dist. 23. artic. 2. quæst. 3. Gabriel d. 23. quæst. 9. Scotus quæst. 4. & quod ad supremum Angelum aperte etiam consentit Palaudanus q. 4. Mouentur præcipue; quia Angelis habuerunt evidenter rerum fidei, saltem in reuelante se attraffante.

Sed hoc non obstat; quia assensus fidei non propterea nitebatur ipsa naturali evidentiæ signorum, quibus reuelatio manifestabatur; sed solum auctoritate supernaturali Dei reuelantis, ipsa vero illa evidentiæ signorum solum habebat se per modum conditionis proponentis obiectum fidei, idque credibile efficientis; quia de causa etiam assensus fidei & multo certior erat, & natura sua excellentior (ut pote supernaturalis quoad substantiam) quam iudicium illud naturale evidens, de reuelatione à Deo facta, vt recte etiam docet Suarez hic citat. cap. 5. à num. 16. & suo loco de fide pluribus docui. 2. 2. q.

5. art. 1. vbi etiam addidi alium modum hanc veritatem defendendi, si nempe dicamus, Angelos præter reuelationem hanc evidentem, habuisse etiam aliam inevidenter reuelationem aliis signis factam, de quo suo loco plura tomo 3. disp. 1.

Quari hic posset, quos actus fidei, & circa quæ obiecta fidei assensum elicerint Angelici viatores. Sed quia res hæc ad alias materias spectat, breuiter dico, habuisse fidem explicitam non solum Dei, finis ultimi & remuneratoris supernaturalis, vt docet Sanct. Thomas 2. 2. quæst. 5. a. 1. nec solum Trinitatis mysterii, vt habet communis Doctorum sententia; sed etiam Incarnationis quoad substantiam, vt cum S. Thoma 1. p. q. 64. a. 1. ad 4. & in 2. 2. quæst. 2. art. 7. ad 1. & in 2. dist. 11. quæst. 1. art. 4. & opusc. 1. cont. errores græc. cap. 2. 6. & comment. ad Ephes. 3. lect. 3. docent plures Theologi, non solum ii, qui dicunt, Angelos peccauisse ex inordinato appetitu & inuidentia hypostaticæ unionis, &c. sed etiam alii, quos sequitur Suarez cap. 6. à num. 9. tametsi contrarium dixerint Marsilius 2. part. quæstion. 2. 6. mem. 1. & Gabriel in 2. distin. 9. quæst. 2. artic. 3. dub. 4. Et cohæret ea doctrina cum eo, quod thesi 73. de Incarnat. docuimus, Christum esse caput Angelorum etiam secundum influxum gratiæ. De qua te plura in 3. parte.

D V B I V M II.

De via & statu Angelii boni: quam in mirum ratione, quoniamque & quibus instantibus seu moribus peruenierit ad gloriam.

S. Thomas 1. p. q. 62. a. 4. 5. 7. 8. 9. & q. 63. a. 8.

D E haec conuenit inter Doctores, & certum est primo, Angelos bonos vere fuisse promeritos suam beatitudinem, vt docet S. Thomas hic q. 62. a. 4. & Magister in 2. dist. 5. cap. vlt. & est doctrina S. Augustini lib. de corrept. & grat. cap. 1. & communis aliorum Patrum, in quibus Gelasius in disput. contra Pelagium, Prosper lib. 1. de vit. contemplat. cap. 3. Fulgentius lib. de fid. ad Pet. cap. 3. Isidorus lib. 1. desum. bono cap. 10. Gregorius homil. 7. in Ezechiel. Anselmus de casu diaboli cap. 6. 13. 14. 15. & 24. & Rupertus lib. de Timore Dom. cap. 7. Ratio huius rei communis est Angelo cum homine: quia & generalis illa lex Dei, Non coronabitur, nisi qui legiime cœraverit, & que ad vitrosque pertinet: & consentaneum erat, vt creaturis ratione ventibus nec ultima beatitudino, nisi per modum præmii, nec præmium sine labore & certamine tribueretur.

Secundo conuenit inter Doctores Scholasticos, etsi certum admodum fortasse dici non possit, viam Angelorum tam bonorum, quam malorum, non admodum diuturnam fuisse, vt cum S. Thoma q. 62. a. 5. & q. 63. art. 6. ex communis tradunt Gregorius de Valentia hic q. 13. pun. 2. & alii inferius citandi. Quod etiam non obscure colligitur ex scriptura indicante, diabolum necedi in veritate & gratia ste-

tis, & mox post lapsum è cœlis fuisse deturbatum, vt diximus etiam dubio præcedente. Ratio sumitur ex S. Thoma cit. quæst. 62. artic. 3. & quæstion. 63. artic. 6. Quia modus adipiscenda perfectionis supernaturalis in Angelis, debet aliquo modo esse proportionatum modo & acquisitioni perfectionis eorundem naturalis: at hic talis est, vt non egeant longo tempore ad suam perfectionem naturalem obtinendam, sicut alioqui in homine accidit: Ergo etiam modus & via adipiscendi perfectionem vitam supernaturalem brevi tempore circumscribi debebat. Accedit, quod Angelis sua natura difficulter, si non omnino immobiliter, dimouentur ab eo, quod semel plena cum libertate & deliberatione elegerunt seu decreuerunt, vt dictum quæst. 4. dub. 2. Quare non erat ratio, in voluntate quodammodo obfirmata, diutius protrahendiviam, & expectandi vel diuturnam constantiam in iustis; vel pœnitentiam in lapsis. Contrarium tamen habetur in Reuelationibus MS. sub nomine B. Amadei, Raptu L. vbi dicitur, *Nos. Angelis omnes non parvus & brevibus morulis, ut vos creditis, sed multis temporibus viatores sumus.* Quod tamen non est credendum, donec ab Ecclesia recipiatur; quod vt existimo, numquam fiet.

3 Conuenit tertio, viam bonorum & malorum Angelorum fuisse æqualem, ac proinde simul & in eodem instanti coepisse & beatitudinem bonorum, & supplicium malorum, vt ex communi etiam tradunt Gregorius de Valencia loc. cit. & Molina q. 63. art. 6. consentaneè S. Thomæ q. 62. a. 5. & q. 63. a. 5. ad 4. & art. 6. præcipue ad 4. Ratio est. *Quia in quo instanti mali Angelii peccando ad terminum perirent, in eodem boni constanter perdurando in iustitia, itidem viam conluserunt, vt inferius dicetur.* Et parerat, vt in eadem natura adeo vniuersiter agente, idem omnibus præfiniretur viae terminus.

4 His positis, controversum est inter Doctores, per quos, & quotnam actus, boni Angeli promoverint consecrationem gloriae: vbi simul etiam eadem occasione de via mali Angeli agendum. Et prima sententia est Magistri in 2. dist. 5. cap. vlt. vbi docuit, Angelos fuisse promeritos beatitudinem, per opera consequentia, non antecedentia beatitudinem. Quam sententiam tradiderunt etiam Antiodorensis lib. 3. tract. 1. cap. 7. & Prepositus apud Marsilius in 2. q. 4. art. 2. & probabilem censem Albertus in 3. dist. 18. a. 4. Ex qua sententia sequitur, viam Angelorum bonorum perdurasse vna cum statu beatitudinis.

Sed merito refellitur à S. Thoma cit. q. 62. a. 4. & aliis. Tum quia & charitatis, & reliquarum virtutum actus in beatis aliquo modo procedunt ex beatitudine, velut ex principio; principium autem meritum non potest cadere sub idem meritum. Tum quia nulla ratio est, cur non cum afflictione beatitudinis æque in Angelis, ac in hominibus cesseret via, ac meritum, saltem respectu ipsius beatitudinis essentialis. Quia vt optime dixit S. Thomas cit. q. 62. a. 4. *Meritum habet rationem viae ad finem: et autem quæst. in termino, non conuenit moueri ad terminum;* & sic nullus meretur quod iam habet: ac proinde est contra rationem meriti, quod Angeli mereantur beatitudi-

nem per ea, quæ iam beati operantur in diuinis ministeriis. &c. Denique hac ratione sequeretur, Angelos bonos toto tempore, quod antecedit beatitudinis consecrationem, fuisse eiusdem conditionis cum Angelis malis, saltem spectatis secundum eam durationem, quæ peccatum præcesserat: Sed hoc est absurdum: si enim ita eiusdem cum illis conditionerunt, nulla ratio est, cur non omnes pariter facti sint beati; quandoquidem Angelii mali, pro eo tempore, non minus digni erant beatitudine, nec minorem ad illam aptitudinem habebant, quam bona, dum beatificarentur.

Secunda sententia est, Angelos in primo instanti fuisse creatos in pura natura; deinde in secundo simul & beatos fuisse, & promeritos beatitudinem; sic tamen, vt meritum naturæ antecederet beatitudinem. Ita Albertus 2. part. tractat. 4. quæst. 19. S. Thomas quodlib. 9. q. 4 artic. 3. & in 2. dist. 5. quæst. 2. art. 2. Bonaventura art. 3; quæst. 2. Richardusart. 2. quæst. 1. Aegidius quæst. 2. artic. 2. Marsilius in 2. quæst. 4 artic. 2. Mayron in 3. d. 7. quæst. 1. & probabilem censem Argentinam 2. dist. 4. & 5. quæst. 1. art. 4. Qui etsi varie suam hanc opinionem explicent, in eo tamen fundamento omnes pariter consentiant, Angelos non fuisse creatos in gratia. Sed & hæc sententia bene refellitur à S. Thoma hic cit. quæst. 62. art. 4. vbi quod antea hæc de re docuerat, retractat: non quia vniuersim repugnet, simul esse meritum & præmium, ut patet in merito argumenti gratia, sed quia non potest meritum simul esse cum beatitudine. Nam gratia, per quam meremur, est gratia viae, ac proinde adhuc mobilis ac perfectibilis ex ratione status: qui autem est in beatitudine, habet gratiam consummatam: Ergo non potest simul stare beatitudo cum merito beatitudinis: vix in homine etiam est manifestum, cui sine ratione quoad hoc dissimiles constituantur Angeli: Accedit, quod fundamentum huius sententia falsum esse ostendimus, dubio præcedente.

Tertia sententia est Caietani hic quæstion. 63. articulo sexto, qui asserit duobus instantibus fuisse transactum negotium tam à malis, quam à bonis Angelis. In primo, inquit, fuerunt omnes Angelici creati in gratia, & meruerunt beatitudinem. In secundo boni continuantes suum meritum, simul consecuti sunt beatitudinem; mali vero non continuantes meritum, sed præcedens meritum mortificantes per peccatum, simul fuerunt damnati. Sed & hæc sententia communiter refellitur, quoad expositionem secundi instantis; tum ob dicta, non enim recte ac in eodem instanti iungitur meritum vel demeritum cum beatitudine, vel damnatione. Tum quia est contra S. Thomam (cuius tamen defendendi studio fuit excogitata) cit. quæst. 62. art. 4. vbi expresse negat, meritum beatitudinis simul esse posse cum beatitudine. Quod pariter etiam & ob eandem causam de damnationis merito dicendum; nam & hoc prius est damnatione, vt in hominibus patet.

Vnde etiam Raphael Ripa quæstione sexagesima tercia, articulo sexto, ita Caietani sententiam explicat & defendit, vt dicat quidem in eodem instanti Angelico Angelum & promeritum esse suum

termi-

terminum, & simul in termino fuisse, sed non secundum idem instantis nostri temporis, sed potius secundum diuersas partes eiusdem temporis, cui vnum illud instantis coexistere potuerit; ita vt in priori parte fuerit meritum, in altera p̄mum, seu merces. Quod re ipsa nihil aliud est dicere, quam operationem, qua bonus Angelus meruit, vel malus demeruit, durasse simul cum termino. Sed hoc est extra propositionem; nec ad mentem Caetani: quin etiam falsum esse videtur; non solum quia una & eadem actio non est meritum sui ipsius, sed etiam quia in termino, tam bonis, quam malis Angelis, superebant noua motiva & incentiva, quibus ad operandum circa Deum & diuinam mouerentur, vt proinde etiam actiones variari necesse esset, vt recte Vasquez disp. 229. cap. 11.

⁷ Quarta sententia est Ferrariensis 3. cont. gent. cap. 10. qui itidem duobus instantibus rem perfecitam fuisse afferit, sed aliter, quam Caetanus. Nam in priori, ait, vtrosque tam bonos, quam malos Angelos meruisse beatitudinem, quamuis sine perfecta libertate, quod in eo instanti peccare non possent: in secundo bonos non ponentes obicem, ne mortificantes præcedens meritum, consecutos fuisse gloriam, malos vero peccando obicem posuisse, simulque fuisse damnatos. Sed merito etiam refellitur à Gregorio de Valentia q. 13. pun. 2. Vasquez disput. 229. cap. 9. Suarez hic lib. 5. cap. 11. & alii. Tum quia nulla ratio est, cur dicantur Angelii in primo instanti non habuisse plenam libertatem, esto peccare non potuerint, (de quo infra;) cum & natura sua liberi essent, nec omnino ad perfectam deliberationem tempore indigant. Tum quia etiam hic meritum damnationis non recte simul iungitur cum damnatione: damnatus enim est in termino, qui autem demeretur, in via. Denique durum est, Angelos bonos & malos, toto tempore terminum antecedente, fuisse eiusdem inter se conditionis & meriti.

Quare sunt alii, qui existimant viam Angelorum tribus instantibus fuisse consummatam. E quorum numero est

⁸ Quinta sententia Capreoli in 2. dist. 4. q. 1. a. 1. & 3. qui instantia illa sic distinguit. In primo, ait, fuerunt omnes Angelii, tam boni, quam mali, in gratia, sed sine merito beatitudinis, quia vt dictum dub. præceden. ex Capreoli sententia, Angelii receperunt gratiam, sine propria dispositione. In secundo boni, vendo accepta gratia, promeriti sunt beatitudinem; mali autem peccando amiserunt gratiam. In tertio boni beatitudinem, mali autem damnationem adepti sunt. Atque eandem sententiam recentioribus Thomistis tribuit Vasquez loc. cit. quamvis Bannes q. 63. a. 6. & Zumel q. 62. a. 5. quæstiunc. 2. eam potius refellant. Quid autem nos de ea sentimus, mox dicetur.

⁹ Sexta sententia est Gabrielis in 2. dist. 5. q. 1. a. 2. & Bassolis quæst. 1 artic. 3. qui hoc differunt à Capreolo, quod in primo instanti constituant Angelos sine merito quidem, sed simul etiam in pura natura. Eandem sententiam & instantium designationem velut probabiliorem refert etiam Scotus eadem distin. 5. quæst. 1. Sed utraque hæc sententia refellitur ex dictis dub. præceden. in quo docuimus,

Angelos & in gratia creatos fuisse, & ad eam se proprio actu dispositi. Quæ ratione refelluntur etiam omnes illæ sententiae, quæ quatuor instantibus negotium hoc transactum fuisse docent: omnes enim supponunt, Angelos non fuisse creatos in gratia; præterquam quod alii etiam modis parum probabiliter philosophentur, vt ex dictis colligi potest, & videre est apud Scotum & Gabrielem locis citatis.

¹⁰ Quare idem Scotus loc. citat. hanc septimam sententiam cæteris anteponit; quæ tria instantia, siue tres moras in hunc modum disponitac distinguit, vt in prima omnes Angelii fuerint creati in gratia ac meruerint; in secunda mora, boni persisterint in merito, & mali ceciderint; in tertia morula seu instanti utrique fuerint in termino. Declarans vero Scotus ibidem articulo secundo, quæ fuerit ratio secundæ moræ, docet, eam contineri plures actus, quodam ordine sibi succedentes, tam bonos ex parte boni Angelii, quam malos ex parte mali. Quæ sententia est probabilis, & defenditur etiam à Suarez lib. 5. cap. 11. num. 14. & Molina quæstion. 63. articulo sexto, eidemque fauet Sanctus Thomas quæst. 63. artic. 6. ad 4. vbi expresse duo instantia etiam viæ boni Angelii videtur tribuere, vt dicimus.

¹¹ Octaua igitur, & verior sententia est, quæ totum negotium sic ait fuisse transactum, vt in primo instanti omnes Angelii creati in gratia, meruerint beatitudinem; Angelii vero boni aliquamdiu perseverantes in eodem merito, denique in secundo instanti assediti sint beatitudinem; mali vero dum priores illi meritum continuarent, mox in secundo instanti peccarint, & denique in tertio instanti fuerint damnati, ac in termino. Vbi instantia accipitur pro instanti Angelico, quorum unum constituitur ex una, seu pluribus operationibus Angelii simultaneis; plura vero instantia, ex pluribus operationibus Angelicis succedentibus; quæ in una aliqua durabili & permanente operatione Angelii non fundentur, vt inferius dicetur: esto interim singulæ operationes, adeoque & instantia coexistant, aut saltem coexistere potuerint temporis nostro, iuxta S. Thomam q. 62. a. 6. ad 4.

¹² Atque hæc sententia colligitur ex S. Thoma hic cit. quæstio. 62. artic. 5. vbi dicit, sanctos Angelos per unicum actum charitatis ad terminum peruenisse, & quæst. 63. artic. 5. & 6. interalia docet, malos Angelos per meritum primi instantis consequentes fuisse beatitudinem, nisi impedimentum posuissent peccando. &c. quicquid Suarez & Thomista nonnulli refragentur. Eandem sequuntur Gregorius de Valentia citat. quæstion. 13. pun. 2. Vasquez disputat, 229. cap. 10. & vt appareat Bannes quæstion. 63. artic. 6. Nec videtur dissentire Zumel ibidem; quamvis enim in secundo instanti nouum meritum tribuat bonis Angelis, vt ita non minus boni, quam mali Angelii, duo instantia viæ habuerint; non tamen collocari nouum hoc meritum in diuersa operatione Angelica, succidente priori; & potest nouum meritum esse, ac dici, vel ob solam continuationem prioris meriti, vel ob solam accessionem nouæ alicuius operationis se-

cundariae, qua primum meritum, primumque instantis in se non variantur, ut dicemus.

13

Quare in hoc ipso, etiam quoad modum loquendi, magis probatur quod docent Valentia, Bannes, & Vasquez locis cit. Angelos bonos ad terminum peruenisse, in duobus instantibus intrinsecis, in quorum priori, habuerint durabile aliquod meritum beatitudinis; altero, beati fuerint effecti: malos vero in tribus, quorum primo promeruerint beatitudinem, non minus quam Angeli boni, ut expresse docet Sanct. Thomas quæst. 63. artie. 6. in secundo peccarint; in tertio damnati fuerint: è quibus tamen priora duo instantia non fuerint diuturniora, quam prius & vnicum illud instantis viae Angeli boni; Ex quo sequitur, viam Angeli boni vnum tantum habuisse instantis intrinsecum; viam vero Angeli mali duo, quibus tamen vnicum illud instantis boni Angeli secundum durationem fuerit æquale.

14

Atque hæc sententia non aliter probatur, nisi quia & conformis est naturæ Angelicæ, & proportionata modo, quo homines perducuntur ad suum terminum; & recte tectur omnia, quæ de Angelorum conditione, qua cum creati fuerunt, dicta sunt dubio præcedenti: præsertim etiam saut modus loquendi Patrum, dum dicunt Angelos bonos perseverando (non variando) in statu innocentiae, fuisse gloriam consecutos, ut videtur est in Gelasio, Gregorio, Prospero, & aliis citatis initio.

15

Dices. Ex communi doctrina Patrum; Luciferum in sua secunda mora excitasse bellum in cœlo contra Deum, aliosque Angelos ad rebellionem prouocasse; Michaelem vero principem cum reliquis sanctis Angelis sectatoribus suis illi restitisse, & Dei gloriam & honorem zelasse: Ergo necesse est, Angelos bonos post primum meritum beatitudinis, primumque instantis exercuisse nouos actus, tum intellectus, tum voluntatis, quibus Lucifero resistarent, eiusque allegationi ad peccatum contradicerent, puta per peculiares actus humilitatis, subiectio- nis, & ferventioris charitatis erga Deum; & forte etiam orationis, quibus auxilium ad perseverandum, & resistendum implorarent.

16

Idem confirmatur ex S. Thoma quæst. 63. a. 6. ad 4. cum ait, primam operationem (primi instantis) in omnibus Angelis bonis fuisse: sed ab hac operatione quodam (nempe bonos) per matutinam cognitionem ad laudem verbis nissi conuersos, quodam vero in scipis remanentes, peccasse &c. Et ideo in primo instanti omnes fuisse bonos, sed in secundo fuisse bonos à malis distinctos. &c. Quibus verbis aperte S. Thomas duo instantia etiam viae boni Angeli tribuere videtur; idque iuxta Augustinum 4. super Genes. ad lit. c. 24.

17

Respondeo ad primum, concedendo, plures eiusmodi actus fuisse secutos; sed nego idcirco, absolute loquendo, eos in Angelo bono aut nouum instantis viae constituisse, aut abrupte prius meritum, primosque actus merendi in prime instanti habitos, saltem secundum substantiam, & loquendo à potiori, vnde sumenda est denominatio: quia nihilominus & primi actus fidei, spei, & charitatis erga Deum, in quibus principaliter consistebat primum meritum, & primum instantis viae boni Angeli, permanere & perdurare potuerunt; quibus pro-

inde perdurantibus, etiam ipsum primum instantis viae Angeli (sumendo à potiori denominationem) perdurasse recte dicitur. Quia vt instantia multiplicentur, non satis est, vt numerus actuorum augatur, sed necesse est, vt à priori actu principali, & qualiorum fonte cesseret, & ab illo ad alium transi- tus fiat.

Quod ex eo etiam comprobatur. Nam alias non tantum duo, sed etiam tria, quatuor, vel quinque instantia viae Angeli boni constituenda forent; quando ipsemet etiam Suarez fatetur, in secundo illo instanti rursus varios actus, & quidem sibi succedentes, interuenisse; sed quia tamen fuerunt connexi cum uno principali actu in se indi-uisibili, ac permanenti, à quo sumuntur vnitatis illius instantis, seu moræ, ideo ait, eos vnum tantum instantis constituere, citat. capit. t. 1. numero 19. Accedit, quod etiam in secundo instanti viae mali Angeli, dum prælarentur cum Michaeli, credibile est, fuisse nonnullam moram transactam; qua etiam ipsi Angelii mali vtiique plures actus malos sibi succeden- tes elicerent; & tamen nemo ideo plura instantia peccatis Angelorum tribuit.

Qua de causa etiam dici potest, instantis vni- tatem in proposito non ita stricte & mere physice accipi, sed quasi moraliter, pro aliqua mora, seu modo operationis Angelicæ, que secundum mo- ralem estimationem eadem sit, & æstimari possit; esto in ea physice sit aliqua pluralitas, & forte etiam successio actuum. Qua de causa etiam Scorus, & alii nonnulli Theologi, magis proprie eiusmodi instantia appellant moras seu morulas; & Suarez quoque, & alii utrumque modum loquendi vñ- pant. Neque his aduersatur Sanctus Thomascitat. quæstion. 62. artic. 5. vbi docet, Angelos per vnum actum charitatis beatitudinem fuisse consecutos; non enim excludit actus fidei & spei; neque forte etiam plures actus secundarios succedentes: nihilominus enim vni actui charitatis recte tribuitur, consecutio beatitudinis, quod in illo reliqui omnes fundentur, aut ex illo velut fonte profluant.

Quare nec illud obflat, si quis cum Suario con- tendat, ipso etiam actus fidei, spei, & charitatis in Angelis bonis, fuisse deinceps quoad individuationem mutatos; eo vel maxime, quod Angeli semper ex tota intentione præexistens habitus o- perarentur, habitus autem ipse continuo ex ipsa duratione meriti cresceret; &c. Nam & hanc obiectionem pariter omnes dissoluere debent; si enim propter eiusmodi varietatem secundum intentionem constituendum est nouum instantis, iam non vnum tā- tum, sed multo plura, imo infinita instantia consti- tuenda erunt: cum in continua duratione meriti, necesse fuerit continuo intendi habitum, si augmentū intentionis continuo subsequebatur meritus. Dico ergo, augmentum habitus solū, finito iam actu me- rendi, adeoq; in termino viae, collatum fuisse Ange- lo; aut certe quicquid sit de hoc, tamen ex variata intentione actus præcise non constitui in proposito nouum instantis; cum nihilominus moraliter, & quasi quoad substantiam in communi spectatam, idem actus, eademque conditio seu modus operandi permanerit; quodad durationem & identitatem vnius instantis satis est, ut diximus.

Ad

Ad locum Sancti Thomæ superius obiectum, fateor, eum planè esse obscurum, vt agnoscat etiam Gaietanus eodem art. 6. Sed ne tamen pluribus alijs eiusdem Sancti Thomæ locis aduersetur, dico, eum secundum instans & secundam operationem boni Angeli referre ad terminum eiusdem, in quo iam erat conuersus ad Deum per cognitionem matutinam in verbo, vt explicat etiam Gaietanus; non quod in eadhuc mereretur, vt putauit Gaietanus, sed quod tunc primum intrinsecè & adæquatè à malo Angelo distingueretur; cum alijs primaria operatio via bona Angelis secundum se (non quoad durationem) fuerit utriusque communis.

21Ceterum cum mors illæ, seu instantia Angelica, per respectum ad nostrum tempus, non fuerint ita indubia, quin coëxistere potuerint, & re ipsa coëxisterint nostro tempori, vt dictum, queri potest, quanta absolute mora à creatione Angelorum, usque ad eorundem terminum intercesserit. Respondetur, in particulari nihil constare, vt recte Molina citata quæstione 63. articulo 6. Vasquez disputatione 229. capite 11. & disp. 234. numer. 4. & alijs, tamen cum omnes faciantur, non fuisse longam moram, videtur etiam omnibus persuasum, multò citius, quam intraspacium unius diei naturalis fuisse transactum totum negotium, adeoque & lapsus ac ruinam diaboli contigisse, ante creatum primum hominem; quem ipse iam damnatus ad peccatum impulit Genes. 3.

Et quia Angeli fuerunt creati in principio seu primo instanti durationis creatæ, simul cum cælo & terra, adeoque ante creatam lucem, verdictum quæst. 1. dub. 1. consequenter dicendum, videtur, aliquo spacio primi illius diei, quo lux creata fuit, hoc negotium fuisse transactum; quanquam vt dixi in particulari nil certi potest definiti. Ita etiam post Augustinum lib. 1. de Genes. ad lit. c. 17. & imperfecto cap. 5. & lib. 11. de ciuit. cap. 19. item post Bedam, Rupertum, & Glossam in Genes. cap. 1. Et divisa lucem, ex communi docet Suarez hic lib. 7. cap. 2. num. 13. quicquid Iustinus in dialog. cum Tryphonie, & Irenæus lib. 4. cap. 78. dixerint, non peccasse Luciferum, donec homines tentaret. Certè dicere, non peccasse ante lapsum primi parentis, error in fide est, contra Genes. 3. & Sap. 2. vers. 24. Inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum, ut recte Molina loco citato.

22Quis vero status sit Angelii boni ac beati, constat partim ex dictis suprà disp. 2. quæst. 6. partim restat dicendum in 1. 2. de hominis beatitudine: si quidem communis est ea causa Angeli, cum ceteris beatis. Summatim autem restota in hoc constitit. I. quod in Angelo permaneant naturalia, adeoque etiam cognitio & dilectio naturalis, vt docet S. Thomas quæst. 62. a. 7. II. quod impeccabilis sit, vt docet art. 8. cont. Origenem homil. 20. & 24. in Num. & 13. ac 35. in Lucam; cuius errorem, damnat inter alios Fulgentius de fid. ad Petrum. III. quod in beatitudine essentialiter non possit proficere, nec ad diem quidem usque iudicij, vt docet artic. 9. quicquid olim in contrarium dixerit Magister in 2. dist. 10. sed in accidentaliter tantum; respectu cuius aliqui beatis etiam nouum concedunt meritum, in quibus Richardus in 2. d. 10. a. 1. q. 1. Bonaventura

in 2. dist. 11. art. 2. q. 2. & Gabrael q. 1. a. 3. dubio 2. Sed rectius cum suis negat Sanctus Thomas cit. art. 9. ad 3. Gregorius de Valentia q. 13. punct. 4. Vasquez disp. 230. cap. 2.

Quietiam addit, præmium seu gaudium hoc accidentale in beatis tantum crescere usque ad diem iudicij, quod consentaneum est etiam S. Thomæ, & alijs, loc. cit. Sed de quo tamen video dubitari posse; quia eti nullum nouum gaudium concipient, decontumpe peccatorum, aut ijs, que in terris aguntur, tamen nil videtur obstat, quod minus de alijs rebus, præsertim supernaturalibus, nouis subinde revelationibus & illustrationibus recurent, vt etiam indicat Valencia loco cit. Sed quia verius est, etiam has post diem iudicij cessaturas, recte absolute dicitur, hoc augmentum solum durate usque ad diem iudicij, vt communiter loquuntur Theologi, post Sanctum Thomam loco citato, & recte declarauit Suarez hic libro 6. capite 8. à numero 9.

D V B I V M III.

De via & lapsu Angelii mali; aspectum quando, quinam, cures suam, quo ordine, & quotnam Angelii peccarint.

S. Thomas 1. p. q. 63. a. 1. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

IDe via mali angelii, quantum ad ordinem variorum instantium, quibus eam peragit, satis actum est dubio præcedenti. Ad cetera hoc dubio proposita quod attinet, octo serè queruntur. 1. Vtrum Angelus natura sua necessario sit peccabilis. 2. Vtrum re ipsa peccarit. 3. An statim in primo instanti sua creationis peccarit, aut peccare potuerit. 4. Vtrum supremus inter Angelos malos, fuerit absolute supremus inter omnes Angelos. 5. An alijs Angeli eius suatione & exemplo peccarint. 6. An simul omnes peccauerint. 7. Vtrum plures peccatint, quam perleuauerint. 8. Ex quo ordine fuerint Angelii lapsi: quæ nos totidem assertioneb9 breuiter resoluem9.

IIAssertio I. Non est quidem Angelorum ullus sua natura malus; sed potius tamen eorum quilibet sua natura peccare: nec fieri potest, vt illa creatura intellectuali natura sua sit impeccabilis. Ita S. Thomas hic q. 63. a. 1. & 4. Et prima pars est de fide, & extra controversiæ, contra Manichæos & Priseillianistas, ex Concilio Bracharense I. can. 7. & Leone Iep. 1. ad Turibium. c. 6. & Concilio Lateranensi sub Innocencio III. cap. Firmiter de sum. Trinit. & fid. Cathol. Et patet ex illo Genes. 1. v. 31. Videlicet Deus cuncta qua fecerat; Erant et alde bona. Ratio est. Quia omne quod est, hoc ipso quod est, bonus est: seu quod idem est, Omne ens, qua ens, bonus est; Angelus secundum naturam suam est ens: Ergo secundum naturam bonus est. Quæ ratio probat Angelum secundum suam naturam non esse aliquid malum in genere Entis, vt videntur etiam intellecti Manichæi. Item quicquid Deo auctore fit, vt sic, malum non est; quia Deus non est auctor mali; Angelus qui libet secundum naturam suam Deo auctore factus est;

imò ab eo solo factus & creatus est, ex quæst. 1. dubio 1. Ergo secundum naturam suam malus non. est. Quæ ratio procedit etiam de malitia morali. Denique quod natura sua inclinatur in aliquod bonum particolare, sed in bonum vniuersale, Deumque ipsum, illud natura sua non inclinatur in malum: sed solum quod inclinatur in bonum particulae verbi gratia sensibile, cui per accidentem coniunctum solet esse malum, siue quod maiori bono repugnat, & priuat, potest inclinari etiam natura sua in id quod est malum, vt est appetitus sensitivus, &c. Quæ est ratio Sancti Thomæ, & probat etiam, Angelum sua natura non inclinari ad malum seu peccatum, vt quidem inclinatur homo ratione appetitus sensitivus. Quare etiam Dicitus capite quarto, de diuini. nom. *Verum, ne demones quidem, inquit, natura sunt mali.* Si enim natura mali sunt, nec ex ipso bono sunt, nec in ipsis quae sunt, nec vero ex bonis mutati sunt, si natura semper que mali erant.

Secunda pars est itidem certa, & extra controveriam. Ratio sumitur tum ex probatione tertiae partis; tum ex eo, quia Angeli quidam re ipsa peccarunt; Ergo etiam alij singuli peccare potuerunt, cum sit eadem quoad hoc ratio omnium.

Tertiam partem cum S. Thoma loc. cit. tradunt communiter Thomistæ, & Molina ibidem, item Aegidius in 1. dist. 23. quæst. 1. articulo 1. Richardus art. 1. quæst. 1. & dist. 6. quæst. 1. Scotus in 1. d. 2. 3. q. 1. Bassolis q. 1. a. 3. Carthusianus q. 1. Bonaventura a. 1. q. 1. Hervaeus in 2. d. 5. q. 1. a. 1. & dist. 7. q. 1. item Gregorius de Valentia q. 14. punct. 1. Vazquez disp. 23. 1. cap. 2. Suarez hic lib. 7. cap. 3. et si contrarium docuerint Ockam in 1. d. 44. q. 1. Gabriel in 2. d. 23. a. 1. & 2. Maior q. 2. item quoad finem & præcepta naturalia, Durandus in 2. d. 6. q. 1. & dist. 23. q. 1. Capreolus in 2. dist. 23. q. vn. art. 3. Caietanus hic quæst. 63. a. 1. & Ferrarius 3. cont. gent. cap. 109. qui tametsi negent, fieri posse naturam intelligentem, sua natura impeccabilem, in ordine ad finem & præcepta naturalia, putant tamen, impeccabilem sua natura esse posse in ordine ad præcepta naturalia.

Probatur assertio primum auctoritate Patrum. Ita enim docent Ambrosius lib. 3. de fid. ad Gratian capite 2. Hieronymus Comment. Epist. ad Galat. cap. 6. & epist. 146. Augustinus lib. 2. de ciuit. capite 1. & 6. Fulgentius libro de fid. ad Pet. capite 3. Gregorius libro 25. Moral. cap. 5. & Damascenus lib. 2. de fid. cap. 3.

Deinde ratio est. Quia si creatura intelligens est, necessario habet arbitrium liberum (quod frustra negarunt Nominales citati), adeoque indifferens, ad quodvis obiectum, quod ex se non necessitat voluntatem: tale autem est quodlibet bonum particolare creatum, etiam honestum; immo & in creatum, adeoque Deus ipse, non intuitu & in se cognitus, ut dictum etiam disp. 2. q. 3. dub. 3. & pluribus docetur in 1. 2. Hinc autem sequitur, peculiarem gratiam collatam fuisse Angelis bonis, ad hoc vt non peccaret, ut cum S. Thoma q. 62. a. 2. & q. 63. a. 1. docet Suarez lib. 5. c. 1. à num. 8. & cap. 9. à num. 2.

Assertio II. Angeli quidam re ipsa peccarunt, grauissimoque peccato iustum damnationem pro-

meriti sunt. Ita Theologi omnes, cum S. Thomas q. 63. art. 1. & cum Magistro in 2. dist. 4. Est de fide ex Scriptura. Iob. 4. versu 18. In Angelis suis reperit prauitatem. Et epistol. Iudaæ versu sexto. Angelos, qui non seruauerunt suum principatum, sed reliquerunt suum domicilium, in iudicium magii Dei, vinculis aeternis sub taligine referuauit. Et alibi sepe, vt dicimus.

Assertio III. Angeli non peccarunt in primo instanti sua creationis; sed statim post primum instanti, in instanti secundo: an peccare in ipso creationis instanti absolute potuerint, incertum est; & verior videtur affirmativa sententia. Priori, partem cum Sancto Thoma hic quæstione sexagesima tertia, articulo quinto, & Magistro in 2. dist. 4. docent omnes Theologi, excepto Eugubino libro 8. perenni. Phil capire 3. 8. cum Theodozio quodam Theologo, quem ipse citat. Eadem assertio tradunt communiter SS. Patres, præsentim Augustinus libro undecimo de ciuit. capite 15. eti in libris de Genesi ad lit. maximè libro undecimo capite 23. dubius.

Probat vera sententia primum omniibus illis Scripturæ locis, quibus suprà dub. 1. probauimus, Angelos omnes fuisse creatos in gratia: quibus testimonij etiam vtitur S. Thomas hic cit. a. 5. Deinde idem probatur ex Concilio Bracharensem. can. 7. vbi dicitur: si quis dicit, diabolum non fuisse prius Angelum bonum, & Deofallum, anathema sit. Quare opposita sententia fuit iam olim merito damnata à Theologis Parisiensibus, vt referti Bonauentura in 2. d. 4. qui & ipse etiam ait, ad hanc in proximè accedere, & S. Thomas hic cit. a. 5. ita de ea censet: Quia haec opinio auctoritate scripturæ contradicit, &c. ideo à Magistris haec opinio tanquam errore rationabiliter reprobata est. In quem sensum de eadem sententia loquuntur etiam recentiores. Rationes conuenientia eodem dubio 1. attulimus. Addit Sanctus Thomas aliam rationem ab impossibili; sed quæ forte non conuincit, vt mox dicetur.

Nec obstat illud Iohann. 8. Ille homicida erat ab initio, & 1. Ioh. 3. Ab initio diabolus peccat. Hoc enim non intelligitur de ipso instanti creationis Angeli; sed de tempore propinquo creationi mundi, ipsiusq; hominis respectu cuius homicida dicitur.

Secundam partem assertionis tradit Santos Thomas citata quæstione 63. articulo sexto ex communione. Intelliguntur autem non instantia nostri temporis, sed instantia Angelica temporis discreti, vt Caietanus, Molina, Vazquez, & alij communiter notant, & consentit Suarez hic libro 7. cap. 21. à num. 3. post Altisiodorensem, Alensem, Scotum, Ariminensem: licet absolute existimat, potuisse primum instanti mali Angeli, etiam esse instantia nostri temporis, ita vt prima & bona eius operatio solum duraret per instantem indivisibilis nostri temporis, adeoque intrinsecè in eodem instanti inciperet & desineret; et si neget hoc esse possibile Ariminensis in 2. distinctione quinta. De quo alibi. Ratio assertionis est; quia si malus Angelus etiam in secundo instanti bene fuisse operatus, vel saltem nullum posuisse impedimentum gratiæ: mox in eo fuisse confirmatus, vii boni Angelii. Idem patet ex dubio præcedenti.

Quod

Quod vero ad tertiam assertionis partem attinet, fatendum est quidem plures & grauiores Theologos ex antiquioribus esse, qui sentiantur, nec fieri quidem vlo modo potuisse, ut Angeli in primo instanti peccarent. Ita enim docet Hugo Victorinus in sum. tit. 2. cap. 2. S. Thomas hic q. 63. art. 5. & q. 16. de malo art. 4. Albertus in 2. d. 3. a. 14. Alensis part. 2. q. 29. mem. 1. a. 7. Bonatentur in 2. d. 3. part. 2. a. 1. q. 2. Richardus a. 2. q. 2. Durandus dist. 5. q. 2. Heruæus q. 2. a. 2. Capreolus d. 4. q. 1. art. 1. & 3. Argentina d. 6. quæst. 1. art. 2. Henricus quodlib. 8. q. 10. Holcoth in 2. quæst. 3. Ferrariensis 3. cont. gent. cap. 109. Caïetanus & Thomista recentiores hic q. 63. art. 5. Et fauēt Aureolus in 2. d. 4. a. 2. dum ait, potuisse quidem Angelum in primo instanti habere actionem cum defectu, sed non quæ imputaretur ad culpam.

Nihilominus tamen contrarium tradunt non pauci, nec contemnendi Doctores, speciatim Scotus in 2. dist. 5. q. 3. & in 3. dist. 1. q. 1. Ariminensis in 2. dist. 5. q. 1. art. 2. Bassolis quæst. 1. art. 2. Major q. 3. Gabriel dist. 4. quæst. 1. art. 3. Marsilius in 2. quæst. 3. art. 2. quos sequuntur Molina cit. quæst. 63. art. 5. & Gregorius de Valentia hic quæst. 14. pñ. 4. ubi negatiæ sententiæ præfert affirmatiuam; item Vasquez hic disp. 2. 3. 6. cap. 3. licet vtrinque dubius, censet tamen negatiuam nullasolidam ratione fulciri. Eodem modo Suarez hic lib. 7. cap. 20. num. 47. diserte etiam pronuntiat, & hinc tueretur, absolute loquendo, non esse impossibile, Angelum peccare in primo instanti creationis, loquendo in sensu diuiso, & de absoluta potentia Dei, adeoque non supposita aliqua speciali prouidentia & manutententia Dei; pro qua assertione citat etiam ipse Malonius in 2. distin. 6. disput. 7. & Herreram in 2. dis. 17. question. 2.

Ratio vero huius sententiæ est. Quia nulla ratio firma, aut valde probabilis adferri potest, quæ ostendat, id esse absolute impossibile, vt signatim expendendo singulas ostendunt Scotus, Ariminensis, Vasquez, & fuse Suarez locis citatis.

Etenim omisis aliis leuioribus & minoris momenti, speciatim quod multi existimant, in primo instanti non potuisse ab Angelo exerceri operationem liberam & deliberatam, quod refutat ipse met. S. Thomashic cit. q. 63. a. 5. vbait: *Manifestum est, quod creatio est instantanea, & similiter mortuus liberius arbitrium Angelis; non enim indigent collatione & discursu rationis; unde nihil prohibet, simul & in eodem instanti esse terminum creationis, & terminum liberius arbitrii;* potissimum inter omnes est, quæ vicitur S. Thomas ibidem, cum ait: *Quamvis res aliqua in primo instanti, quo esse incepit, simul incipere posset operari, tamen illa operatio, quæ simul incipit cum esse rei, est ei ab agente, à quo habet esse, sicut moueri sursum, in effigie generante. Unde si res aliqua habeat esse ab agente deficiente, quod posset esse causa defectiva actionis, poterit in primo instanti, in quo incipit esse, habere defectuam operationem: si enim si tibi que nascitur clauda ex debilitate feminis, statim incipiat claudicare. Agens autem, quod Angelos in esse produxit, scilicet Deus, non potest esse causa peccati. Unde non potest dici, quod diabolus in primo instanti sua creationis fuit malus.* Ita Sanctus Thomas, cuius proinde ratio in hoc fundatur, quod alias DE VS

esset author & causa peccati; cum operatio, quæ in primo instanti productionis ab aliqua re producta exercetur, sit ipsius generantis seu productentis; aut certe ei etiam velut causa & auctori tribuatur.

Sed hoc quidem verum haberet, in actione naturali, seu quæ necessario, aut per se ab eiusmodi re producta proficiuntur: sed de actione, quæ libere, & per accidens solum à causa illa producta exercetur, etiam contra intentionem & voluntatem primæ causæ productentis, non videatur probabile: alias enim cum Deus in quocunque instanti, tam hominem, quam Angelum intrinsece conseruet, pati ratione ei imputari possent peccata, quæ ab ipsis sunt; quod est absurdum.

Nec obstat primo, quod prima cogitatio Angelii sit à Deo; nam hoc non obstante, potuit Angelus in eodem instanti libere se determinare, mediante cognitione sui, ad varia obiecta cognoscenda, vt dictum quæstione tertia, dubio octauo, imo etiam seipsum cognoscendo, inordinate ferri insuam iphus excellentiam, iuxta Sanct. Thomam, quæstion. 63. articulo primo ad quartum, cum ad hęc omnia nullo Angelū discursu aut mora indigeat.

Nec obstat secundo, quod Angelus in primo instanti creationis necessario habere debuit veram & realem potentiam & facultatem se conuertendi ad Deum: quod videtur fieri non potuisse, si in primo instanti creationis peccasset; quia impossibile est, conuersione illam stare cum peccato. Nihilominus enim Angelus vere eam facultatem habuit, non quidem in sensu compósito, ita vt conuersio coniungeretur cum peccato: sed in sensu diuiso; quia potuit omisso peccato se conuertere ad Deum; eo modo quo peccator quilibet, in eo instanti, quo peccat, potest & potuit non peccare: nimurum quia in eo instanti, prius natura quam peccaret, posset non peccare.

Nihilominus tamen quia ad perfectionem diuinae prouidentiae spectare videtur, vt creaturam rationalem, supposita ordinatione ad finem supernaturalem, condat in actu primo perfecte instructam, ad eius consecutionem, neque eam primum productam statim in eodem instanti finata se deficere, & quasi in nihilum recidere, ne quasi exosus, aut ex necessitate, non bonitate spontanea, eam fecisse videatur, idcirco concedi potest, secundum ordinariam Dei legem fieri non potuisse, vt Angelus in primo instanti suæ creationis mox peccaret, vt docet Suarez loc. citat. numero 54. qui ita etiam priorem Sanct. Thomæ sententiam bono sensu interpretari conatur.

Assertio IV. Probabilius est, Angelum supremum inter malos, fuisse absolute supremum inter omnes Angelos. Ita cum Sanct. Thomahic cit. quæst. 63. art. 7. & Magistro in 2. d. 6. communis omnium scholasticorum; & consentient plures SS. Patres, speciatim Tertullianus lib. 2. cont. Marcionem cap. 10. Chrysostomus tom. 1. homil. de primo homine, & de casu primi hominis, Hieronymus in illud lob. 40. Ipse est initium viarum Domini, Gregorius lib. 4. Moral. cap. 12. vel 13. & lib. 9. cap. 2. Isidorus lib. 1. desum. bon. cap. 12. Bernardus serm. 1. de aduentu, & author de mirabil. script. lib. 1.

ib. 1. capite 2. apud Augustinum: & sauet non parum sacra Scriptura Iob. 40. versu decimo quarto. *Ipsæ est principium viarum Domini*: tametsi hic locus iuxta literam immediate spectet ad Behemoth, quem aliqui putant animal terrestre, vt Elephantem vel Rhinocerotem, alij genus quoddam serpentis siue Draconis: quod tamen non obstat, quia nihilominus etiam ad literam, & quidem sensu magis principali, ad diabolum pertinet, vt communiter Sancti Patres interpretantur. Accedit quod mortuum ad peccatum superbiæ, quo peccarunt Angeli, magis locum habuit in primo & supremo Angelo, quam in inferioribus, vt argumentatur Sanctus Thomas loco citato.

Contra hanc tamen assertionem Damascenus libro 2. de fide cap. 4. docet, Luciferum fuisse de inferno ordine Angelorum; quam opinionem eti defendi posse Augustinus lib. 11. de Genes. ad lit. cap. 19. tamen recte notauit Sanctus Thomas citat. art. 7. fidei non aduersari; imo vero addit, *predicandum illi non esse*. Quocirca etiam Vasquez disput. 237. cap. 2. & Suarez hic lib. 7. cap. 16. rem incertam esse iudicant; præcipue si de Angelo positivè supremo sermo sit: cum nihil obstat, plures esse eiusdem perfectionis specifica & individualis. Imo Suarez hoc sensu Luciferum non fuisse supremum, sed Michaëlem (supremum inter boatos) ei aequalis esse, probabilius videtur existimare: de qua re non est contendendum.

Assertio V. Probabilius est, Angelos inferiores à supremo fuisse exemplo, & suasione inducitos ad peccandum. Ita cum Sancto Thoma cit. quæstione 63. articulo octavo, docent Caietanus & omnes Thomistæ ibidem; item Alensis 2. part. quæst. 99. memb. 2. Altisidorensis lib. 2. sum. tract. 2. capite 5. Bonaventura, & Richardus in 2. dist. 5. Egidius, Argentina, Gabriel, Maior, Durandus in 2. distinct. 6. Gregorius de Valentia hic quæst. 14. punct. 6. Molina cit. quæst. 63. a. 6. & Suarez lib. 7. c. 17. eti res sit incerta, vt post Durandum recte Gregorius de Valentia loc. cit. & Vasquez disp. 238. capite 2. qui in oppositam sententiam magis inclinat; quam tradiderunt Albertus in 2. d. 6. art. 3. Guilielmus Parisiensis de vniuerso prima part. 2. partis, cap. 112. & Alphonsus à Castro contra heres V. peccatum heresi 3.

Probatur assertio Primo ex Scriptura. Nam locus ille Apocal. 12. versu 4. de cauda Draconis secum trahente tertiam partem stellarum, licet immediato, & maximè literali sensu, intelligatur de hominibus in Ecclesia militante peruerendis, ope diaboli; nihil tamen obstat, quo minus simul etiam intelligatur de Angelis per Luciferum seductis, vt cum Sancto Thoma hic citato articulo octavo. & cum Magistro 2. distinct. 6. Scholastici communiter, & iam olim etiam Prosper in dimid. temp. capite tertio, & Andreas Cœsariensis in Apocal. capite trigesimo quarto sive sermone 12. interpretati sunt, & bene etiam notauit Suarez hic lib. 7. cap. 17. numer. 2.º.

Secundo probatur assertio ex SS. Patribus. Ita enim docent Origenes lib. 1. Periachon in proœmio, Eusebius libro 7. de preparat. Euang. cap. 6. & lib. 4. demonst. Euang. cap. 9. Lactantius lib. 2. Iu-

st. cap. 14. Gregorius Nazianzenus carm. 6 de substantijs mente prædictis, Cœsarius dialogo primo, Chrysostomus in Psal. 14. Ambrosius epist. 33. vel 84. ad Demetriam, Hieronymus Isai. 14. vbi illa verba, *Tu terrâ tuam diffundisti, tu populum tuum occidisti*, ad Luciferum applicat. Gregorius lib. 3. moral. cap. 18. vel 23. Damascenus lib. 2. cap. 4. Bernardus tract. de gradibus humilitatis, & alijs.

Tertiò idem suadet ratio. Primum enim hoc non erat impossibile, vt recte demonstrat S. Thomas cit. art. 8. & fatetur Vasquez loe. cit. Angelus enim non indiget ad eligendum, vel exhortandum, vel etiam contentendum, temporis motu: deinde verisimile est, Angelum supremum in electione status sui non fuisse alij tardiorum; adeoque nec posterius peccasse, quam alios; sed nec etiam defuisse ipsi in eodem instanti, quo peccauit, voluntatem sua auctoritate alios in societatem peccati pertrahendi, eosque mediante locutione instantanea, ad illa pertrahendi: Verisimile est ergo id recipia fecisse, adeoque in eodem instanti etiam alios ad peccatum exemplum & suasione pellexisse.

Assertio V. I. Verisimilius est, Angelos quotquot peccauerunt, omnes simul peccasse. Ita Sanctus Thomas cit. a. 8. ad 1. Caietanus, & Thomistæ ibidem; item Egidius, Durandus, Argentina locis citatis, & consentit Gregorius de Valentia quæst. 14. punct. 6. Vasquez disp. 238. cap. 3. & Suarez hic libro 7. cap. 18. numer. 2.º. Ratio est. Quia hoc facile fieri potuit; & magis consentaneum est naturæ Angelicæ, quæ ad deliberandum tempore non indiget; simulque ita facilius defenditur, eos simul omnes ad terminum venisse, vt dictum dubio præced. Etsi nec ista assertio certa est; siquidem contrarium docent Bonaventura cit. d. 5. art. 2. quæst. 2. & Molina hic q. 63. art. 6. In quorum tamen sententia dicendum est, cujus prius peccauit, non ideo prius ad terminum damnationis peruenisse, vt notat Molina ibidem.

Assertio VII. Licet absolute non constet, quot Angeli peccauerint, satis tamen certum est, plures perleuasse, quam peccasse. Ita communis cum Sancto Thoma cit. quæst. 63. art. 9. & Magistro in 2. dist. 5. Et probatur ex citato loco Apoc. 12. de tercia parte stellarum per caudam draconis abstracta, &c. iuxta probabilem explicationem allata, assertio quinta. Vbi tamen nil opus est, præcise tertiam partem; satis est, minorem hac in numerum intelligere, prout saepe alias in Scriptura incertus numerus per certum numerum significatur. Ratio est. Quia, vt inquit Sanctus Thomas loc. cit. Peccatum est contra naturalem (vtique Angelorum) inclinationem. Ea vero quæ (hoc modo) contra naturam sunt, ut in paucioribus accidunt: natura enim consequitur suum effectum vel semper, vel in pluribus. Alia ratio est hominum, qui secundum appetitum sensituum naturaliter inclinantur in bonum sensibile, idque ipsum melius cognoscunt, quam bonum rationis; vt responderet Sanctus Thomas ibidem ad 1. Vid. supra quæst. 1. dub. 1.

Assertio VIII. Probabile est, è quolibet ordine Angelorum aliquos cecidisse. Ita cum Sancto Thoma cit. art. 9. ad 3. & Magistro in 2. dist. 6. & 9. communis Doctorum, contra Damascenum, & alios

relatos

relatos assert. 4. qui dixerunt, Luciferum sive supremum inter demones, fuisse ex ordine infimo; qui consequenter sentiunt, Angelos qui cediderunt, fuisse solum ex eodem ordine infimo, ut notavit ibidem S. Thomas. Ratio assertioñ secundum quendam conuenientiam est. Tum quia homines pro diuersitate meritorum & gratiae in supplementum ruinae Angelicæ, ad quemlibet ordinem Angelorum allumuntur. Tum quia hac ratione magis demonstratur & enitescit libertas liberi arbitrij, quæ secundum quemlibet gradum creature in malum flebit potest. Idem docent nonnulli Patres apud Suarez hic libro 7. capite 17. numero 2. & fau. Scriptura, dum Angelis malis tribuit nomen Cherub Ezechiel 28. & Ephes. 6. nomina Principum & Potestatum, quos simul Apostolus vocat mundi Reges tenebrarum harum.

²⁵ Addit tamen S. Thomas cit. resp. ad 3. In sacra Scriptura nomina quorundam ordinum, vt seraphim & thronorum, dæmonibus non attribui; quia haec nomina, inquit, sumuntur ab ardore charitatis, & ab inhabitatione Dei, que non possunt esse cum peccato mortali. Attribuantur autem ipsa nomina cherubin, potestatum, & principatum; quia haec nomina sumuntur a scientia, & potentia, que bonis malisque possunt esse communia. Ita Sanctus Thomas. In quem sensum etiam supra articulo septimo ad 1. rationem reddit, cur Ezechiel, 28. versu decimo quarto. *Tu cherub extensus, & protensus, &c.* ex probabili explicacione supremus malorum Angelorum fuerit vocatus Cherub, sive cherubin, cum tamen esset ex supremo ordine Seraphim, nimis quia lapsu Angelo non conueniebat nomen Seraphim & ardoris pre amorem; sed solum Cherubini, quia scientia nomen habet.

DUBIVM TV.

**Quale nam fuerit aut esse potuerit
primum Angelorum peccatum,
tum ex parte obiecti, tum ratio
ne subiecti.**

S. Thom. 1. p. q. 2. 3. a. 2. & 3.

Questio est, quale fuerit peccatum Angelorum, tum quoad substantiam, & ex parte obiecti; tum quoad accidentia, & ex parte subiecti. Circa primum plura sunt controversa. 1. An fuerit verum & formale peccatum superbiae. 2. an absolutè potuerit esse aliud peccatum, quam superbia. 3. quodnam fuerit obiectum eius superbiae; an similitudo cum Deo, an beatitudine naturalis vel supernaturalis; an unio hypostatica cum Verbo; vel aliqua alia excellencia. 4. An cum peccato superbia fuerint coniuncta alia peccata, & quæ nam. Circa secundum queritur, an peccatum illud fuerit ex aliqua incognititia, an ex malitia commissum. Deniq; dicendum est, an fuerit quoad hoc peccatum eadem ratio omnium Angelorum, etiam inferiorum. Quæ omnia sequentibus assertioñibus breuiter explicamus.

Affatio I. Primum peccatum Angelorum fuit proprium & speciale peccatum superbiae. Ita cum S. Thoma hic q. 63. a. 2. & 3. & Magistro in 2. d. 6.

cap. 2. habet communis ac certa Theologorum sententia; quam speciatim tradunt Altisiodorensis lib. 2. sum. tract. 2. c. 2. Albertus 2. part. tract. 5. q. 21. memb. 2. Alensis 2. part. q. 98. mem. 2. qui tamén addit, radice cupiditatem & auaritiam; sed non intelligit hoc nomine speciale aliquod peccatum, sed cupiditatem generanter acceptam, pro inordinato amore, & inclusam in ipso peccato superbiae, vt recte expolit Vasquez disp. 23. 2. c. 3. Idem docent Bonaventura in 2. d. 6. 2. 1. q. 1. Agidius quest. 1. art. 3. Richardus art. 1. q. 1. & 2. Gabriel in 2. d. 6. q. 1. a. 1. Nec dissentiant alij, qui dicunt, peccasse, aut immoderato appetitu beatitudinis, aut inuidia hominum, vt inferius dicemus. Idem docent recentiores omnes, Caetanus, & Thomistæ cit. q. 63. a. 2. & 3. Gregorius de Valentia q. 14. pun. 3. Vasquez disp. 23. 2. c. 3. Suarez hic lib. 7. c. 8. & 9. & Molina cit. a. 3. disp. vn. memb. 5. vbi addit, contrarium non esse tuum in fide.

Solus inter Scholasticos Scotus in 2. d. 6. q. 2. negat, primum Angelorum fuisse proprium & speciale peccatum superbiae, assertens, fuisse nimis amorem amicitiae erga seipsum; ex quo ortus fuerit etiam amor concupiscentiae inordinatus, & quasi cuiusdam luxuria spiritualis, in quo concupierit beatitudinem & delectationem spiritualis, ultra modum debitum. Ita post Lycherum cit. art. 2. recit. Scotum intellexerunt Vasquez disp. 23. 2. cap. 1. & Suarez hic libro septimo capite nono, etiæ etiam huc quest. 63. art. 3. alter Scotti sententiam referat. Cum eâ doctrinâ Scotti consentit Gabriele loco citato; nisi quod simul fatetur, illum ipsum amorem inordinatum erga se, fuisse speciale peccatum superbiae, vt dictum.

Probatur assertio primò ex Scriptura, que non obscurè indicat, primum peccatum in hoc mundo commissum, fuisse superbiæ. Tob. 4. versu 14. in superbia iniunxisti omnis perditio. Eccli. 10. versu 15. iniunxisti omnis peccati superbia. Quibus accidunt alla Scriptura loca, quibus cum speciatim de peccato Angelorum sermo sit, significatur, primum ac principale illorum peccatum fuisse superbia. Tob. 41. v. 25. Ipse est rex super omnes filios superbiae. Isaia 14. versu duodecimo. Quomodo cedisti de calo Lucifer, qui manu oriebas? corrugisti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo, in celum confundam, super astra Dei exalabo solium meum, sedebus in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Ezechiel. 28. versu 2. Elevarim est cor tuum, & dixisti, Dens ego sum.

Et tametsi tria haec posteriora loca, secundum immediatum literæ sensum, alio referantur; videlicet primum ad Behemoth, sive Cete maris, seu balænath, iuxta Pinedam; secundus ad Regem Babylonis; tertius ad Regem Tyri; negari tamen vix potest, etiam ad diabolum spectare, vt habet communis & recepta interpretatione Patrum ac Doctorum, apud Gregorium de Valentia quæstione decima quarta punct. 3. & Suarez loco citato. Idquod etiam de literali sensu, eodemque primario accipendum, vt sepe alias in Psalmis & Prophetis accidit: quo modo etiam Augustinus l. 3. de doct. Christ. &

3

lib. 11

lib. 11. de Gen. ad lit. capite 24. & libro 11. de ciuit. cap. 15. dicit verba illa Isaiae dicta esse de demono, in figura Regis Babylonis, quicquid Vasquez cit. disput. 232. cap. 2. non ita multum virium in his locis repositum existimet.

Huc spectat etiam illud Luc. 10. v. 18. *Videbam satanam sicut fulgur de calo cadentem.* Cuius loci vederetur probabilitima ea explicatio, voluisse Christum representato Luciferi superbientis casu, tacite eo loco notare & comprimere nonnullam discipulorum inasem complacentiam, quod demona sibi subijcerentur, ut cum multis SS. Patribus docet Suarez cit. cap. 8. à num. 12. et si cum Theophylacto refragetur Toletus in eundem locum.

Deniq; eodem modo illud 1. Tim. 3. v. 6. *Nè in superbiā eliam in iudicium (hoc est, parem sententiam & damnationem) incidat diaboli;* interpretantur Patres, speciatim Theodoretus & Theophylactus ibidem, Chrysostomus homil. 10. & Hieronymus epist. 83. ad Oceanum, vbi ait; *iudicium & ruina diaboli, nulli dubium, quin arrogantis sit. Incidunt in eam, qui in puncto hora, nondum discipuli iam Magistri sunt.*

Secundò probatur assertio ex communis sensu & doctrina SS. Patrum, apud citatos. Ambrosius lib. 4. epist. 33. vel 48. *sive in lapsa diaboli, inquit, sive in prauaricatione homini initium peccati superbiæ est.*

Chrysostomus homilla decima quinta in Iohann. Quid hac amena scelus? quid superbia maius? non esset è calo effectus; nec in diabolum versus cecidisset. Angelus, nisi hoc se sceleri inquinasset. Hoc malorum omnium ei causa fuit.

Augustinus lib. 14. de ciuit. cap. 11. *Superbus Angelus, ac per hoc inuidus, per eandem superbiā à Deo ad se fuit conuersus, & quodam tyranno fastu gaudere subditus, quām esse subditus elegit.* Similia habet lib. 12. c. 1. 6. & lib. 14. cap. 13. & lib. 22. cap. 1.

Fulgentius libro primo ad Monium, capite septimo, *Si initium peccati requiritur, nihil aliud nisi superbiā inuidus.* Dicit enim scriptura, *Initium omnis peccati superbia: quia tunc initium sumpsit, cum Angelus aduersus Deum clausus est.*

Prospel. 1. de vit. contemp. c. 3. *causam damnationis Luciferi assignat, Quia contra Creatorem suum typus superbiæ lethali hostilitate exstulit.*

Lea I. serm. 4. de collect. de diabolo loquens, *Invenitor ille, inquit, auctorque peccati, primum superbus, ut caderes, deinde inuidus, &c.*

Bernardus serm. 17. in Cant. Lucifer, qui manè oriebatur, præ propere elevabatur, &c.

Tertiò probatur ratione. I. Quia in natura tam excellenti, & adhuc incorrupta, nihil erat & quæ proclive, ac per immoderatum amorem & appetitum boni proprii, proprieæ & excellentiæ (in quo consistit peccatum superbiæ) peccare. Quod ex Sancto Thoma citat. questione 63. art. 1. & 2. ita declaratur. Primo enim nullum peccatum carnale committere per seipsum potuit Angelus; nec villa erat ratio cur approbatione ciuiusmodi peccati primum peccare vellet. Deinde valde difficile erat, ut circa objectum per se malum, v. g. odij erga Deum, nullo alio prauo affectu prævio, peccaret; præfertum quando odium peruersum supponit amorem peruersum. Denique ex obiectis spiritualibus, boni speciem habentibus, nullum erat, quod magis tam ex-

cellentem naturam afficere posset, quam propria excellentia, quod est obiectum superbiæ.

II. Quia ille ipse inordinatus amor amicitia erga seipsum, quem in Angelo Scotus assignavit, respectu boni sibi desiderati, fuit etiam amor concupiscentiæ; & quia hoc amore bonum, quod sibi primo desiderauit ac voluit Angelus, erat excellentia quædam, non conueniens ipsi secundum reclamationem, ut ex Scriptura & Patribus colligatur; id circò isipse amor sui inordinatus in Angelo, erat verum ac formale peccatum superbiæ; quod iuxta S. Thomam in 2. q. 162. Bonaventuram in 2. dist. 5. art. 1. quest. 1. in illo appetitu excellentiæ propria constitutus.

III. Si Angelus solù peccasset per inordinatum amorem & complacetiæ seu delectationem de proprio bono naturali, aut supernaturali, peccatum illud non fuisset tam magnum, quam in Scriptura & a Patribus describitur. Sicut peccatum (quo exemplo vitur Scotus) quo inordinatæ delectatur quis in speculatione conclusionis geometricæ, esto ad spiritualem quædam luxuriam reducatur, ut vult Scotus, non est tamen per se grāde aliquod, sed vix veniale peccatum.

IV. Denique quodeunque peccatum speciale, Scotus luxuriæ spiritualis nomine intellexerit, & abusus est vox; nec effugere potest, quin in eius peccati declaratione, ad veram & specialem superbiæ rationem delabatur, ut pluribus cū Caietano q. 63. art. 2. & 3. Vasquez disp. 232. cap. 3. & Suarez cit. cap. 9. Addi potest etiam alia ratio assertioni ex S. Thoma sumpta, ab impossibilitate alterius peccati, quam superbiæ; sed de qua mox disceptabitur.

Nec obstat, quod nonnulli Patres significant, primum peccatum angelorum fuisse inuidia erga hominem; seu ob conditionem naturalem, seu quod eiusdem beatitudinis consors esset futurus, seu quod Verbum diuinum humanam naturam esset assumptum, ut videre est apud Irenaeum libro 4. cont. hær. cap. 78. Tertullianum lib. de patient. capite 5 Cyprianum opus, de zelo & liuore, Basiliu in. Conc. de inuid. Nyssenum in orat. catech. cap. 6. & Bernardum serm. 17. in Cantica. Respondeunt enim cum Augustino libro 1. de Genes. ad lit. c. 14 Peccatum hoc inuidia, ut solet, natum fuisse ex superbiæ, non contraria. Quod sit, ut peccatum inuidia alio sensu primum dici non possit, nisi quia prius duratione aliud non fuit, licet formale peccatum, superbiæ ordine naturæ antecedenter. Porro hac inuidia, inquit Augustinus, sequitur superbiæ; non enim causa superbiæ est inuidia, sed causa inuidiæ est superbiæ. Cum igitur superbiæ sit amor excellentiæ propria, inuidia vero sit odium felicitatis alienæ, quid inde faciat, satis in prompta est. Amando enim quisq; excellentiam suam, vel patribus inuidet, quod ei coequetur; vel inferioribus, ne sibi coequetur, vel superioribus, quod ei non coequetur. Superbiendo igitur inuidia, non inuidendo quisq; superbiæ est.

Assertio II. Possunt quidem in Angelis esse omnia peccata, secundum reatum culpæ & penæ, adeoque secundum consensum & complacetiæ voluntatis; non tamen propriæ & formaliter, & secundum proprium actum, quo peccatum ipsum perficitur; et si possint etiā hoc modo in eis esse quædam alia præter superbiæ, & inuidia. Prima & secunda pars

pars est communis Doctorum cum S. Thoma hic cit. q. 63. a. 2. quem sequuntur Caetanus, & omnes Thomistæ, vñ & Molina ac Vasquez ibidem, item Gregorius de Valentia q. 14. p. 2. Suarez hic l. 7. c. 9. n. 3. nec dissentunt alij Scholastici.

Ratio est manifesta. Quia demones & cōsentire possunt in omnia peccata hominum, eademq; re ipsa procurare: quo ipso iam sunt participes eorumdem peccatorum secundum reatum tam penitentiam, quam culpam. Nec tamen possunt ipsi per se proprios actus peccatorum carnalium vere exercere & perficere, vt gula, luxuria, &c. ino nec possunt habere inclinationem naturalem ad ista; quia sunt substantiae incorporeæ, qua per se non delectantur aut afficiuntur obiectis corporeis, nec cuiusmodi de corporeis actus exercent, vt suo loco q. preced. dub. 5. dictum. Eodemque sensu Augustinus lib. 14. de ciuit. cap. 3. dixit, *diabolus non esse fornicatorem, aut ebriosum, neq; aliquid huic modi: esse tamen superbiam & inuidum.* Et hoc est quod S. Thomas cit. a. 2. dixit, omnia peccata posse esse in diabolo, secundum reatum, non secundum effectum.

Tertia pars assertionis ita declaratur. Quamvis enim S. Thomas quidem cit. art. 2. ad 2. dist. pronuntiet, *solan superbiam & inuidiam esse pure spiritualia peccata, qua demonibus competere possunt;* sicut & art. 1. assertuerat, primum peccatum Angelorum non potuisse esse circa obiectum per se malum; contrarium tamen docet Molina cit. a. 2. & Vasquez eodem art. 2. multis ostendit difficultatem eius doctrinæ; ino etiam Caetanus eodem art. 2. doctrinam S. Thomæ, et si forte parum accommodatæ ad eius verba & mentem, restringit ad primum peccatum Angelorum. Sed & Suarez l. 7. c. 15. affirmat, Angelum etiam alijs modis peccate posse.

Ratio est. Quia præterquam quod Angelus peccat etiā vero & formaliter odio erga Deum, (quod Molina etiam putat absolute potuisse esse primum peccatum Angelii,) cur Angelus non possit aut potuerit etiam primo peccare formaliter peccato inobedientiæ; cur non possit committere peccatum formale idolatriæ erga alium Angelum, venerando illum vt Deum? Cur non peccatum curiositatæ; cur non blasphemia erga Deum, aut contumelia erga alios Angelos?

Omitto peccata omissionis; itē peccatum hæresis & infidelitatis, vñ & iniustitia circa res temporales hominū, quā tamen vrget etiā Vasquez. Quia enim habuit evidentiæ in reuelatiæ circa veritates credendas, vt superius dictū, verius est, nō potuisse committere verū ac positivum peccatum hæresis seu infidelitatis per dissensum aut dubitationem, circa rem fidei sufficienter ipsi proposita, vt vide re est apud Suarez l. 7. c. 15. Res vero externas hominis usi lādere prauo & iniquo affectu possit, qd tamen nihil horum facere potest, nisi Deo permittente, existimari fortè potest, eo ipso ieiunio hanc in ipso opere externo non esse re ipsa contra iniustitiam. Similis est ratio proptij peccati Ira, prout mansuetudini opponitur: quo sensu hoc peccatum in Angelis propriæ esse recte negat S. Thomas cit. a. 2. ad 2. esto possit in eo esse prout est inordinata vindictæ cupiditas: qua ratione ad iniustitiam pertinet, vt pluribus Suarez cit. cap. 15.

Nec obstat ratio S. Thomæ, quæ videtur esse talis. In Angelis non potest esse peccatum, nisi spirituale, siue circa obiecta spiritualia: affectus autem erga obiecta spiritualia peccatum esse non potest, nisi talis sit affectus, vt superioris regulâ contempta, vel neglegta, in ea obiecta feratur: at qui contemnere vel negligere regulam Superioris, est peccatum superbiae; Ergo in Angelis solum potest esse peccatum superbiae, & quod inde nascitur inuidie. Ex dictis enim utraque propositio minor facile negari potest. Neque enim aut odium Dei malum est, quia superioris regula negligitur; aut omnis neglectus vel contemptus regule superioris est superbia, cum possit esse inobedientia, &c.

Quod si ex eodem S. Thomæ, i. in corp. & ad 4. rationem ad primum peccatum Angelii accomodaueris hoc modo: Angelus circa obiectum per se malum eligendum primò peccare non potuit; cum id non possit fieri abque aliqua ignorantia, vel errore; sed circa bonum tantum, idque spirituale, per immoderatum eius appetitum; quod ad superbiam pertinet. Ergo, &c. rursus nec maior propositio cum sua ratione firma subsistit, vt eam etiā negat Molina loc. cit. & quod ad rationem attinet, fusse Suarez l. 7. c. 4. 5. 6. & de minore manet eadem difficultas, quam antea notauiimus. Quare si de physica & abolita importunitas sermo sit, verius videtur oppositum eius, quod ratio illa concludit. Sed qualenam in specie fuerit peccatum illud superbiae Angelorum, explicandum sequitur.

Affirmatio III. Peccatum illud superbiae angelorum fuit quidem in hoc situm, quod angelii ex contemplatione sua perfectionis elati, & immoderato quadam sui suæque perfectionis etiam naturalis amore capti, inordinate concupierint aliquam cū Deo similitudinem: at vero quænam de cætero fuerit specialis ratio prima illius superbiae Luciferi, & angelorum ei adhærentium, certo constare non potest: credibile tamen est, eam non fuisse vñ & simplicem; sed minimum duplicum, tum in amore seu appetitu inordinato beatitudinis seu naturalis, seu supernaturalis; tum in superba affectione unionis hypothistica cum Deo positam.

Probatur & declaratur affirmatio. Prima enim pars est communis omnium Doctorum, quos citabimur, cum S. Thoma hic q. 63. art. 3. & cū Magistro in 2. dist. 6. & sumitur aperte ex citatis scripturarum lotis Isaï. 14. *similis ero altissimo.* & Ezechiel. 2. 8. *Dixisti, DEVS ego sum.* Idem docent SS. Patres frequenter, speciatim Ambrosius loco cit. & in illud Psalmi 118. *Increpasti superbos,* Gregorius Nazianzenus orat. 27. & cairm. 6. Chrysostomus tom. 1. homil. 3. de verbis Isaïæ, Gregorius lib. 34. Moral. cap. 17. vel 14. Isidorus lib. 1. de summo bono cap. 12. Damascenus lib. 2. de fide cap. 4. & Beda tom. 8. lib. qq. quæst. 9. Ratio est. Quia supremus angelus, cum sit proximus post Deum, vix potuit alter inordinato appetitu excellentiæ efferti, quam inordinate affectando aliquam cum Deo similitudinem: cuius peccatum, cæteri angeli seruata proportione imitati sunt. Quare etiam S. Thomas loco citato dicit, *ab eo omni dabo peccasse angelum, appetendo esse, vt Deus.*

Secundam partem recte tradidit Vasquez d. 235.

cap. 1. & 3. & Suarez hic lib. 7. cap. 13. numero 13. Et facile probatur. Quia nec ex scriptura, nec ex Ecclesia definitione, nec ex Patribus, vel Doctoribus alijs, seu traditione, firmum aliquid & constans habetur: & si rationem spectemus, peccatum illud mille modis variare potuit. Quod magis patet, si breuiter Doctorum hac de re sententias regulerimus & expenderimus.

¹⁴ Prima igitur sententia est, Angelum peccasse, appetitu superbo (simplicis complacentia) æqualitatis cum Deo, etiam secundum naturam & esentiam. Ita docet Maior in 2. dist. 6. q. 1. & fauent huic sententia non parum Nazianzenus superius relatus. Sed hæc sententia communiter ac meritò à cæteris Scholasticis refellitur; quorum complures putant, fuisse impossibile, ut ita Angelus peccaret. Ita S. Thomas, Caietanus, & recentiores Thomistæ hic cit. q. 63. a. 3. & idem S. Doctor q. 16. de malo a. 3. Alensis 2. part. q. 98. mem. 3. Guilielmus Parisiensis 1. part. 2. partis de vniuerso cap. 109. Albertus in 2. d. 5. a. 3. Bonaventura a. 1. q. 2. Egidius q. 1. a. 2. Heruæus q. 1. a. 3. Durandus q. 1. Marsilius in 2. q. 5. a. 2. Capreolus in 2. d. 4. q. 1. a. 1. & 3. Ferrariensis 3. cont. gent. c. 109. & significat Gregorius de Valentia q. 14. pun. 3. & Vasquez disp. 233. cap. 2. non quod absolute sentiant esse impossibile, ita peccatum fuisse à Lucifero, quod quidam recentiores dixerunt; sed tum quod hæc sententia nullo fundamento nitatur; tum quod ex ea consequens sit, Christum fuisse prædestinatum ante præuisum Angelorum peccatum, cuius ipsi contrarium tueatur.

Mihi vero ob contrarium fundamentū non parum probabilis videtur hæc sententia. Nam suppono, Incarnationem Verbi fuisse Angelis reuelatam in via, vt dictum dub. 1. itemque Christum fuisse prædestinatum ante præuisum peccati, vt docui disput. 3. dub. 7. & 8. Quo posito, superbienti naturæ Angeli nihil fere proclivius erat, quam ob amorem excellentiæ propriæ, unione hanc sive affectare contra decretum Dei; sive offendere in homine Christo; siveque adeo & Christo debitum honorem recusare, cumque despiceret; & homini ob eam dignitatem inuidere. Præterquam quod ad hanc sententiam optime explicari possunt loca scripturæ, & ferè etiam SS. Patrum, dum docent, Luciferum affectasse esse Deum, vt superius retulimus, & fuisse persequitur Suarez hic loco citato. Idem à posteriori confirmari potest, ex summo odio, quo diabolus etiamcum Christum hominem persequitur.

Tertia sententia, eademq; admodum communis, est Scholasticorum, qui docent, Angelos peccasse immoderato appetitu sua beatitudinis; seu naturalis, vt magis inclinant S. Thomas q. 63. art. 3. & 3. cont. gent. cap. 109. Caietanus, Thomistæ, & Ferrariensis ibidem suis locis, Richardus in 2. d. 5. art. 1. q. 1. & 2. Egidius q. 1. a. 2. Capreolus in 2. dist. 4. q. 1. a. 3. Marsilius q. 2. a. 2. & q. 5. a. 1. Heruæus in 2. dist. 5. q. 1. a. 3. Bassolis q. 1. art. 2. seu supernaturalis, vt communiter sentiunt alij, speciatim Albertus in 2. d. 5. Durandus q. 1. num. 14. Argentina dist. 6. quæst. 1. a. 1. & 4. item Alensis 2. part. q. 98. memb. 3. Altisidorensis lib. 2. sum. tract. 2. cap. 2. Maior dist. 6. quæst. 2. Scotus dist. 5. q. 2. & sub disiunctione, ex citatis antea S. Thomas, Heruæus, Egidius, Richardus, Bassolis, & Thomistæ.

Sed qui tamen authores non eodem modo hæc sententia explicant. Quidam enim, vt Altisidorenensis, Heruæus, Durandus, Argentina, Marsilius, Maior, Ferrariensis, & Caietanus, docent, eo solù peccasse Angelum per appetitum supernaturalis beatitudinis.

¹⁵ 3. part. quæst. 2. memb. 13. Dionysius Carthusianus in 2. dist. 5. quæst. 1. Parisiensis lib. 2. de via uerso parte 1. partis 2. cap. 106. & ante omnes Bernardus serm. 1. Aduentus, & serm. 2. in octaua Paschæ, & serm. 17. in Cantica; qui fere ab omnibus ita in hanc sententiam citatur; et si nihil his locis diserte, hac de re tradat. Apertus meo iudicio tradit illam Bernardus epist. 42. ad Henricum Senonensem Archiepiscopum, circa medium, ubi ita Christum loquentem facit: Inuiderunt mihi altitudinem, quam habeo apud Patrem, angelus & femina: ille potentia, illa scientia. Pos autem emulamini charismata meliora, discentes à me, quia miseri sum, & humilia corde.

Hanc vero sententia refellunt & reiiciunt Gregorius de Valencia cit. q. 14. pun. 3. & Vasquez disp. 233. cap. 2. non quod absolute sentiant esse impossibile, ita peccatum fuisse à Lucifero, quod quidam recentiores dixerunt; sed tum quod hæc sententia nullo fundamento nitatur; tum quod ex ea consequens sit, Christum fuisse prædestinatum ante præuisum Angelorum peccatum, cuius ipsi contrarium tueatur.

Mihi vero ob contrarium fundamentū non parum probabilis videtur hæc sententia. Nam suppono, Incarnationem Verbi fuisse Angelis reuelatam in via, vt dictum dub. 1. itemque Christum fuisse prædestinatum ante præuisum peccati, vt docui disput. 3. dub. 7. & 8. Quo posito, superbienti naturæ Angeli nihil fere proclivius erat, quam ob amorem excellentiæ propriæ, unione hanc sive affectare contra decretum Dei; sive offendere in homine Christo; siveque adeo & Christo debitum honorem recusare, cumque despiceret; & homini ob eam dignitatem inuidere. Præterquam quod ad hanc sententiam optime explicari possunt loca scripturæ, & ferè etiam SS. Patrum, dum docent, Luciferum affectasse esse Deum, vt superius retulimus, & fuisse persequitur Suarez hic loco citato. Idem à posteriori confirmari potest, ex summo odio, quo diabolus etiamcum Christum hominem persequitur.

¹⁶ Secunda sententia est, Angelum supremum, peccasse per superbiam, apperendo ynonem hypostaticam cum Verbo; ac simul auersando Christum hominem, submissionemque ac reverentiam ei debitam recusando. Ita docent Viguerius Inst. Theol. cap. 3. §. 2. ver. 15. Iacobus de Valentia in Psalm. 83. Catharinus opusc. propr. & Genes. 3. in princip. Naclantus ad Ephes. 3. Ascanius Martinengus in Genes. Ruardus artic. 8. Suarez hic lib. 7. cap. 13. num. 12. & in 3. part. tom. 1. disp. 42. seft. 1. eamque satis probabilem censet Molina q. 63. a. 3. disp. vn. memb. 5. & fauent Alensis

¹⁷

¹⁸

¹⁹

²⁰

²¹

²²

²³

²⁴

²⁵

²⁶

²⁷

²⁸

²⁹

³⁰

³¹

³²

³³

³⁴

³⁵

³⁶

³⁷

³⁸

³⁹

⁴⁰

⁴¹

⁴²

⁴³

⁴⁴

⁴⁵

⁴⁶

⁴⁷

⁴⁸

⁴⁹

⁵⁰

⁵¹

⁵²

⁵³

⁵⁴

⁵⁵

⁵⁶

⁵⁷

⁵⁸

⁵⁹

⁶⁰

⁶¹

⁶²

⁶³

⁶⁴

⁶⁵

⁶⁶

⁶⁷

⁶⁸

⁶⁹

⁷⁰

⁷¹

⁷²

⁷³

⁷⁴

⁷⁵

⁷⁶

⁷⁷

⁷⁸

⁷⁹

⁸⁰

⁸¹

⁸²

⁸³

⁸⁴

⁸⁵

⁸⁶

⁸⁷

⁸⁸

⁸⁹

⁹⁰

⁹¹

⁹²

⁹³

⁹⁴

⁹⁵

⁹⁶

⁹⁷

⁹⁸

⁹⁹

¹⁰⁰

¹⁰¹

¹⁰²

¹⁰³

¹⁰⁴

¹⁰⁵

¹⁰⁶

¹⁰⁷

¹⁰⁸

¹⁰⁹

¹¹⁰

¹¹¹

¹¹²

¹¹³

¹¹⁴

¹¹⁵

¹¹⁶

¹¹⁷

¹¹⁸

¹¹⁹

¹²⁰

¹²¹

¹²²

¹²³

¹²⁴

¹²⁵

¹²⁶

¹²⁷

¹²⁸

¹²⁹

¹³⁰

¹³¹

¹³²

¹³³

¹³⁴

¹³⁵

¹³⁶

¹³⁷

¹³⁸

¹³⁹

¹⁴⁰

¹⁴¹

¹⁴²

¹⁴³

¹⁴⁴

¹⁴⁵

¹⁴⁶

¹⁴⁷

¹⁴⁸

¹⁴⁹

¹⁵⁰

¹⁵¹

¹⁵²

¹⁵³

¹⁵⁴

¹⁵⁵

¹⁵⁶

¹⁵⁷

¹⁵⁸

¹⁵⁹

¹⁶⁰

¹⁶¹

¹⁶²

¹⁶³

¹⁶⁴

¹⁶⁵

¹⁶⁶

¹⁶⁷

¹⁶⁸

¹⁶⁹

¹⁷⁰

¹⁷¹

¹⁷²

¹⁷³

¹⁷⁴

¹⁷⁵

¹⁷⁶

¹⁷⁷

¹⁷⁸

¹⁷⁹

¹⁸⁰

¹⁸¹

¹⁸²

¹⁸³

¹⁸⁴

¹⁸⁵

¹⁸⁶

¹⁸⁷

¹⁸⁸

¹⁸⁹

¹⁹⁰

¹⁹¹

¹⁹²

¹⁹³

¹⁹⁴

¹⁹⁵

¹⁹⁶

¹⁹⁷

¹⁹⁸

¹⁹⁹

²⁰⁰

²⁰¹

²⁰²

²⁰³

²⁰⁴

²⁰⁵

²⁰⁶

²⁰⁷

²⁰⁸

²⁰⁹

²¹⁰

²¹¹

²¹²

²¹³

²¹⁴

²¹⁵

beatitudinis, quod non simul consideraret, auxilio & gratia Dei eam consequendam esse, ad quem modum etiam appetitum immoderatus beatitudinis naturalis Caietan⁹ & Thomistæ aliqui recentiores explicant, quasi ideo solum immoderatus fuerit, quod interim negatius se haberet Angelus ad beatitudinem supernaturalem.

²⁰ Sed hic modus explicandi hanc sententiam merito refellitur à Molina cit. a. 3. disp. 1. mem. 5. Gregorio de Valentia q. 14. pun. 3. Vasquezio disp. 235. capit. 2. & Suario hic. 7. capit. 10. & 11. Quia vix, ac ne vix quidem explicari & defendi hoc modo potest, Angelum aut per superbiam primum peccasse, aut tam graueriter peccasse, quam omnes merito censere; præsertim quia peccatum illud hoc modo explicatum formaliter solum est omissionis, non commissionis.

²¹ Scotus verò loco cit. eam immoderationem ac intemperantiam positam fuisse existimat in eo, quod vel intensius suam beatitudinem amaret, vel quod eam citius consequi voluerit, quam Deus decreuerat. Sed utrumque facile refellitur. Quia posterius frustra, & sine fundamento excoxitum est; intentio actus vero per se vti p̄cepta non est, ita nec culpabilis est, vt suo loco de charitate docetur. Præterquam quod hac ratione, non defenditur, primum Angeli peccatum fuisse superbia.

²² Communior igitur & verior modus explicandi hanc sententiam, est, quod Angelus ultimum beatitudinis finem voluerit proprijs viribus adipisci; siue quia ne à diuina gratia pendere hac in re cogeretur, ipsam beatitudinem naturalem, quam aliqui proprijs viribus consequi poterat, sibi profine absolute ultimo constituit, contemnendo quasi aliam beatitudinem superiorē, Dei gratia consequendam; siue quia ipsam etiam beatitudinem supernaturalem proprijs viribus consequendam affectauit, non quidem per errorem intellectus, vt putauit Egidius loc. cit. neque adeo voluntate absoluta & efficaci; sed affectu simplicis complacētia, prœvia ex parte intellectus aut sola simplici apprehēsione, qua id velut bonū apprehēderet, aut certe nullo alio iudicio prævio, nisi quo iudicaret, id bonum sibi delectabile esse.

²³ Atque hæc est aperte sententia S. Thomæ cit. q. 63. a. 3. vbi ait In hoc appetitj indebet esse similitudinē Deo, quia appetitj ut finem ultimum beatitudinā id, ad quod virtute sua natura poterat peruenire; auertens suum appetitum à beatitudine supernaturali, quia est gratia Dei. Velsi appetitj ut ultimum finem illam Dei similitudinem, quæ datur ex gratia, voluit hoc habere per virtutem sua natura, nō ex diuino auxilio, secundū Dei dispositionē. Et hoc consonat dictis Anselmi (lib. de casu diab. c. 4.) qui dicit, quod appetitj illud, ad quod peruenisset, si fieri posset. Et hoc duo quedammodo in idem redeunt; quia secundum utrumque appetitj finalē beatitudinem per suam virtutem habere, quod est propriū Dei. Quibus verbis postremis indicat S. Thomas, haec duo facile simul potuisse esse coniuncta, vt primo quidē ac principaliter Angelus vellet suis viribus supremā consequi beatitudinē, affectando hoc modo etiā simplici affectu ipsam visionem Dei; sed cum simul videret, hoc esse impossibile, despiciendo illam,

in seipso suaq[ue] beatitudine naturali voluerit conquiescere.

Quam sententiam hoc etiam fere modo explicant & defendunt, præter Egidium loc. cit. Albertus, Alenfis, Bonaventura, Bassolis, & Egidius locis citatis, quos sequitur Vasquez loc. cit. Et quanum eam impugnant & reijciant Gregorius de Valentia cit. q. 14. p. 3. Molina cit. q. 63. a. 3. disp. viii. m. 5. assert. 5. Suarez cit. l. 7. c. 10. & 11. est tamen valde probabilis; mihi que p[ro]p[ter] omnibus maxime probatur. Tum, quia communior est graviorum Theologorum; quam etiam complures Patres satis aperte tradunt, speciatim Augustinus lib. 4. Genet. ad lit. cap. 24. & 32. & lib. 11. cap. 13. & 23. & lib. 12. c. 1. & l. 14. c. 13. & l. 22 de ciuit. c. 1. vbi ait: Deus cum præficeret, Angelos quos dā per elationem, quia ipsi sibi ad beatam vitam sufficere vellent, tanti boni desertores futuros, non eis ademit hanc p[ro]p[ter]at. Similia habet Ambrosius epist. 84. & Gregorius l. 34. Moral. c. 7. vel 14. Relicto, inquit, cui debuit inharrere principiū, suum sibi apperit quodammodo esse principiū, relicto eo, quod vere illi sufficere poterat, sibi sufficere posse inducavit. Tum quia negari non potest, & maximam h[ab]et esse superbiam, nolle in suprema beatitudine cōsequēda à diuina gratia pendere, eique se submittere, & possibile fuisse, vt Angelus hunc superbie affectum conciperet.

²⁴ Quarta sententia est, Angelum ideo peccasse per superbiam, & affectionē similitudinis diuinæ, quod aut indebitē præcessit alijs, aut non debite subesse voluerit. Quia sententia rursum varijs modis explicatur. 1. quod voluerit esse exemptus ab omni actuali & positiuo Dei imperio; quod post Guilielmum Parisiensem l. de vniuerso parte seu lib. 2. part. 1. cap. 109. & 110. sequitur Valentia loc. cit. & significant etiam nonnulli ex Patribus, vt dicetur. 2. quod Angelus noluerit se submittere Christo & verbo incarnato; nec homines sibi pares in gratia & gloria ferre, de qua r[es] dictum, supra in relationē secundā sententia. 3. quod voluerit omni reliqua creatura suapte autoritate & prohibitu præesse. Quod docet Molina loc. cit. post Bonaventuram in 2. dist. 5. art. 1. q. 2. Nec dissentiunt alij quidā, vt dicemus. 4. quod affectauerit officium Salvatoris seu Redemptoris, siue per vniōnem hypostaticam, siue in persona propria, vt etiam docet S. Thomas q. 16. de malo art. 3. ad 4. 5. quod affectauerit diuinos honores, qui buscoleretur vt Deus, quod etiā fiunt vel maxime consequi studet. De qua re sit hæc.

²⁵ Assertionē IV. Potuit quidem Angelus his alijs ue similibus modis superbe efferriri, adeoq[ue] peccare per superbiam; nec incredibile est eum vno aliquo, pluribusve eiusmodi modis re ipsa peccasse; sed non ita tamen, vt hoc peccatum esset primarium, sed secundarium, & ex alio consequens. Ita aperte etiā docet S. Thomas cit. q. 63. a. 3. vbi post relata superius verba subiungit: Quia vero quod est perse, est principiū & causa eius, quod est per aliud, ex hoc etiam consecutum est quod appetitj aliquem principatum super alia habere, in quo etiam peruerse voluit Deo assimilari. Quasi dicat, principale intentum Angelis fuisse, in seipso absolute modo explicato excellere; hinc vero etiā cōsequens fuisse etiā

dominari peruersè cuperet. Eodem modo loquitur Alensis 2. part. q. 98. mem. 3.

Et consentiunt Bonaventura in 2. dist. 5. art. 1. q. 2. Lyranus in illud Isai. 14. In celum descendam, Burgenis & Replicator ibidem post Basiliū orat. 17. de humilitate Augustini lib. 14. de ciuitate cap. 11. Gregorium lib. 34. Moral. cap. 17. vel 14. & Bernardum serm. 17. & 69. Nec dissentit Suarez cap. 14. & Vasquez disp. 235. cap. 6. qui cum Burgenis addit potuisse etiam peccare, nolendo simplici affectu (vt circa primam sententiam diximus) subesse Deo, sive ab eo dependere etiam secundum naturam; et si hoc absolute videatur, negare S. Thomas cit. a. 3.

Ratio assertoris, supposita rei possibiliitate, quæ nō indiget probatione, sumitur ex S. Thoma: quia prius ratione est, habere absolutam in se excellentiam, quam relatiuum, & per comparationē ad alios. Prior etiam est affirmatio, quam negatio, adeoque actus prosecutionis, quam fugere; prius ergo Angelus positivè affectauit excellentiam indebitam, quam fugerit oppositam subiectiōnē; prius etiam in seipso voluit excellere; quam alijs præcellere & præesse; adeoque posterius hoc peccatum velut secundarium ex priori natum est.

Et confirmatur assertio; quia cum SS. Patres, tū diuersi, rum etiam ijdem, iisdem vel diuersis locis, vt ex dictis colligi potest, diuersis modis peccatum illud superbia Angelis explicit, merito ad eos conciliando, plures eiusmodi modi superbiae adiuntuntur &c. His consentit etiā Suarez cit. l. 7. c. 14. & 15. à n. 6. vbi docet, plures rationes & quasi species superbiae in peccato Luciferi fuisse ut arrogantium, ambitionem, vanam gloriam &c. & additum 17. non tamen ideo multiplicata fuisse peccata in Angelo, sed unam superbiam varijs nominibus secundum diuersam habitudinem & circumstantias explicari; de quo hic non disputo.

26 Assertio V. Angelus in via constitutus, contumelias quidem plura alia peccata, præter superbiam, vt Inuidia erga homines, & forte etiam odij, ac contumelias, iniqui appetitus vindicandi, erga Deum, Christum, & homines: sed hæc peccata nata sunt ex peccato superbiae. Ita S. Thomas cit. q. 63. a. 2. corp. & ad 3. Et de inuidia est certa & communis Doctorum ac Patrum sententia, de qua iam superius diximus, qua ratione ex superbia soleat nasci. De alijs peccatis relatis probabiliter docet Suarez lib. 7. c. 15. à n. 18. & sive Vasquez q. 63. a. 2. ex SS. Patribus; nec aduersantur Scholastici. Ratio est. Quia proprium est superbia, odiss & vlcisci velle eos, qui cōcupitæ excellentia obstat, eiusq; eminentiam diminuere videntur.

27 Assertio VI. Peccatum Angelis fuit in suo genere grauissimum, adeoque nec ex fragilitate, nec ex ignorantia priuationis, aut præter dispositionis, sed ex certa scientia profectum; non tamen sine aliqua inconsideratione eorum, quæ considerari debent, quæq; eum à peccando auertere poterat, commissum. Ita expresse docet S. Thomas cit. q. 63. a. 1. ad 4. & prior assertoris pars est extra controversiam: postrema est communis Thomistarum, ac recentiorum ibidem, quam tuetur etiam Suarez lib. 7. c. 7. et si quoad ultimam partem contra-

rium doceant Scotus in 2. d. 6. q. 1. Gregorius de Valentia q. 14. pun. 2. & 3. Palaciū in 2. dist. 5. disp. 2. rati, Angelos absque omni incogititia & actuali inconsideratione peccasse.

Ratio totius assertoris quoad singulas partes est. 1. Quia peccatum superbie Angelis, tum ex obiecto fuit grauissimum; tum ex parte subiecti cum deliberatione sufficientissima coniunctū, ut mox dicetur. 2. In Angelis nulla est passio, nullus appetitus sensitius rationi repugnans, ex cuius inclinatione nascitur fragilitas peccandi. 3. In Angelis perfecta erat scientia naturalis, & supernaturalis rerum omnium, quæ ad recte viuendū requiruntur; adeoque & libertas seu facultas plenissima deliberandi de agendis; vt pater tum ex dictis supra quest. 3. de scientia Angelis; tum ex ipsa eius conversione ad Deum, in primo instanti habita.

4. Non tamen actu cogitauit omnia quæ illum à peccando poterant auocare. Tum quia iuxta Aristotelem 3. Eth. c. 1. omnis peccans est ignorans, de quo alibi. Tū quia moraliter impossibile fere, aut sane valde difficile est, omnia quæ ad eam rem faciunt cogitantem peccare, ut experientia constat. Tum quia plurima erant, quorum cogitatione à peccando auerti potuit Angelus, quæ omnia simul cogitare non facile erat Angelo, praesertim voluntaria applicatione, sive excellentiæ, eorumq; quæ co-spectabant cogitationi & amori (ex senondu mali) affixo. Ea vero quæ in contrarium obiiciuntur, facile soluuntur à Suarez ibidem.

Assertio VII. Ea quæ de peccato primi Angelii haec tenus dicta sunt, seruata proportione, etiam de peccatis aliorū Angelorum, intelligenda sunt. Ita habet communis Doctorū sententia, quia S. Thomas cit. q. 63. a. 2. & 3. de Angelis indefinite loquitur; vt fere etiam alij, ipsi que Patres citati.

Probatur & declaratur assertio. Primo enim omnes Angelos etiam inferiores peccasse primum per superbiam, omnes & quæ fatentur, speciatim. Alensis, Bonaventura, Richardus, Gabriel, Maior locis citatis, quicquid Lactantius lib. 2. Instit. cap. 14. errore lapsus dixerit, inferiores Angelos ad custodiam hominū deputatos, à Luciferō ad concupiscentiam faminarum & carnalia peccata fuisse inductos, & hoc fuisse illorum peccatum. Que sententia simul etiam falso supponit, Angelos scilicet corporeos, quod suo loco refutatum est. Et ratio sumitur tum ex dictis assert. 1. tum quia exterius Angeli exemplo supremi Angelii induci peccarūt; exemplum autem solet vel maximè ad peccatum simile inducere.

Secundo quoad immoderatum appetitum & cōplacientiā propriæ beatitudinis, similis fuit ratio omnium, siq; modus peccandi aequè in omnibus locū habere potuit, vt S. Thomas, & alij citati pro tercia sententia docent, quicquid hac etiā in parte reliquetur Suarez l. 7. c. 18. à n. 4.

Terterio quoad ambitionē vniuersi hypostaticæ, nō est credibile quidē singulos appetitis, vt ea fierint in sua vniuersitatisq; natura individua, hac enim ratione aduersus Luciferū, & inter se ipsi contraria fuisse; neq; natura supreami Angelii huc ducebantur; sed solū vt fieret in natura sui generis, nempe Angelica, non humana; & forte etiam determi-

determinatè, ut fieret in suprema natura eiusdem generis, nempe Luciferi.

Quarto quoad alios modos superbiae, credibile est, singulos appetitisse, Deo vti Regula seu imperante non subesse, sed potius alijs inferioribus proportione & conditione sui gradus suo arbitratu præesse, saltem sub Lucifero. Quod autem Gabriel & Maior locis citatis, peccatum Angelorum in eo solum constituant, quod concupierint Angelo supremo hanc excellentiam, vt ei, non Deo omnes subijcerentur, parum est probabile, vt pluribus Vasquez d. 238. c. 4. & Suarez lib. 7. c. 18.

D V B I V M. V.

De statu demonum, quantum ad naturalia; speciatim quæ sit causa obdurationis demonum.

S. Thom. 1. p. q. 64. a. 1. & 2.

Explícata via mali Angeli, sequitur ut de statu damnationis eiusdem; ac primo quidē quantum ad conditionem naturalem perfectionum eiusdem secundum se; deinde speciatim quanti ad peccatum agamus, de quo dubio sequenti.

Quod vero ad primum attinet, certum est primo, Angelos per peccatum naturalia, hoc est potentias & affectiones seu proprietates naturales, non amississe, vt docet S. Thomas cit. q. 64. a. 1. & consentiunt omnes Theologi in 2. dist. 7. post S. Dionysium c. 4. de diuin. nom. vbi ait: *Nōn igitur malum est dæmonum genus, quatenus inest in eo, quod in secundum natura; sed quatenus abest: nec mutatum bonum in iherusalem quod ex tributum est: sed ipsi à toto bono, quod eis datumerat, deflexerunt: dataq; eis Angelica misera nequaquam* (hæc vocula in verione Petriani desideratur; in græco est, *& unum*) *mutata esse dicimus; sed sunt & integra, & mitidissima, ipsi; non vident, quod suas facultates cernendi causa benigne concessas obstruxerint.* Vbi tamen ipse etiam Dionysius indicat, vsum naturalium potentiarum non esse planè incorruptum, sed per peccatum depravatum, vt mox dicemus. Ratio est. Quia Angelica natura est incorruptibilis; Ergo tam ipsa secundum se, quam secundum suas naturales proprietates & affectiones, qua ab ipsa necessario emanant, si quidem secundum se & in actu primo spectentur, est integra & incorrupta.

Secundo tamen; quod ab vsum intellectus attinet certum est, actualē cognitionem Angeli per peccatum varie depravatā esse. Quod ita declarat S. Thomas cit. q. 64. a. 1. Distinguit enim duplē veritatis cognitionē, vnam quæ habetur per naturā, & aliam quæ habetur per gratiam; hancq; rursus duplē, vnam speculatiuum tantum, sicut cum alicui aliqua secreta diuinorum reuelantur, alia quæ est affectiva & producens amorem Dei: ex quibus cognitionibus, ait, primam dæmonibus nec ablatā esse, nec diminutā; secundā autē non esse ab eis totaliter ablatā, sed diminutā; tertia vero esse totaliter priuatos, sicut & charitate. Ita S. Thomas, quæ Thomist. oñes, & Molina ac Vasquez ibidē, vti & Gregorius de Valentia q. 15. pun. 1. sequitur.

Id vero ita intelligendum est, vt primum illud dictum accipiatur, de cognitione naturali secundū se; & prout à motione voluntatis independens est. Nam ex defectu & peruersa motione voluntatis accedit, vt in vni p̄fus etiā cognitionis naturalis, non solum inordinate distraicti sint, sed etiā in iudicij naturalibus, quando abest evidētia, varijs modis sint errori obnoxij, vt dictum est supra quest. 3. dub. 8. & bene etiam norauit Molinaloco citato, & Suarez lib. 8. cap. 6.

Secundum vero dictum accipiendū est, iuxta ea quæ docuimus cit. qu. 3. dub. 7. non quod in illis vñl? fidei, alteriuscognitionis, etiā mere speculatiue actus, seu habitus supernaturalis remaneat, vt suo loco de fide docetur, & ex communi bene docent Molina, Valentia, Vasquez locis citatis, & Suarez hic lib. 8. cap. 6. quicquid in contrarium dixerint Alensis 3. part. q. 64. memb. 7. Durandus in 3. d. 23. q. 9. & Salmeron in Iacob. 2. mansisse in dæmonibus fidem supernaturalem, de quo alibi; sed quod in eis certe ipse alienus, etiā mere naturalis, & vel ab effectis desumptus, iuxta S. Augustinum 9. de ciuit. capit. 2. vel bonorum Angelorum informatione, seu vniuersim evidētia reuelantis nixus, de reb⁹ fidei, alijsq; secretis diuinis in dæmonibus sit & permaneat, vt indicat quoque S. Thomas hic cit. q. 64. a. 2. ad 5. Quo sensu etiam S. Thomas in 2. 2. q. 18. a. 3. ad 2. dicit, damnatos esse capaces fidei informis, licet non sint capaces speci. Atque ad hunc modum explicanda est intellectus cæcitas, quam Angeli per peccatum incurserunt.

Tertio, certum est, ipsam etiam voluntatem Angelorum post peccatum adeo esse depravatam, & in malo obstinatam, vt & perpetuo actu acerbissimi odij & impatientiae erga Deum exercant, nec possint moraliter loquendo ab eo cessare; propter perpetuam & incessabilem cogitationem & experientiam æternæ sua damnationis, iuxta illud Psal. 73. versu 23. *superbia eorum, qui te derunt, ascendit semper;* & communem Doctorum sententiam: nec omnino vñlius salutaris pœnitentia, adeoque nec redēptionis sint capaces, vt docet S. Thomas q. 64. a. 2. & cōsentiant omnes Doctores in 2. d. 7. & definitur in 5. & 7. synodo act. 11. & cap. Firmiter, de summa Trinit. & fid. Cathol. contra oppositum errorem Origenis, quem tamen post Russinum excusare; & ab eo errore purgare conantur Sixtus Senensis libro 6. Bibl. annot. 290. Scotus in 4. dist. 45. quest. 2. a. 2. & dist. 50. q. vn. art. 1. & Pieus Mirandulanus in sua Apolog. Videri hac de re potest Hieronymus epist. 65. ad Pamachium & Oceanū, & in Apologia pro suis libris, contra Russinum, Sanderus lib. 7. vñlib. Monarch. hæresi 46 & Castro V. Beatitudo, hæresi 3.

Idem patet ex Scriptura Eccles. 11. v. 3. *In quo-
cunq; loco ceciderit lignum, ibi erit. Iſai vñl. v. 24. Ver-
mis eorum non morietur, ignis eorum non extinguetur.
Matth. 25. v. 41. Discedite maledicti in igne eterni qui
paratus est diabolo. Apocal. 20. v. 10. Crucibuntur
die ac nocte in secula seculorum.*

Idem docent SS. Patres speciatim Augustin⁹ de ciuit. Dei lib. 11. & 12. passim, Fulgentius de fide

ad Petrum cap. 3. Prosper lib. 1. de vita contemplativa cap. 3. Cassianus collat. 4. cap. 13. & 14. Nyssenus siue Nemesius lib. 1. Philosoph. cap. 3. Gregorius 2. Moral. cap. 3. vel 4. & lib. 4. c. 9. vel 10. Isidorus lib. 1. sent. seu desum. bono c. 10. Bernardus serm. 2. 2. in Cantica. Optime Damascenus li. 2. de fid. cap. 3. & 4. vbi ait: *Quod hominibus mors, hoc Angelis est lapsus; post lapsum enim non est illis pani tentia via.* Ratio congruentia est. Tum quia demones non peccauerunt ex aliqua fragilitate carnis, vt homo; quam rationem reddunt Gregorius lib. 4. Moral. cap. 9. Cassianus collat. 4. cap. 14. & Damascenus lib. 2. fid. ca. 3. & 4. Tum quia naturale quodammodo est Angelis, non moueri ab eo, quod semel deliberat elegerunt. An autem hæc ratio absolute conuinat, inferius dicetur.

6 Hæc igitur cum inter Theologos certa sint, sunt tamen alia eodē spectantia controuersa, non pauca, nec levia. Primo enim dubitatur, quandam cœperit ea voluntatis obduratio. In qua re Scotus in 4. dist. 6. q. 2. ad 4. & Gabriel eadem dist. q. 1. articulo 2. afferunt, non à prima determinatione ad peccandum, eam obduracionem incepisse, sed in ea mora seu duratione, qua post primum instans peccati, usque ad damnationem intercessit, potuisse adhuc Angelum dolere de peccato commisso, adeoque ab eo non secus ac hominem poenitendo resurgere ac liberari; quandoquidem adhuc erat in via. *Quod etiam acriter propugnat Salmeron 2. Pet. 2. disp. 3. dub. 3.*

7 Sed contraria sententia est omnino tenenda, nimirum Angelum post primum instans peccati, nullo unquam tempore vel instanti recuperare, potuisse amissam gratiam, nec adeo post primum peccatum euadere potuisse damnationem aeternam. Ita docent S. Thomas q. 64. a. 2. Caietanus, & Thomistæ ibidem, Gregorius de Valentia q. 15. pun. 2. Molina q. 63. a. 6. Vasquez d. 229. cap. 7. & Suarez lib. 8. c. 1. à n. 5. ex communis Doctorum in 2. dist. 7. quos inferius referemus. Probatur ea vel maximè ex superioris citatis Patribus, qui hoc indicant. Fauet etiam scriptura 2. Pet. 2. vers. 4. *Deus Angelis peccantibus non pepercit:* quod perinde est, ac si dictum fuisset. Nullis Angelis peccantibus pepercit Deus; at vero si non statim post peccatum commissum adempta erat eis facultas poenitentia, nulla causa erat, cur non pauci saltem aliqui re ipsa peccatum per poenitentiam expiasserent, atque ita fuissent saluati. *Quæ etiam ratio est à posteriori.*

A priori vero, præter rationes congruentia superioris allatas, ratio esse debet. Quia Christus Redemptor non venit pro Angelis, sed solum pro hominibus, quantum ex scriptura colligi potest: Ergo nec gratia Christi Redemptoris, seu quod id est, gratia redēptionis, sine qua nemo potest à peccato resurgere, unquam obtigit Angelis, nec efficax, nec sufficiens; sed Deus iusto decreto omnem eam gratiam illis denegauit. Quam rationem tradunt Bonaventura, Scotus, Richard⁹, Agidius, Durandus, Ariminensis, Gabriel, Maior, & Bassolis in 2. d. 7. & Marsilius in 2. q. 5. a. 5. & sequuntur Molina, Gregorius de Valentia locis citatis, & alii, et si neget Suarez, ut dicetur. Cura autem Christus

Redemptor non etiam Angelis obtigerit, & diuinatus fuerit destinatus, SS. Patres varias assignant causas, apud Molinam & Valentiam locis citatis; easque præcipue, quas supra in certo tertio recentimus, de quibus plura in materia de Incarnatione.

Obijicitur; quod non solum iuxta Scotum loco citato, sed etiam iuxta S. Thomam q. 63. a. 6. ad 4. & doctrinam superiorius traditam dub. 3. instans secundum peccati Angelici, per ordinem ad nostrum tempus, non fuit penitus indubio; quia alioquin cum post illud immediate consecutū sit nouum instans damnationis corundem, ex eodem S. Thoma ibidem, fuisse unum instans Angelicum prorsus indubio; etiam per respectum ad nostrum tempus, alteri instanti, secundum primam sui existentiam itidem indubio, immediatum; quod fieri non potest, nisi pariter etiam in nostro tempore talia instantia immediata esse posse dicamus. Quod si ergo secundum illud instans via Angelorum peccantium fuit indubio, per respectum ad nostrum tempus, poruit ergo fieri, ut saltem post dimidiā quasi partem durationis eius instantis (per comparationem ad nostrum tempus) & à peccato cessaret Angelus, & gratiam obtineret; quia erat in via, & peccatum libere continuabat.

Propter hoc argumentum Suarez cit. cap. 1. à n. 21. concedit, Angelis non fuisse denegatum in via auxilium gratiae sufficiens ad resurgentem, etiam post peccatum commissum; sed solum efficax & speciale; quo fieret, ut quamvis absolute resurgere possent, moraliter tamen, & sine maxima difficultate, propter instantiam quasi voluntatis immobilitatem, non possent; nec eorum quisquam re ipsa effet unquam ad gratiam, & salutarem poenitentiam redditurus. Sed hanc doctrinam nec doctrinæ SS. Patrum superiorius relata, nec communis sensus Doctorum, imo nec scripturar, satis consonam existimo, ut ex dictis colligi potest.

Respondeo igitur, Angelum post primum statim peccati instans, etiam indubio accepit, per comparationem ad nostrum tempus, adeoque toto mox tempore consequenti inchoatione peccati, priuatum fuisse omni gratia, non solum habitudini, sed etiā actuali, qua resurgere posset, adeo quod penitus obduratum in peccato, ut dictum est, quidem potuerit interim (pro insita natura libertate alio mentem conuertendo) ab eo peccato cessare; quod negari non potest, nisi quis absolute neget, peccatum formaliter in via continuatum. Neque tamen idcirco sequitur, Angelū adhuc in via existentem poenam damni sentire cœpisse; non solum quia sententia damnationis prolata & intimata, ipsi necedum fuerat, sed etiam quia poena illa damni, prius (cum propriè sit priuatio beatitudinis, quæ nulli potest contingere in via) non incipit, nisi finita via, quando iam aliqui beatitudo ipsi ex diuino decreto poterat & debebat contingere.

Secundo dubitatur, quænam sit propria & immediata causa obdurbationis dæmonum in malo; quæ nempe fit, ut à peccato resurgere non possint, nec unquam potuerint. Et negari non potest, causam velut per accidens esse negationem gratiarum diuinarum: si enim Deus sanare ipsos vellet, utique absolute.

absolute loquendo posset, ut omnes fatentur. Sed an in ipsa quoque natura & voluntate Angelorum sit sufficiens & efficax huius rei causa, queritur; nam illi dicunt, Angelicam voluntatem esse natura sua inflexiblem ab eo, quod semel plena libertate & deliberatione elegit: consequenter obdurations Angelorum ad eam voluntatis inflexibilitatem, velut ad sufficientem causam referunt, in quibus speciarum est S. Thomas hic cit. q. 64. a. 2. Caietanus & omnes Thomistae ibidem, aliquis relati q. 4. dub. 2.

12 Sed verior est aliorum sententia, quos ibidem retulimus, nimirum peti quidam congruitatem huius obdurations ex ipsa natura Angelorum posse, attamen absolute causam in natura ipsorum positam non esse, sed in decreto DEI statuente, ut mox post primum peccatum, immo & post primum peccati instans, facultatem non habent salutaris penitentiae, ut recte docent Molina q. 64. a. 2. d. 2. Gregorius de Valentia q. 15. pun. 2. Vasquez d. 239. cap. 7. & d. 240. cap. 3. & quoad tempus, viam peccantis Angeli consequens, consentit Suarez lib. 8. cap. 7. a n. 6. post Bonaventuram, Richardum, Scotum, Aegidium, Durandum, Ariminensem, Maiorem, Bassalem, in 2. d. 7. & consentiunt Altisiodorensis libro 2. sum. tract. 2. c. 6. Albertus 2. p. tract. 5. q. 25. a. 4. Marsilius in 2. a. 5. q. 3. Ockam in 2. q. 19. & quodlib. 1. q. 14. & alii.

13 Ratio est. Tum quia falsum est contraria sententiae fundamentum, ut probauimus loc. cit. Tum quia etiam si verum esset, adhuc tamen sine causa diceretur, non potuisse Angelos natura sua peccatum commissum retractare; non solum quia non constat, Angelos ita plena cum deliberatione peccasse, ut considerarint omnia ad rem pertinentia; cum praesertim multi auctores sentiant, nullum unquam peccatum comitti sine aliqua inconsideratione; sed etiam quia illi ipsi Thomistae sentiunt, Angelum primo per inaduenturiam seu incognitiam peccasse, ut nos etiam docuimus dub precepimus.

14 Quomodo autem Deus denegat demonibus facultatem salutaris penitentiae, non omnes eodem modo explicant. Scotus in reportatis 2. d. 7. q. 3. a. 2. putat hoc ideo fieri, quod etsi demones habeant, aut habere possint contritionem naturale de peccatis, eamque talem, qualis in nobis, ex eius sententia, iuxta diuinam acceptationem, est dispositio sufficiens ad gratiam, tamen ea dispositio in demonibus non ita a Deo acceptetur. Sed haec sententia cum suo fundamento in 1. 2. ex instituto refellitur. Vide tom. 2. d. 6. q. 3. dub. 3. & 7.

15 Secundo Aureolus in 2. d. 7. q. vn. art. 1. (citatius etiam a Marsilio in 2. q. 5. a. 3.) dicit Deum voluntati demonis post peccatum infusum habitum malitia & displicentia, seu odij Dei, adeo vehementer & intensum, ut non admittat actum penitentiae, nec voluntas adeo inclinationi ipsius villo modo possit resistere. Sed & haec sententia merito ab omnibus refellitur. Tum quia talis habitus fitius est; vitium enim habitibus, quando voluntas; ac proinde omnis inclinatio habitus, saltem naturalis (qualis hic necessario esse debet) subiecta quoad usum libertati voluntatis. Tum quia pla-

ne videtur alienum a diuina bohitate, infundere habitum necessitatem ad malum.

Quibus rationibus etiam refellitur sententia eorum, qui dixerunt, Deum infundere demonibus, aut certe in ijs speciali concursu perpetuo conferuare odium sui ipsius; quod probabile etiam censent Ockam & Gabriel loc. cit. & refert ac refellit Aureolus cit. q. vn. a. 2. Quia hoc esset perpetuum sine causa infraeulum, & praeter naturam ac consuetum diuinam prouidentiam modum, non per se ipsum immediatum, sed per se bordinata media gubernantis inferiora. Addit Molina q. 64. a. 2. utramque hanc sententiam contra Deum impianam esse, eumque peccatum auctorem facere; quod tamen improbat Vasquez d. 241. cap. 2. quia si odium est absolute necessarium, iam non est formaliter malum & peccatum, sed solum materialiter & obiective, ut naturalis concupiscentia carnis, seu inordinatus dormientium motus, cuius etiam Deus author esset, non tamen proprie ideo peccatum author esset; de qua re in 1. 2. tomo 2. disp. 4. q. 9. dub. 4. & 5.

Vera igitur sententia est, id ideo fieri, quia Deus demonibus post peccatum, omnem gratiam, tam actualem ad conversionem peccatoris, ut suppono, necessariam, non solum efficacem, sed etiam sufficientem, quam habitualem denegat, ut dictum. Ita habet communis Doctorum sententia, quos superius citauimus, & sequuntur Gregorius de Valentia q. 15. pun. 2. Suarez cit. lib. 8. cap. 7. n. 10. & fere Vasquez d. 241. cap. 3. & colligitur ex S. Thoma & Patribus apud eosdem: licet Vasquez de gratia sufficiente ordinis naturalis (iuxta peculiarem suam, quam de gratia tradit sententiam) nonnullum subdubit, de quo alibi. Sicut & Molina loco citat, potius ad negationem concursus, quam gratia sufficientis praevia videtur confugere. Nec verum est, quod dicit Aureolus cit. art. 2. Santos Patres significare, Deum ex sua parte esse paratum dare demonibus gratiam, nisi ipsi obstante.

Eademq; est ratio quoad hoc animarum damnatarum; quas male Caietanus q. 62. a. 2. afferit, non in hac vita, sed primum post hanc vitam, per primum actum promereri importunitatem a peccato resurgendi; quae sententia satis apte sepugnat scripturis, ut recte Vasquez cap. 3. ex communione.

Tertio dubitatur, an voluntas demonum ita sit in malo obdurata, ut nullum unquam opus bonum morale possint velle aut facere. Affirmant complures Theologi; speciatim Magister in 2. d. 7. S. Thomas ibidem q. 1. a. 2. Aegidius q. 1. a. 2. Richardus a. 2. q. 2. Capredulus q. 1. a. 1. Ariminensis q. 1. a. 2. Maior q. 1. Sotius in 4. d. 51. q. 1. a. 5. Holcoth in 2. q. 4. Ferratiensis 4. cont. gent. cap. 95. itemque Caietanus; Molina, & recentiores Thomistae hic q. 64. a. 2. & fauunt Altisiodorensis lib. 2. sum. tract. 2. c. 7. q. 1. Bonaventura in 2. dist. 7. p. 1. art. 1. q. 2. & Marsilius in 2. q. 5. art. 3. dum alterunt, demonem nunquam bene operari.

Fauet etiam S. Thomas hic q. 64. a. 2. ad. 5. ubi ait, *Actus demonis est duplex. Quidam scilicet ex voluntate deliberata procedens, & non proprio dici potest actus eius, & talis actus demonis semper est malus.* Quia etsi

aliquando aliquid bonum faciēt, non tamen bene facit. Sicut dum veritatem dicit, ut decipiatis, & dum non voluntariō credit, & confitetur, sed rerum evidētia coāctus. Alius autem actus dæmonis est naturalis, qui bonus esse potest, & attestatur bonitatem nature. Et tamen talibonū actū abutuntur ad malum. Ita S. Thomas, quem proinde in hanc etiam sententiam intelligunt & allegant Caietanus, & alij recentiores.

18

Cæterum hi authores non ijsdem, sed varijs ac diuersis nituntur fundamētis: quæ omnia sigillatim refert & refellit Vasquez disp. 241. cap. 2. 3. & 4. vbi ipse ad eandem sententiam tuendam, hanc nouam & singularem adferrationem, quod Deus iusto suo iudicio deneget ijs auxilium bonæ inspirationis, cum quo posse bene operari, siue illud vocetur auxilium gratiæ, siue generale tantum. Quia tamen hæc inspiratio siue cogitatio bona à Deo immissa, alia est congrua, alia tantum sufficiens ad recte operandum, ne dicendum sit, dæmonem nullam vñquam bonam cogitationem habere, siue qua tamen libera ad peccandum determinatio non videtur satis posse consistere, ideo dicit idem author, dæmoni non denegari omnem cogitationem bonam moralem, etiam non congruam, sed tantum congruam & efficacem; quòd fit, inquit, ut dæmones impossibilitate non antecedente, sed consequente solum, nequeant bonum morale operari.

19

Addit, nihilominus discrīmen esse inter reprobos, seu eos, qui sententia vincuntur in hac vita; & dæmones, non ex parte impossibilitatis, cum eadem sit in vtrisque; sed quia dæmonibus post primum instans peccati ita denegatur congruacogitatio, vt lege Dei iam manifesta illis denegetur, & ita nulla ipsi supersit, nec superesse possit spes salutis: secus est de reprobis in hac vita.

20

Sed hic modus explicandi hanc sententiam non placet; tum quia falsam supponit sententiam deratione & necessitate gratiæ, supponens nullum opus bonum morale fieri posse sine præiūio gratuito auxilio inspirationis diuinæ, seu gratiæ præuenientis, quod est contra S. Thomam 1. 2. q. 109. a. 2. & suo loco tomo. 2. disput. 6. q. 3. dub. 2. à nobis refutabitur. Tum quia supponit, non posse Angelum suopte nutu ac per se, ad rem quamlibet cogitandam seipsum determinare, & quid in eā boni, quidue mali sit intelligere atque apprehendere; quod supra quest. 3. dub. 8. refutauimus.

Vnde contrariam sententiam, posse scilicet dæmones bonum aliquid morale operari, tueruntur Scotus in 2. dist. 7. q. 1. & in Reportatis q. 3. Bassolis in 2. dist. 7. q. 1. a. 3. Durandus q. 2. & probabiliorem censet Gregorius de Valentia q. 15. pun. 2. qui etiam indicat cum Durando, eos re ipsa quandoque bene moraliter operari, V. G. diligendo suam, aut alterius Angeli naturam, etiam absque omni prava circumstantia, et si hoc negat Scotus & Bassolis locis cit.

Mihi hac in re quaruor videntur dicenda I. Dæmones posse aliquid opus morale saltem ex obiectione bonum operari, quod tamen aliqua circumstantia mala depravatur. Hoc cum S. Thomas hic loco cit. farentur orantes, & patebit ex sequentib⁹.

II. Non solum dæmones semper male operari; quod itidem in confessio est apud omnes, cum semper actu perseuerent in odio Dei, ut dictum suum præcerto tertio: sed etiam omnes illorum actus deliberatos re ipsa esse malos, ut aperte docet S. Thomas hic cit. a. 2. & communis habet Doctori, ipsius etiam Scotti & asseclarum, sententia locis citatis; contra Durandū & Valentia locis citatis; idque ob eam causam, quod ob illam ipsam sumi erga Deum odij obstinationem, suam malitia, bono natura recte vii nolunt, cum Deo quicquid Debet placere, vt est bonum morale omne, pariter ex eo. Accedit, quod cum seipso semel sibi profice vltimo præstituerint, in cuius etiam amore actuali perpetuo perseuerant, quicquid agunt, ad eundem finem peruerse referunt; nulla quidem, absoluta necessitate, sed propriae & pertinacimæ malitia. Idem tradit Fulgentius de fid. ad Petrum cap. 3. Prosper lib. 3. de vit. contemp. cap. 12. & Innotentius de contemp. mundi cap. 10.

III. Ob hanc ipsam proinde causam, non posse dæmones moraliter loquendo bonum operari; ut habet prima sententia; ad eum modum, & maiore etiam ratione, qua assuetus diu immersusq; vicio, & prava peccandi consuetudini, occasione durante, moraliter censetur à peccato se non posse continere; vel quia etiam in statu peccati constitutus, moraliter non potest diu à novo peccato abstinere, nec homo iustus perpetuo omni peccato veniali carere, &c. vt suo loco de gratia doceatur. Quæ impotentia etiam non tollit libertatem & facultatem physicam, nō committendi hoc vel illud peccatum: præterquam quod dæmones ex actibus malis posint modò hos, modò alios exercere, liberi proinde non solum quoad exercitū, sed in plerisque etiam quoad specificationem. Dico in plerisque, quia actum dilectionis Dei super omnia, oppositum odio Dei, verius est eos non posse in hoc statu elicere.

IV. Posse tamen absolute ac Physice loquendo potentia nunquam in actum redigenda, bonum aliquod opus morale facere, cum nullū illis principium ad eiusmodi potentiam requisitum delit, aut peculiari lege Dei ab iudicatum sit. Siquidem esti gratia omnis, etiam sufficiens illis donegetur, vt superius dictum, ea tamen minime est necessaria ad quodlibet opus bonum morale peragendum, ut dictum: sec⁹ est de ijs actionibus, ad quas peculiare auxilium gratiæ requiritur, vt cum S. Thomas suo loco dicetur. Atq; in hunc modum plures autores primæ sententiæ cum secunda conciliari poterunt: quem etiam video tradi à Suarez hic l. 8. cap. 8. & 11. præsertim num. 23.

Quarto dubitatur, An dæmones etiamnū peccando aliquid demereantur. Respondeatur, etiamsi continuo peccant, nihil tamē amplius promerentur, nec nouam penam essentialē, siue principalem damni, vel sensus, vt fatentur omnes; nec accidentale; tametsi hec pena variè crescat ex vice de meriti. Ita habet communis apud Vasquez disp. 241. num. 19. et si demeritum in dæmonibus admiserit Richardus in 2. d. 6. a. 2. q. 1. Ratio est. Quia ratio meriti seu demeriti conseruit bonitatem & malitiam operis, non abi-
lute.

lute, sed in via & agone: dæmones autem iam sunt in termino, vt in simili etiam de bonis Angelis dictum. Quæ ratio etiam redditur in supplemento S. Thomæ q. 98. a. 6. quantum attinet ad poenam essentialē & primariam.

Quod vero ad poenam accidentalem attinet, additur ibidem, dæmones vsq; ad diem iudicij, præserit eos, qui in hoc mundo adhuc versantur, & homines ad peccatum incitant, posse adhuc mereri: quia isti non sunt omnino in termino. Sed reuera pars est ratio omniū: cum omnes absolute & simpliciter sint in termino, adeoq; incapaces meriti. Alioq nulla causa esset, cur non pariter etiā dānati omnes in inferno per sua peccata mererentur. Dicendū igitur tristitia illorū, aliasq; eiusmodi penas varie quidem crescere, sed non ex vi noui, sed præcedentis meriti, vt de beatis quoque diximus loco citato.

D V B I V M VI.

De statu dæmonum, quantum ad eorundem poenam, siue damni, siue sensus, adeoq; ignis; speciatum qua ratione, quando, & ubi haec pena puniantur.

S. Thom. I. p. q. 64. a. 3. & 4.

Cæcitas & oblinatio voluntatis, quam dæmones per peccatum incurrisse, dubio præcedenti demonstratur est, pertinet quidem etiam ad poenam dæmonum; sed quia illa naturæ etiam quodammodo suā, in Angelis peccatū consecuta sunt, & simul non tantū poenæ, sed etiam culpas rationē habent, idcirco de ijs hoc loco amplius non agimus; sed solum de poena essentiali & primaria eorundem, ab ea intellectus & voluntatis depravatione distincta.

In qua re certum est primo, Angelos damnatos pati nunc eternam poenam, eameq; duplēm, nimirum damni & sensus, iuxta communem partitionem æternæ poenæ, quam tradunt Doctores in 4. dist. 44. & 50. & S. Thomas I. 2. q. 87. a. 4. & libro 3. cont. gent. capite 145. & colligitur ex illo Matth. 25. vers. 41. *Discedite à me maledicti, in ignem eternum, qui paratus est diabolus, & angelis eius.* Vbi per priora verba, *Discedite à me*, poena damni, nimirum priuatio diuinæ visionis; per posteriora, poena sensus designatur: siue interim tristitia ipsa, seu dolor mentis, quem Angeli capti ex priuatione beatitudinis, pertineat ad poenam sensus, vt volunt Sotus in 4. dist. 16. q. 1. art. 1. dub. 2. & dist. 50. a. 4. Molina hic q. 64. a. 3. & Vasquez disp. 242. cap. 2. & fauent Bonauentura, Durandus, Paludanus, Capreolus, Gabriel, Bassolis in 4. dist. 22. dum afferunt, poenam damni non recipere magis vel minus; siue spectet ad ipsā quoque poenam damni, vt cum alijs fauente Scoto in 4. d. 50. q. 6. docet Suarez tom. 4. de poenit. disp. 13. sect. 2. num. 17. & hic lib. 8. cap. 5. à num. 4. de quo, cum sit omnium damnatorum eadem ratio, alibi agendum est.

Secundo certum & indubitatū est apud Scholasticos in 4. d. 44. & dist. 50. & in 2. d. 6. & 7. & hic apud S. Thomam cit. quest. 64. artic. 4. ad 3. dæmones aliquo tandem modo torqueri ab igne, & quidem vero, corporeo, ac sensibili; idque patet ex scriptura cit. Matth. 25. vers. 41. *Discedite à me maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolus, & angelis eius.* Item Apocal. 20. v. 9. *Diabolus qui seducebat eos, missus est in flagrum ignis, & sulphuris, ubi & bestia & pseudopœtra cruciabuntur die nocte, in secula seculorum.* Ad quem modum etiam anima epulonis Luc. 16. verl. 24. ait, *Cruor in hac flamma.* Item habet communis SS. Partium sententia.

Ex quibus satis aperte refellitur ea quorundam sententia, quæ docet, poenam ignis, qua dæmones & animæ damnata iuxta scripturam puniuntur, solum metaphorice accipi: nec dæmonum & animarum separatarum aliam poenam esse, quam & poenam damni in priuatione beatitudinis positam, & poenam sensus, ortā ex consideratione illius. Quod præter Philonem lib. de congressu eruditio[n]is, indicat etiam Tertullian⁹ Apologet. cap. 48. & aperte tradidit Origenes lib. 2. Periarchon cap. 20. aut 21. & homil. 9. in diuersos Matthæi locos, & sequutus est postea, præter quodamsectorios nostri temporis, apud Coccum in thesauro lib. 10. aut. 7. Catharinus in lib. de præmijs bonorum & supplicijs malorum; de qua re etiam aliquando dubius fuit Augustinus lib. 20. de ciuit. cap. 16. & lib. 21. cap. 10. & lib. de Genes. ad lit. cap. 32. Et quamvis Vasquez disp. 243. cap. 1. & 2. putet, rem hanc nondum esse de fide certam, Suarez tamen hic lib. 8. cap. 12. n. 3. & 9. vocat hanc, quam docuimus, sententiam certam & Catholicam; & oppositam errorem.

Optime Hugo Victorinus lib. 2. de sacrâ, part. 16. cap. 3. *Verissime inquit, anchoritate sacri eloquij, & Catholicæ veritatis probatur testimonio, corporali & materiali igne, animæ etiam ante susceptionem corporum cruciari.* Quæ vero in contrarium objiciuntur, eorumque solutiones videri possunt apud citatos: siue interim ignis ille sit eiuldem speciei cum nostro saltem impuro igne, vt rectius docent Sotus in 4. dist. 50. & fere Suarez cit. cap. 12. numero 18. siue non. Patres vero sancti secus quandoque locuti, pie sunt explicandi.

Tertio certum est, dæmones (eadem est ratio animarum damnatarum) torqueri ab igne infernali, saltem per alligationem, vti loquuntur; hoc est, eo quod intelligent, se diuina virtute illo velut carcere quodam inuitos detineri, aut fane si adhuc in hoc aere degunt, & nihilominus igne velut carcere cruciantur, eundem ignem sibi etiam deberi, eidemque olim realiter addicendos, vti docet & explicat Sanctus Thomas quest. 64. articulo quarto ad tertiu & fuse lib. quarto cont. gent. capit. 90. & quest. 26. de verit. artic. 1. & quodlib. 2. a. 3. & quodlib. 3. a. 2. & consentiunt Bonauentura, Scorus, Gabriel, Durandus, Paludanus, Maior, Capreolus in 4. dist. 44. Ferrariensis cont. gent. cit. cap. 90. Caietan⁹ hic cit. a. 4. Gregorius de Valentia q. 15. pun. 3. & Vasquez disputatio. 243. capit. 6. &

fauet

fauet Hugo Victorinus epist. ad Thessal. quæst. 4. vbi ait, *spiritus pati ab igne, etiam si ab illo non continentur*. Neque dissentit quoad hoc Suarez lib. 8. cap. 14.

Ratio est; quia hic modus pena & possibilis est; & consuetus etiam in humanis; cum aliquis carcere aut vinculis inuitus detinetur; sive interim ignis ipse effectiue etiā tanquam instrumentum supernaturale Dei ad eiusmodi apprehensionem Angelorum concurrat, qua ignem illum velut carcerem apprehendere cogantur; sive hoc ab ipso Deo immediate efficiatur; sive supposita sententia Dei, qua sit, ut locus ille debetur dæmonibus, hi ipsi per se ac sua natura ignem apprehendantur, tanquam inequitabilem carcerem diuino iudicio sibi debitum, atque hoc ipso etiam aduersantem; etiam si aliqui physice & naturaliter ab eo nihil patientur: sicut accidit, cum aliquis est in sua domo vel horto arrestatus; nam hoc ipso grauis est ipsi & molesta ea habitat; etiam si alias non incomoda esset: quod facile fieri in Angelis ob superbiam & odium, quo aduersus Deum & diuinam voluntatem feruntur, non est incredibile.

His autem suppositis, dubium & controvrum est, an aliqua alia etiam ratione, præter alligationem, dæmones ab igne crucientur; & quandonam ea pena dæmonum, & vbi cœperit. Etenim quod ad primum attiner, sunt vniuersum duas contraria Theologorum sententiae. Prior negat, dæmones alio modo ab igne cruciari, quam per alligationem. Ita significant S. Thomas, Capreolus, Maior, Paludanus, Ferrariensis, Cajetanus, & Thomistæ recentiores locis citatis, dum alios modos affligendi dæmones & animas separatas igni denegant.

Nihilominus altera sententia est communior inter Theologos, dæmones non solum ab igne torqueri per alligationem, sed etiam alio modo: in quo ipso tamen ejdem admodum variant. Primo enim nonnulli etiæ fateantur, alium esse modum, quo dæmones ab igne torquentur, præter alligationem, dicunt tamen, cum modum nobis esse incognitum; nec posse alium in particulari probabiliter assignari; qua de causa etiam eos modos omnes, qui hactenus assignati sunt, particulariter refellunt. Ita Vasquez disp. 243. cap. vlt & fauent Augustinus lib. 12. de ciuitate cap. 10. Hugo Victorinus lib. 2. de sacramentis part. 9. capite 11. & part. 16. capite tertio. Sed sane nulla ratio est, cur non saltem sub disfusione, & in confuso, aliis modis particularis huius penæ probabiliter assignetur; sicut de modo locationis Angelicæ & similibus probabiliter discutimus.

Secundo alij concedunt, dæmones & animas separatas puniri & affligi quidem ab igne etiam effectiue, sed per actionem tamen tantum intentionalem, eo quod ignis in dæmonibus aut speciem sui, aut apprehensionem actualem que sui cogitationem efficiat. Ita generatim sentiunt Albertus in 4. d. 44. a. 20. ad ultimum, Bonaventura in 4. dist. 44. a. 3. q. 2. Richardus a. 2. q. 9. Scotus q. 2. a. 2. Gabriel q. 3. a. 2. Egidius quodl. 2. q. 9.

& quodlib. 4. q. 15. Ockam quodlib. 1. q. 9. Variant tamen inter se. Nam Albertus, Bonaventura, Egidius, Richardus dicunt, igne effectiue demonibus imprimere sui speciem; at vero Scotus, Ockam, & Supplementum Gabrieles docent, ab igne in demonibus effecti ipsu actum intelligendi, si multq; impediri liberam & expeditam aliarum rerum considerationem. Item Bonaventura dicit hoc fieri per naturalem & actionem eius supernaturalem in quantum ignis est instrumentum Dei.

Impugnant hanc sententiam fusc Vasquez disp. 243. capit. 3. & Suarez lib. 8. capit. 13. Mihil ob eam causam non probatur, quod haec ratione, nisi aliquid præterea addatur, non satis defendatur & explicetur magnus ille dolor, quem iuxta sensum Ecclesiæ & SS. Patrum, ipsiusque scripturæ, dæmones ab igne patiuntur; non solum quia species, aut cogitatio ab igne producta, per se non potest affligere dæmones, si alioquin ignis nullo alio modo ponatur demonibus discouniens; sed etiam quia tametsi hac ratione recte explicetur, dæmonum pena, quam per alligationem ab igne necessario patiuntur, vt superius dictum, aliud tamen & maior ille dolores est, quæ dæmones præterea ab igne patiuntur, vt dicimus.

Terrio dicunt nonnulli, ignem cruciare dæmones productione caloris in ipsis. Ita sentire videtur Henricus quodlib. 8. quæst. 35. dum ait, *ignem agere si in actione naturali in spiritum, ipsum affligendo*. Sed est absurdæ sententia; cum Angelus nec sit capax corpori accidentis; nec ignis naturaliter actius in spiritum; nec calor etiam si in Angelo esset, vllum ipsi per se & sua natura dolorem posset inferre.

Quarto docent alij, dæmones torqueri per qualiam qualitatem spiritualem doloriferam, eorumque substantiam faciunt, supernaturaliter ab igne productam; eo modo, quo corpus animalis per intemperiam, aut similem qualitatem ab igne productam immediate torquetur. Ita tradit Suarez hic etat lib. 8. capit. 12. a numer. 41. quem secuti sunt, vt ipse refert, Malonius in 2. dist. 6. disputat. 20. Pesantius 1. part. question. 64. artic. 4. disput. 5. vbi etiam Zumel candem probabilem cenfer. Sed hanc fusc impugnat Vasquez cit. disp. 243. cap. 5.

Mihil idcirco parum probatur; tum quod nouum genus rerum in mundum infert, nec ullum habet in antiquis Scholasticis fundamentum. Tum quia qualitas aliqua non affligit subiectum, nisi aduersetur alteri qualitati naturali eiusdem subiecti, quam expellat; cum tamen haec qualitas non habeat contrarium in Angelis. Tum quia nulla qualitas casat dolorem, nisi quatenus laedit bona temperie subiectum; idque adeo hoc ipso disposit ad corruptionem. Tum quia qualitas spiritualis perficit potius, quam deformat subiectum. Aut enim subiecto naturalis est, & tunc necessario perficiat illud aut supernaturalis; & tunc magis perficiat. Denique difficile est intellectu, in quoniam illa defœdatio naturæ Angelicæ consistat, aut

cuiam

cuinam pulchritudini opponatur: non enim naturali; quia haec manet; nec supernaturali per gratiam; quia tunc esset fæditas culpæ, quam Deus per se non potest producere.

Est igitur quinta sententia, dæmones ab igne affligi eo modo, quo anima corpori iuncta affligitur ab eodem igne, quando corpus viuum comburitur; non quidem quod ignis naturaliter calefaciendo agat in dæmones; vt Henricus dixerat: sed quod obiective soli ad hunc dolorem concurrat. Ita cum Soto in 4. dist. 50. q. vn. a. 2. Gregorius de Valencia q. 15. pun. tertio. Quam sententiam fuse impugnat Vasquez disp. 243. cap. 4. & Suarez hic lib. 8. cap. 14. à numero 24. Mihi hoc solum in ea displaceat, quod ignem solum obiective ad hunc dolorem concurrere assertum, vt dicetur. Ut igitur meam de hac sententiam explicem, pono sequentes assertions.

Assertio I. Ignis alio etiam modo torquet dæmones, & animas separatas, quam per alligationem, aut solum obiective. Ita iuxta ea, qua retulimus, circa primam, secundam, tertiam, & quartam sententiam, habet communior Doctorū veterū & recentiorū sententia, ipsiusq; S. Thome in 4. dist. 44. q. 3. a. 2. qu. 3. etiam si alijs locis, vt vidimus, alter loquatur. Probatur primo ex scriptura, que longe acriorem vim affligendi dæmones, & animas, igni tribuere videtur. Psal. 10. v. 9. *Pluet super illos laqueos; ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.* Matth. 3. v. 12. *Paleas autem comburet ignis inextinguibili.* Matth. 25. v. 14. *Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus es diabolus.* nimis ad supplicium. Luc. 16. v. 24. *Crucior in hac flamma: nempe per modum adiustonis, cui opus sit refrigeratione, vt ibide subiungitur.* 2. Thessal. 1. v. 8. *In flamma ignis dantis vindictam ijs, qui non noserunt Deum.* Apocal. 14. v. 10. *Cruciabuntur igne & sulphure.* In quibus omnibus locis scriptura loquitur de igne eo modo cruciat dæmones & animas, quo modo solet cruciare homines, quos comburit; quod quidem facit non obiective tantum, sed effectiue.

Secundo idem probatur ex SS. Patribus, qui eodem modo loquuntur. Cyprianus 1. de laud. martyris, cap. 5. *Paradisus Dei testibus florit, negatores gehenna complexa aeternus ignis in ardescit.* Cyrilus Alexandrinus orat. de exit. anim. *Qualis est gehenna ignis inextincti, vrentis, neque lucentis.* Ambrosius in 1. Cor. 3. *Ipse autem saluus erit &c. offendit, inquit, saluum quidem illum futurum, sed penam ignis passum.* Augustinus lib. 21. de civit. cap. 10. ait, *spiritus erucia ab igne, miris, sed veris medis.* Fulgentius de fid. ad Pet. cap. 3. dicit, *peccatores interminabilis gehenna sustinere supplicia, ubi diabolus cum angelis suis in aeternum arsurus est.* Gregorius lib. 4 dialog. cap. 28. *Sicut electos, inquit, beatitudo letificat, ita credi necesse est, quod à die exitus sui ignis reprobos exurat.* Omitto alios.

Tertio probatur ratione. Tum quia alias difficerat explicari posset, quomodo nunc ab igne, dæmones in hoc mundo existentes torqueantur, vt inferius videbimus. Tum quia si ignis, solū p modū carceris apprehensus cruciat, nō cruciabit magis, nec aliter, quā cruciaret aqua, vel terra,

vel aër, si eodem modo diuino decreto ad ea loca velut carcerem damnarentur dæmones. Denique non est conueniens, vt minus ab igne puniantur dæmones, quam damnati homines; qui saltem post resumpta corpora physice & effectiue ab igne cruciabantur.

Assertio II. Non tamen est necesse, vt dæmones & animas separatae ab igne torqueantur effectiue, per actionem ignis physicam, ab intentionali actione distinctam, hoc est quæ alium habeat terminum, quam aliquam specie, aut operationem intelligibilem. Ita contra authores tertia & quartæ sententiaz, sentio cum ceteris. Ratio est. Quia tametsi scriptura & Patres eodem modo loquantur de dæmonibus, & hominibus per ignem gehennæ puniendis; non tamē est necesse, vt omnia verba eadem proprietate, utrisq; applicentur; sed seruata proportione, & iuxta capacitatem uniuscuiusq; subiecti, siue, vt vniuersim loqui solemus, pro diuersitate & ratione materiae subiecta: praesertim quia illa verba aduri, incendi, inardescere, proprie non possunt vlo modo spiritibus accommodari, vt dictum. Tum quia vix etiam fieri posse videtur, vt eomodo dæmones ab igne crucientur, vt ex dictis colligipotest. Accedit quod non minus realiter & proprie torqueantur dæmones efficiendo aliquam operationem mentis, quam aliquem alium effectum, vt dicimus.

Assertio III. Probabilissimi videtur, ignem velut instrumentum Dei, ad eum propemodum torqueare dæmones & animas separatas, non solū obiective, sed etiam effectiue physicæ, sicut anima solet torqueri, dum corpus quod informat, exuritur. Ita sentio cum auctoribus secunda & quintæ sententiaz; quarum vtramq; coniungo; cum per se neutra sufficiat, vt ex dictis colligitur. Actionem vero illam ita explico, quod ignis virtute supernaturali, seu per potentiam obedientiale, velut instrumentum Dei, in Angelis effectiue producat, non quidem specie ignis; hanc enim iamante habent Angeli; nec istud ad eos inuitos cruciandos sufficeret; cum speciebus huiusmodi vtantur quando volunt: nec solū cogitationem, seu cognitionem ignis; quia etiam hac ratione fere solū obiective, nō proprie effectiue cruciat dæmones; sed ipsū quoq; dolorum Angelicæ voluntatis (neque animalius dæmonū dolor esse potest) seu tristitiam mentis, quæ dæmones & animas separatae immediate & formaliter cruciantur; nonita quidem, vt hic dolor a solo Deo per ignem producatur, cum sit operatio vitalis vitaliter afficiens subiectum, in quo est; sed vt simul producatur ab ipsius Angelii voluntate, sic tamen per ipsum ignem, velut instrumentum Dei ad hunc actum determinata, vt non possit ab eo cessare; etiam se posito ex parte intellectus Angelici omni errore; prævia solum apprehensione ignis, velut mali contrarij & afflictivi, ad eum fere modū, quo affligere solet animam in corpore viuo, quod comburitur: siue interim hec ipsa quoque apprehensio eodem modo per ignem vna cū intellectu Angelico efficiatur, siue eā suppedita, nihilominus aliunde ac magis immediate voluntas ad eum doloris actum determinetur.

minetur. Quæ res non alia indiget probatione, nisi quia & possibilis est, & sufficiens ad eam pœnam ignis declarandam.

17 Altera vero pars de cruciatu per modum combustionis &c. aperte satis colligitur ex scriptura & SS. Patribus, dum vbique fere hoc tormentum ignis per modum adustionis seu concremationis corporeæ & sensibilis explicant: cui proinde recte dicitur hic dolor similis, non similitudine eiusdem rationis specificæ, hoc enim bene refellunt Suarez & Vaquez; sed similitudine proportionis & analogiæ; et si propriam eius rationem in altero extremo, nempe in Angelis, perspectam non habemus. Sicut igitur perspicacitatem intellectus Angelis, eiusque instructionem vocamus lumen, lucem, illuminationem: quia per modum luminis seu lucis se habet; ita ignis infernalis cruciare demones dicitur per modum adustionis seu concremationis, tametsi propriam huius rationem in dæmonibus non cognoscamus.

Quo modo etiam intelligentiam videtur illud S. Augustini citato lib. 21. ciuit. cap. 10 cum ait; spiritus dæmonum, licet miru, veris tamen modis cruciaris ab illo igne. Et lib. 12 de Gen. ad lit. cap. 32. Quamus, inquit, non sint corporalia, sed similia corporibus, quibus anima corporibus existet afficiuntur, seu bene seu male, cum ipsa corporibus suis similes fibimes apparetant. sunt & vera latitia, & vera molestia, facta de substantia spirituali: hoc est, de igne, ratione incorruptibilitatis & efficientiæ, quasi spirituali habaturam consecuto. Et Gregorius lib. 4. dialog. c. 29. Ignem visibili, inquit, ardor ac dolor inuisibilis trahuntur, & per ignem corporeum mens incorpoream etiam incorpoream flamma cruciatur.

18 Ratio est. Quia hoc modo sufficienter explicatur, quo modo ignis infernalis vere cruciet dæmones, non solum obiectu, sed etiam physice, non quidem per productionem alterius immediati obiecti doloris, sed quod etiam aliquanto plus est, per productionem immediatam ipsius doloris. Neque impossibile, vel absurdum est (quod fatetur etiam Suarez loc. cit.) actum vitali partialiter & inadæquate etiam produci à causa extrinseca; cum alioquin etiam naturaliter obiectum per se, aut per speciem, ex communi sententia, vna cum potentia vitali effectu physice concurrat ad intellectionem, vel volitionem.

19 Dices. Dolor ille spirituum, cum sit actus vitalis, debet habere obiectu sibi proportionatum; quod non videtur posse aliud esse, quam dolorifera aliqua qualitas abigne profecta; quia dolor hoc differt à tristitia, quod requirit obiectum, praesens & physice inherens subiecto. Nam ve ait S. Thomas 3. part. quæst. 15. art. 6. obiectum & motuum doloris est lejo sensu tactus percepta, scilicet cum aliquis vulneratur. Obiectum autem & motuum tristitiae est nocium seu malum interius apprehensum.

20 Respondeo, S. Thomam loqui de dolore sensibili, qualis non est dolor dæmonum: in quibus aliis dolor, quam voluntatis esse non potest: ad quem proinde etiam sufficit obiectum quodvis vere & realiter eosdem crucians, etiam in ipsis formaliter non inhæreat. Dices; ob-

iectum præsupponitur actu quæ terminat; Ergo etiam dolor dæmonum supponit obiectum doloriferum; at vero ignis, in quantum est producens dolorem, adeoque contrarius voluntati dæmonum, non præsupponitur ad dolorem, sed simili efficit dolorem, dum est ipse dolor; immo potius natura posterioris ignis videtur effici doloriferus, per ipsam productionem doloris. Respondeo, satis esse ut dolor in facto esse, si natura posterior igne cruciante: siue hic consideretur per modum causa effectuæ doloris, siue per modum obiecti; immo vero etiam eo ipso, quod ignis efficit dolorem, fieri non potest, ut dolor fieri sit prior ipso igne; in quantum doloriferus est; compassio nullo modo sit prior actione, etiam secundum rationem, sed potius causitate quadam posterior. Cum quo tamen non pugnat, quin ignis prius ratione efficiat dolorem, quæcum per modum obiecti doloriferi terminet.

21 Assertio IV. Dæmones non minus, quam damnata animæ, poenam ignis (per modum adustionis modo explicato) patiuntur vbique, & passi sunt statim ab instanti sua damnationis seu termini: licet dæmones illi, qui extra infernum adhuc vagantur, ab igne per alligationem, ac veluti per carcaram, propriis lōquendo, nondum puniantur.

22 Priorem partem tradunt communiter Patres & Doctores citati in 4. dist. 44. Speciam glossa in cap. 3. Iacob. Sic gehenna semper ardet, ita dolorib[us] ubique, sit secum fieri tormenta suarum flammarum; que glossa est ab omnibus recepta. In quem sensum etiam S. Thomas generaliter de pena sensus loquens hic cit. q. 64. a. 4. ad. 3. ait: Aliqui dixerunt, usque ad diem iudicii differri p[ro]pter sensibilem, tam dæmonum, quam animarum, & similiter beatitudinem sanctorum differre usque ad diem iudicii. Quod est errorem & repugnans Apostoli sententia 2. Cor. 5. Si terrena domus nostra huius habitationis dissolatur, domus habemus in celo. Et alii velocius hoc non concedunt de animabus, concedunt tamē de dæmonibus. Sed melius est dicendi, quod idē iudicium sit de damnatu animaribus, & malo angelis: sicut idē iudicium est de bonis animaribus, & bonis angelis. Ita S. Thomas. Idem communiter docent Scholastici in 4. d. 44. & recentiores omnes locis citatis, quicquid in contrariū dixerint Bonaventura in 2. dist. 6. a. 2. q. 2. Richardus ibidem q. 1. neque omnino dissentiat Barnes 1. p. q. 64. 2. 4. dub. 4. post Canum, quem refert. Ratio est. Quia cum iam sint in termino, nullaratio est, cur pena essentialis & primaria differatur. Quod si penam ignis aliquam patiuntur, eam utique in primis patientur, quia a loco ipsius inferni independēt.

23 Secundam partem tradit idem S. Thomas cit. a. 4. ad. 3. dum ait: Similiter dicendum est, quod dæmones licet non aet[er]na alligentur gehennal igni, dum sint in aere isto caliginoso, tamen ex hoc ipso, quod sicut illam alligationem fieri debet, eorum pena non diminuitur. Idem expresse docet Toletus Luc. 8. annotat. 63. vbi ait dæmonibus iam esse inflictam essentialem peccatum damni & ignis aeterni; p[ro]p[ter]am autem incarcerationis nondum efficiatam, sed retrauersa in diem iudicii. Idem assertit Suarez hic lib. octauo cap. 14. à numero 17. eodemque modo intelligi potest, quod nimis absolute dixit Caicetus 2.

Pet. 2. dæmones adhuc non esse extremæ damnationi subiectos, sed hoc extremo iudicio reseruari.

Probatur ex scriptura, quæ satis aperte docet, dæmones in hoc mundo existentes, reformatum detrusione ad inferos, utique tanquam incarcerationē, & violentam alligationē. Vnde Matth. 8. v. 29. dicitur, *Venisti huc ante tempus torquere nos.* Et Luc. 8. v. 28. Legio dæmonū rogabat Christū, *Observo te ne me torqueas.* Et mox vers. 31. *Rogabant illum, ne imperaret illis, ut in abyssum irent.* Et Petrus 2. epist. cap. 2. vers. 4. describens poenam alligationis dæmonum: *Deus Angelus peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos.* Et similia leguntur Apocal. 20. vers. 1.

Idem ex Patribus docet S. Ambrosius in Luc. 8. *Dæmones, inquit, ante tempus debitisibi tormenta formidant.* Similia habent Chrysostomus homil. 19. in Matth. & Euthymius in Matth. 8. Ratio est. Quia poenam incarcerationis proprie loquendo nemo dicitur pati, nisi quando quis re ipsa & actu est incarceratus; ea vero poena, quæ ex sola imaginatione futuri carceris concipitur, proprie non est ipsa poena incarcerationis.

Nec probabile est, quod dixit Malochius 2. dist. 6. disputat. 2. sect. 2. ad 8. dæmones vbiunque sint, portionem quandam ignis secum circumferre, ut post Egidium in 2. d. 6. quæstio. 2. artic. 2. & Argentinam in 4. d. 44. quæstion. vn. a. 4. recte Suarez lib. 8. c. 16. n. 25.

Et quamvis S. Thomas loc. cit. significet, non tamen ideo minus puniri dæmones; verius tamen videtur, quod Patres indicant, & sentiunt Toletus & Suarez, aliqui citati, poenam, quam ex apprehensione ignis velut futuri carceris sentiunt, nondum esse tantam, quanta ent in inferno; ut quid enim alias tantopere infernum formidarent? Recte quidem igitur dici potest, dæmones in hoc mundo pati poenam similem alligationis poenæ, & quæ eo etiam referatur; at vero ipsam poenam alligationis proprie necdum patiuntur. Sicut etiam damnatarum animarum dolor, post extreum iudicium, cum resumperint corpora, auctior fiet.

Assertio V. Dæmones magna quidem ex parte poena, quas diximus, in ipso inferno damitorū patiuntur; non tam omnes, sed multi adhuc liberi in terris vagantur. Ita S. Thomas hic q. 64. a. 4. idemq; & Doctores alij in 4. d. 44. Et prior pars, etiam si oppositū indicare videatur Augustinus lib. 11. de ciuit. c. 33. & 20. de ciuit. c. 14. facit patet ex scriptura Ilat. 14. v. 11. *Detracta est ad inferos superbia tua.* Et v. 15. *Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum lacis.* 2. Pet. 2. v. 4. *Angelis peccantibus non pepercit Deus, sed in inferni rudentibus detractos in tartarum tradidit cruciandos.* Eodemq; modo facile explicari potest illud Iuda. v. 6. *Angelos qui non servaverunt suum principatum.* &c. in iudicium magni diei vinculis aeternis sub caligine reseruantur. ut pluribus persequitur Suarez lib. 8. cap. 16. a. n. 5.

Idem significatur Apocal. 20. v. 1. *Et vidi Angelum ascendente de celo, habente clauem abyssi & catenam magnam in manu sua.* Et apprehendit Draconem, serpen-

tem antiquum, qui est diabolus, & satanas, & ligavit eum per annos mille; & miserum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consummarentur mille anni: & post hac oportet illum solui modicote tempore. Quod de Luciferi alligatione, facta post Christi passionem, vsq; ad postrema tempora ultimo iudicio, ppter quinque intelligendū, ut communiter explicant Interpretes. Idē sāpe docent SS. Patres.

Ratio est. Quia cum infernus sit proprius locus damnatorum, ac dæmonū, vt constat ex Matth. 25. v. 41. ipsique dæmones iam sint damnati, non min' quā animē impiorū, nulla causa erat, cur omnes in hoc aere liberi relinquerentur; cū ad tentados homines pauciores aliqui sufficient: quando dæmonum numerus longe maior videtur, quam sint omnes homines simul viuentes.

Altera pars est extra controvèrsiam, & patet ex scripturis passim, præsertim precedente assertione adductis; quib⁹ accedit, quod Marci ultimo datur potestas eiendi dæmonia; item quod Apostolus ait Ephes. 6. v. 12. *Non s̄t nobis colluctatio &c.* item 1. Pet. 5. v. 8. *Aduersari uester diabolus tanquam leorugens circuit.* &c. Nec obstat illud Ioañ. 12. vers. 3. *Nunt princeps huius mundi circuetur foras.* Nam hoc vel intelligendum est, de redēptione per Christum facta, qua genus humanum ipse ex potestate diaboli eripuit, aut de ipsa persona Luciferi ad inferos detrusa, ibidemq; alligata, utque ad nouissima tempora Antichristi, iuxta Apocal. 20. v. 3. & 9. vt post S. Gregorium lib. 4. Moratione c. 13. vel 12. recte Ribera & Viegas ibidem.

Ratio conuenientia, quam attingit S. Thomas cit. q. 64. a. 4. est. Quia cum secundum consuetum diuinæ Prudentiæ modum, inferiorum bonum per superiora procuretur: ea vero procuratio boni aduersus homines duplex sit, nimirum directa, quæ sit per bonos Angelos; alia indirecta, in eo posita, quod homines exercentur impugnatione aduersaria, conueniens fuit, ut hæc procuratio per malos Angelos fieret, ne penitus post peccatum ab utilitate naturalis ordinis exciderent. Quo sit, vt dæmonibus duplex locus penalis debeatur; unus quidem ratione culpa, & hic est infernus; alijs autem ratione exercitationis humanæ, qui est caliginosus hinc aëris; donec post iudicium extreum omnes mali, tam homines, quam Angeli, ad inferos re ipsa detrudentur; sicut tunc boni omnes ad caelos euehentur.

Et valde probabile est, quod docent Magister in 2. d. 6. Egidius ibidem a. 2. Bonaventura a. 2. q. 100. m. vlt. a. vlt. & Suarez c. 17. n. 2. nullos dæmones esse perpetuo inferno alligatos, (excepto Lucifero vt dictum) nec alios ppter esse in hoc aere; sed mutatis quasi vicibus, eosdem modo hic, modo in inferno esse; non quidem quasi cum vincuntur à Sanctis, ad inferos abducantur, vt dixit Origenes homil. 15. ad c. 12. Ionæ, contra Matth. 4. & 12. sed prout vel princeps ipsorum ordinat, vel Deus interdum per bonos Angelos, aut ministerium Ecclesiæ disponit: cum alias ex æquo omnibus infernus debeatur; quicquid in contrarium dixerit Canus.

An vero dæmones simul etiam capaces sint ali-

cuius delectationis, disputatur inter Vasquez disp. 242. c. 3. & Suarez hic c. 15. Breuiter dico, nullam vñquam veram delectationem, sed solum phantasticam & affectatam esse in dæmonibus, prout homines perniciaces, amaritudine repleti, ostentant nonnunquam lætitiam, quam non habent. Ita docent S. Thomas in 4. diff. 45. q. 1. a. 2. quæstiun. 1. Gabriel in 2. d. 7. q. 1. a. 3. Ockam, in 2. qu. 19. & Vasquez loc. citat. et si contrarium sentire videantur idem S. Thomas hic. q. 46. a. 3. ad 1. cum Augustino lib. 2. de Genef. cont. Manich. c. 17. & Alensis 2. part. q. 100. m. 4. a. 1. & 2. & Suarez loc. cit. Ratio est, quia iuxta Aristotelem 7. Eth. cap. 14. Omnis voluptas vehemens pellit dolorem: Ergo etiam dolor vehemens pellit & impedit voluptatem seu lætitiam; et si non impediat desiderium, sed potius accendat. Atque hæc de pœna dæmonum satis.

D V B I V M VII.

De prauis dæmonum studijs & infestationibus, ad homines seducendos & perdendos: speciatim an dæmones absque speciali permissione Dei, siue p[er] se, siue per striges, maleficosque homines, nocere hominibus possint.

S. Thomas 1. p. q. 64. a. 4. & q. 114.

DE hac re solum generatim & breuiter agit S. Thomas q. 64. a. 4. ex instituto vero & particulatum q. 114. Nos supponimus id veluti principium, quod dubio præcedenti docuimus; dæmones quosdam ex diuinæ prouidentia dispositione in hoc mundo inter homines degere, partim v[er]dum Deo permittente, ijs tentandis & exercendis operam ponunt, bonum eorundem, Deiq; gloriæ veliniti, & quasi præter intentionē p[re]curent & promouent, vt pluribus disserit Chrysostom⁹ homil. 1. ad populu & p[ro]sequitur Barradius lib. 2. concord. c. 8. & seq. partim etiā vt veluti ministri diuinæ iustitiæ, homines obsua peccata castiget & puniant; quod Deo etiā non unquā p[re]cipiente & direcete volente facere possunt, in ijs p[ro]enies exequendis, qua p[ro] se culpa vacant, vt bene declarat Suarez hic 1. 8. c. 20. n. 7. & 8. Vnde Beda 1. var. q. q. 9. Quoties, inquit, Deus quocund[am] flagello huic mundo irascitur, ad ministerium vindictæ d[omi]ni (mali) mittuntur: qui tamen diuina potestate coerentur, ne tantum noceant, quantu cupiunt. Hoc principio posito, r[es] h[ab]et omne aliquot quæstiun. breuiter explicabimus.

Primo igitur quæritur, vtrum omnes dæmones promiscue ad tentandos homines in hac vita incubant. Respondeo breuiter ex dictis dub. p[re]c. immedie ac per seipso non tentare, nisi eos, qui in terra seu ære inter homines degunt; quod quidē contingit non omnib[us] simil, nec determinate ac p[er]petuo certis quibusdā, sed alternatis quasi vicibus, modo his, modo alijs; hoc solum excepto, quod suprem⁹ Lucifer in inferno vsq; ad tempora

Antichristi alligatus creditur, iuxta Apocal. 20. At vero mediate & consilio atq; hortatione credibile est, omnes pariter ad seducendos homines operam conferre: cum id & facile possint, & ob suum, quo erga homines feruntur, odium & inuidiam, vtique etiam velint.

Secundo quæritur, vtrū inter dæmones, quo ad homines tentandos, sit aliqua subordinatio, ita vt alij aliorū iussu & aueritate hac in re ducatur. Respondeo cum S. Thoma q. 109. a. 2. Guilielmo Parisiensi 2. part. de vniuer. p. 2. c. 14. 15. 16. & Magistro, & comuni Doctorū in 2. d. 6. sententia, quā bene explicant Gregorius de Valentia disp. 8. q. 4. pun. 3. & Suarez hic l. 8. c. 2. 1. esse plane inter dæmones aliquā prælationem, fundatam quidem in ipsa corundē natura, prout alij alijs secundum speciem sunt superiores; sed quæ tamē tum ex voluntario corundē consensu, tum etiam ex ipsa ordinatione diuinæ prouidentiæ ac sapientiæ, partim id permittentis, partim etiā ad bonum finem ordinantis ac dirigenis eam subordinationem, cōpletatur & perficiatur. Hoc significatur à Christo Luc. 11. v. 17. *Omne regnum in seipsum diuisum defolabitur.* Et si satanas &c. Et ab Apostolo Ephes. 6. v. 12. inter dæmones referuntur principatus & potestates, quibus 1. Cor. 15. v. 24. adduntur virtutes, vbi dicitur: *Deinde finis: cu[m] tradideris regnum Deo & Patri, cu[m] evacuaueris omne principatum, & potestatum, & virtutem, vbi glossa ordinaria: quandum, inquit, durat mundus, Angelis præsunt, dæmones dæmonibus, homines hominibus, ad utilitatē viuentium, vel ad deceptionē; sed hominibus collectu, iam omnis prælatio cessabit, quia necessaria non erit.* Et Augustinus 83. q. 69. ait: *Euacuando omnem principatum & potestatum, manifestari & omnibus notis fieri, nullum principium vel potestatum, siue celestium, siue terrestrium, per se habuisse aliquid principatus vel potestatis, sed ab illo, ex quo omnia, non solum vi sint, verum etiam vi ordinata sint.* Et ratio est. Quia prælatio inter naturas species distinctas, & ex se inuicem sua natura pendere aptas; fundatur in ipsa præstantia naturæ, secundum quam inferior à superiori dependet; hæc autem diuersitas naturarū conuenit Angelis, tam bonis, quam malis, vt dictū q. 1. dub. 1. Ergo. Qua ratione etiam S. Thomas loc. cit. sentire videtur, ex ipsa quoq; præcise natura rei, atque in omni statu, Angelos inferiores fuisse superiorib[us] subiectos: quod tamen negat Suarez cit. capit. 2. 1. num. 14.

Sane quia Angelii mali ab initio motioni Luciferi se peccando submiserunt, tum etiam vt post lapsum eorum regnum in ordine ad seducendos homines stabile esset, valde credibile est, inferiores etiam voluntarie consenserit in prælationem superiorum; et si nec dubiu, quin in ipsa executione, pro libertate arbitrii sui, s[ecundu]m etiam reluctentur, vt recte Valentia loc. cit. præterquā quod diuinæ prouidentiæ ordo ad bonum finem hæc omnia ordinantis non permittit, vt suo arbitratru singuli ad hæc studia ferantur: et si quidem positiue etiam nō velit aut intendat, vt inferiores superiorib[us] in prauis eiusmodi studijs & p[re]curationibus obtemperent; quia malū velle non potest.

Sed nec Deus ipse, ob candem causā, positiue

inter

inter demones ministeria nocendi distribuitur, ut significat Bonaventura in 2. d. 6. quæst. vlt. sed potius Lucifer, ut eum S. Thoma q. 114. a. 1. & Guilielmo Parisiensi recte Suarez cit. capit. 21. à numero 25. Quæ autem præterea in particulari à nonnullis circa hanc prælationem referuntur, tum à Guilielmo Parisiensi loco citato capit. 5. 8. & seq. tum ab alijs, incerta sunt, ut post Binsfeldium libro 6. de maleficijs prælud. 10. recte noravit Suarez cit. capit. 21. numero 21. Quomodo autem superiores demones etiam possint inferiores violenter loco mouere, vel sistere, et si directe eos ad aliquid agendum cogere non possint, patet ex dictis quæst. 5. dub. 2.

Tertio quæritur, an dæmones ab exordio mundi, & nunc etiam cunctos homines ex æquo infestent. Respondeo, sine permissione Dei, dæmones nihil in hac refacere posse, ut inferius dicetur; & vero hac permissione non exclusa, iuxta SS. Patrum & Scriptura doctrinam, discrimen est inter varios status seu etates mundi. Nam in statu innocentiae non permisus est dæmon itare tentare hominem, sicut post peccatum illuc enim solum exterius suadendo tentauit; postea vero etiam interius alluciendo seu inclinando, ut dicetur.

Secundo post peccatum usq; ad Christum multo infelix tentare ac persequi homines permisus est, quā post aduentū Christi hinc enim passim idolorū responsa cessabant; nec tam frequentes, ac prodigiosæ elementorum perturbationes a dæmonibus excitari potuerunt, præsertim vbi crucis Christi trophæum erectū, aliaq; fidei nostræ symbola in visu essent. Quo tempore etiam usque ad persecutionem Antichristi, Lucifer in inferno aliquatus creditur. Apocal. 20. v. 2.

Tertio inter ipsos etiam homines hoc tempore discrimen est, quia baptizatos vniuersim & à toto genere minus permittitur infestare, præferentim externis & violentis machinationibus, quam infideles non baptizatos; ut etiam è terris Ethnicon ac gentilium, nempe India tam Orientalis, quam Occidentalis, multo horribiliora diabolica virtutis ac potentia documenta ad nos scripta transmittuntur, quam in terris Christianorum audiantur. Ut cum illic dæmones visibiliter ac familiariter palā inter homines versantur, docent, monent, puniunt &c. cum supra fidem prodigiosas sāpe tempestates cōtent, aliaq; eis documenta inferunt; quorū et si non unquam etiam vicini, seu permixti inter Ethnicon Christiā participes hant, credibile tamen est, ea non nisi ob Atheismi seu gentilismi impietatem, communiter ijs locis adeo inolitam, à DEO permitte. Idem fere seruata proportione dici potest de fidelibus iustis, si cum peccatoribus conferantur.

Quarto discrimen est inter tempora postrema, seu extremo iudicio vicina; & anteriora. Nam sub tempore persecutionis Antichristi, rursum soluetur Lucifer, maiorq; tyrannide seuire permettur, ut colligitur ex Apocal. 20. v. 3. 7. & 9. De qua re passim agunt SS. Patres, speciatim Cyprianus lib. 7. epist. 4. seu epist. 77. Laetantius lib. 2. Instit. capit. 15. Athanasius in orat. cont.

gentes, Chrysostomus homil. 1. ad populum, Gregorius Nazianzen⁹ orat. de natu. Chrīst. Augustinus 20. de ciuit. cap. 7. & serm. 197. de temp. & Gregorius lib. 32. Moral. cap. 12. vbi tempore gratiæ dæmonem dicit esse ligatum; quia potentia diuina distinctionis adstringitur, ne in quantum nocere valet, eff. enetur.

Interim recte Suarez citat. cap. 18. numero 17. annotat, eam dæmonis potentiam non semper limitari à Dæo, pro ratione, aut certa conditione, seu statu personæ, vel Ecclesiæ; sed sepe Deum, pro solo sua voluntatis consilio, ac libera electione, hunc grauius, illum leuius; hunc frequenter, illum rarius; vel in hac, vel in illa materia tentari permittere; ac vniuersim aliter electorum tentationes moderari, quam cæterorum. Quia in hoc nulli facit iniuriā, & cui vult, facit maiorem gratiam.

Quarto quæritur, qua ratione vniuersim dæmon homines infestet. Respondeo iuxta S. Thomam q. 111. a. 1. 2. 3. 4. & q. 114. a. 4. & 1. 2. q. 8. a. 1. & 2. generatim hoc eum facere duobus modis; primo exteriori, & per effecta externa affligendo, siue tentando; siue interim simul visibilis ipse in assumpto corpore appareat; siue non; iuxta ea, que de hac re generatim docuimus quæstionem. Secundum interius alluciendo; non quidē directe & immediate inclinando voluntatē; hoc enim Dei propriū est; sed prauas suggestiones seu cogitationes, phantasmatum seu humorū cōmotione, ingerendo. Quia ut ex comuni bene docet Suarez lib. 8. c. 18. n. 8. diabolus non aliter tentat hominē, quam imitando prauas cogitationes, vel interius phantasmata (motis spiritibus animalibus, quæ sunt quasi vehicula phantasmatum) aut etiam ipsum corpus humoresque commutando, vel exterioris obiecta sensibilita incitantia ad malum offerendo, vel etiam aliquando exteriori sub diuersis figuris apprendo, & loquendo; adde, vel varijs effectibus, quosipse per se, aut per causas secundas producere potest, hominē cruciando, ut fuse perficitur Cassianus collat. 7. à cap. 9. usq; ad 16. In qua re tamen omni, Benedicē Deus non patitur nos tentari supradid, quod passumus, sed facit cum tentatione prosernum. 1. Cor. 7. v. 13.

Quinto quæritur, an diuersi dæmones sub diuersis duebus destinatis, qui ad diuersa vitia ex instituto impellant, eorumque propagationē promoueant. Affirmant Origenes homil. 15. in Iosue, Hieronymus in Abacuc 3. & Ephes. 6. Cassianus collat. 7. cap. 17. Magister in 2. d. 6. & Guilielmus Parisiensis loc. cit. aliquip apud Binsfeldium citat. prælud. 10. Nec est incredibile; sed incertum, ut bene Suarez lib. 8. capit. 21. numero 28. Sicut enim idem bonus Angelus ad cuiusque virtutis honestatem promouet, ita vero simile est, ad quodlibet vitium pro re nata impellere ex dæmonibus quemlibet, ut docet etiam Gregorius lib. 32. moral. cap. vlt. Et quamuis in scriptura quidam dicatur spiritus mendax 3. Reg. 22. alius spiritus fornicationis Oseea 4. alij spiritus seductores 1. Timoth. 4. non est tamen necesse; ut hi spiritus intelligantur ex parte subiecti seu personæ esse diuersi.

12 Sexto queritur, an dæmon vicitus in oppugnatione hominis, saltem ad tempus recedat, hominemque dimittat; statim enim ad inferos detrudi, præced. dubio negatum est. Respondeo iuxta communem affirmatiue. Ita tradunt S. Thomas r. p. q. 114. a. 5. Egidius, Richardus, Durandus & alij in 2. dist. 6. & colligitur ex Luc. 4. v. 13. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, usque ad tempus. Et Iacob. 4. v. 7. Refugite diabolo, & fugiet a vobis.

Veram hoc intelligendum moraliter & ordinarie non post singulas partiales quasi tentationes, sed post tota aliquam machinationem, quæ pluribus saepe insultibus constat, perfecte deuictam: pudet enim tunc quodammodo dæmonem inimicæ victoriam, sibiq; à victore metuit: præterquam quod hoc benignitatem diuinæ prouidentiæ admundum, consentaneum est, vt victorem aliquantis per subleuer. Quod tamen non obstat, quo minus postea dæmon audacior insitiat, iuxta Matth. 12. & Job. cap. 1. & 2. & Gregorii lib. 10. epist. 38. & lib. 3. Moral. c. 8. & l. 32. c. 16. & Cyprianū epist. 6. vbi ait: Fortiorum magis aggreditur, & acrior factus, hoc ipsi, quod vicitus est, superante superare conatur.

13 Septimo queritur, an sicut de bonis Angelis sequenti dubio dicetur, ita etiam Deo permittente, & Luciferi disponente, ex malis Angelis, singulis hominibus à nativitate proprius adjunctus sit aduersarius & impugnator. Respondeo ex communis & valde probabili sententia Doctorum, affirmatiue. Ita enim cum Magistro in 2. d. 6. communiter tradunt alij Scholastici; & docent Origenes homil. 35. in Luc. & 3. periarchon cap. 2 Gregorius Nyssenus lib. de vita Moysis, Tertullianus lib. de anim. cap. 39. vbi multa Pamelius n. 451. & plura Eugubinus lib. 8. de perenni Philosophia, & probable censem Gregorius de Valentia disp. 8. q. 3. pun. 4. Vasquez disp. 245. cap. 1. Suarez hic lib. 8. cap. 21. num. 31.

Ratio est: Quia dæmon studio nocendi cupit ex aduerso, quoad potest, paria facere cum Deo; nec deest facultas; quia tametsi non sit tanta multitudo dæmonum, quanta Angelorum, facile tamen credi potest, etiam ex infimo ordine tantum esse numerum dæmonum, quantus est omnium hominum simul viventium; præterquam, quod verisimile est, aliquando etiam fortasse ex superiori ordine ad idem officium aliquos destinari. Deus autem ob eandem causam hoc ipsum facile permittit, ob quam vniuersim homines à dæmonibus tentari permittit.

14 Octavo queritur, vtrum dæmones suo arbitratu, sine speciali permissione Dei possint homines tentare, eisque sive per se, sive per striges noceare. Respondetur in modum sequentem. I. sine permissione aliqua diuina nihil in hoc genere dæmones præstare possunt. Ita omnes; & tradunt passim SS. Patres, speciatim Cyprianus in expposito. orat. domin. Augustinus in Psal. 61. & 100. Damascenus lib. 2. cap. 4. & Bernardus lib. ad sororem cap. 67. Ratio est: Quia nihil sit, nisi Deo vel faciente, vel permittente.

15 II. In consuetis tamen modis impugnandi non est opus speciali permissione Dei; tametsi etiā in-

his subinde Deus per se, vel p. Angelos eorum contus impedit vel infringit. Ratio est: Quia hæc potestas permissa intelligitur, sub generali permissione homines tentandi.

III. Specialia fames documenta, sive in rebus externis, sive in personis, inferre hominibus per seipso non possunt, neque extraordinarios & prodigiosos tentandi modos adhibere, absque speciali, in unoquoque casu particulari, permissione Dei: Colligitur aperte ex scriptura, exemplo Iobi c. 1. v. 12. & c. 2. v. 6. & exemplo Achab lib. 3. Reg. c. 22. v. 22. item documento porcorum Matth. 8. v. 39. Idem docent Damascenus lib. 2. fid. cap. 4. Augustinus lib. 20. de ciuit. cap. 8 & in psal. 77. & ferm. 193. de temp. & lib. 3. de. Trinit. cap. 8. & 9. Ratio mox afferetur.

IV. Sed nec per striges aut maleficos, sine speciali, in unoquoque casu particulari, permissione Dei, dæmones nocere hominibus possunt; sive ubi striges non adhibeant res naturaliter homini nocuas. Colligitur ex ijsdem scripturis, & testimoniis. Quocirca nec potest dæmon, suo arbitratu, tempestates cire, etiam si striges copias adhibitis, ollaue malefica effusa, diaboli in eam rem open, inuocent; tametsi facilius hoc casu permittat Deus, exoptatum à strige malum per dæmonem, inferri; quia saltem aliqua ad eam rem hominis cooperatio accedit.

V. At vero quando striges à diabolo vnguentum venenosum seu naturaliter noxiun accepterunt, tunc sane suo ipse arbitratu, nisi Deus specialiter conatus obstat, eo vii, eiisque vnu & applicatione, quibus volunt, nocere possunt. Ratio est, Quia Deus ligauit diaboli potestatem, ne per se, suoque arbitratu noeat, vt colligitur, ex Luc. 11. versu 22. & Apocalyp. 20. versu 2. nec vñquam generalem fecit ei potestatem, naturis rerum suo arbitratu vtendi, aut nocendi vii liberet. At vero hominibus, in hac vita, reliquit liberam potestatem, rebus naturalibus vtendi suo arbitratu, seu bene, seu male.

Atque ita quoque docet Trithemius lib. quest. ad Maximil. I. Imperatorem q. 7. vbi inter cetera etiam recte cauet, ne maleficium nouo maleficio depelli à Magistratibus permittatur. Non sunt; inquit, inter Christianos tolerandi, O sacra fæma Caesar, homines mente corrupti, & reprobi circa fidem, qui per maleficia curant maleficiatos; qui furta ministeria dæmonum revelant & adulteria; qui lapidum aut speculi inspectione preannuntiani futura. Non exaudiat illos, precor, qui diuinarum legum ignari, huiusmodi ministres dæmonum imperio tuo existimat viriles; propterea quod maleficio noverint maleficia dissoluere. Quoniam ista portuera curatio corporum mortem inducit animarum, & facit homines à Deo creatore omnium recedere, & impie spoliant dæmonibus adherere; cum quibus postmortem damnabuntur in æternum.

Nono queritur, vtrum omnes tentationes, omniaque peccata hominum, ex dæmonum machinatione proueniāt. Respondeo cum S. Thoma q. 114. a. 3. mediate quidem & remote omnia peccata, omnesque tentationes à dæmone proueniare; quatenus induxit primū hominē ad peccatum,

ex quo

ex quo concupiscentia & naturæ corruptio, adeoque cætera peccata consecuta sunt, de quo nulla est controversia: directe vero & immediate non est omniū peccatorū seu tentationum causa; sed quædam ex libertate arbitrij nostri propriae; carnis corruptione nascuntur; iuxta illud Iacob. 1. v. 14. *vñs quisque tentatur à concupiscentia sua abfraſtuſ & illeſtuſ.*

Idem docent Origenes lib. 3. Periarchon capit. 2. Basilius in reg. breu. num. 75. Chrysostomus homil. 54. in Acta & in opere imperf. homil. 49. Gregorius Nanzianzenus carm. seu metro 52. Gennadius libro de Eccles. dogm. capit. 81. & Gregorius lib. 11. Moral. capit. 25. et si contrarium significant Leo serm. 4. de Collect. Auctor serm. 68. ad Fratres in Eremo, apud Augustin. Hieronym. in Eph. 6 Cassianus Collat. 7. Damascenus lib. 2. capit. 4. quibus fauer Suarez hic lib. 8. capit. 19. a num. 20. cum nonnullis recentioribus.

Ratio patet ex dictis. Quia cum concupiscentia partim sua natura sæpe fortuitis quibusq; casibus ab extrinseco excitetur, non est verisimile, à dæmonib⁹ omnes eiusmodi tentationes imitti; vt cunq; alias in suo labore & perdendi studio sint indefessi, de qua re pluribus differit Cassianus collat 7. c. 7. 15. 20. & collat. 8. c. 12.

²⁰ Decimo queritur, quid sentiendum sit de varijs dæmonum partitionibus, quas nonnulli graues authores à varijs nocendi studijs, aut habitatio- num diuersitate desumptas tradunt. Respondeo. De hac re agit Trithemius l. 8. qq. q. 6. vbi Orpheum, Pſellum, & ipsius Apollinis Pseudooraculum, apud Eusebium lib. 4. demonstrat. Euangeli- fæcetus, sex dæmonum genera recenset, nimirum igneum, aereum, terrestre, aquatum, subterra- nū, & lucifugum; eorumque etiam studia & affec- tuſ pliſe describit. Sed hac examine indigent; & vniuersim nec pbanda sunt, nec improbanda videntur, vt notauit etiam Delrius lib. 2. qu. 27. sect. 2. Certe S. Ignatius Martyr epistol. ad Ephes. ab ipso etiam Trithemio relatus, duo tantū eorū genera, omisso igneo, assignat, cum ait: *Nihil melius est, quam pacē habere, in qua omne telum e- vacuatur, aereorū ſimil, & terrefrū ſpirituū.* Sub quibus utique coſtiam, qui in aquis, & speluncis quandoque hominibus inferti sunt comprehen- dit.

Nec vero simile est in regione ignis aliquos dæ- mones ordinarie habitare, quando ab Apostolo Epheſ. 6. Rectores tenebrarum, & à Iuda caligini, seu caliginoso aéri adscripti dicuntur: nec est quic- quā, quod in regione ignis aduersus homines ma- chinentur. Quod si dæmonū genus igneum dicatur, ab igne infernali, iam omnes dici poterunt ignei; non solum quia ab igne omnes patiuntur, sed etiam quia alternatim, & ad tempus omnes aliquandiu inferis addicuntur; vt superius dub. præced. dictum. Ob quam causam etiam non est verosimile, eosdem numero spiritus perpetuo aut in aquis, aut in speluncis degere, sed pro occurrentium circumstantiarum varietate, varijs in locis, ad seducendos homines, incum- bere.

Tom. I.

Plenius ex scriptura varia dæmonum studia- & affec- tuſ describit Cassianus collat. 7. capit. 32. vbi tamē & illud, tum Trithemio commun- pia interpretatione indiget, cum ait, quosdam dæmonum solummodo loculatores esse; ut non tormentis hominum, sed derisione delectentur; & illuſione contenti, fatigare potius studeant, quam noce- re. Quorum similia etiam habet S. Antonius apud Athanasium in vita eiusdem: nimurum, quia plus illis diuinitus non permittitur, vt recte ab Henrico Guicchio in citatum locum Cassiani annotatum. Vide quæ in simili diximus supra quæſt. I. dub. I. de imperitia & inertia dæmonum. Plura de dæmonum tentationibus & studijs ex Pa- tribus & historijs Cocciustom, I. 4. a. 5. & 6.

D U B I U M VIII.

De Praſidio, ministerio, ac cuſto- dia bonorum Angelorum, erga homines, aliasque reſcreatās.

8. Thom. I. p. q. 112. & 113.

Contra malum bonum est, & contra mortē vita. Sc. Et sic intuere in omni opera Altissimi; duo & duo; & unum contra unum, inquit Ecclesiasticus c. 33. v. 15. Quando igitur de infestationibus dæmoniū actum est dub. præced. sequitur, vt etiam de p-tectione & custodia bonorum Angelorum agam⁹, totamq; adeo materiam de Angelis hoc argumen- to feliciter concludamus; de quo S. Thomas ex instituto agit cit. q. 112. & 113. Nos vero vt in præcedenti dubio factum, aliquot quæſtiunculis rem paucis complectemur.

Vbi tamen primo illud veluti ex fide certum- principium vniuersim supponimus, bonos Ange- los esse ministros Dei, in procuranda & promouēda hominum salute, ac proinde in hæc studia varijs modis, iuxta benignissimam diuinæ prouiden- tiae dispositionem, incumbere; ac sæpe tum visibiliter (vti dictum quæſt. 5. dub. 5.) tum inuisibiliter ad homines, seu in has terras mitti; vti patet tum ex plurimis alijs Scripturæ testi- monijs, paulo post inferius referendis, & ex parte relatis supra cit. dub. 5. tum generatim ex illo Apostoli Heb. I. v. 14. *Nonne omnes sunt ad- ministratorij ſpiritus in ministerium mihi, propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis?*

Supponimus secundo, id quod non minus certum, & extra controversiam est, absolute lo- quendo, à Deo mitti posse ad hanc procurationē omnes Angelos, imo vero re ipsa quoq; aliquando à Deo destinari omnes, si non missione externa, qua sit per motū localē, certe tamē internā, (li- cet hæc sit minus proprie dicta missio, vt bene Suarez lib. 6. cap. 9. num. 17.) qua sit per illu- minationem, qua superior Angelus, in gratiam & commodum hominum, Angelos inferiores illuminet: vt vel ob hanc etiam causam ab Apo- stolo omnes Angeli dicantur administratorij ſpiritus cit. Heb. I. prout etiam docet S. Thomas q. 112. a. 2. ad. 1. His positis,

Quæritur primo, an ex omni hierarchy, & or-

4

T t t 3

dine,

dine, aliqui nonnunquam Angeli etiam externa missione à Deo immediate ad homines mittantur. De hac re sunt duæ Doctorum sententiae. Prima docet, omnes Angelos ab infimo vsq; ad supremū, aliquando ministrare ac mitti; esto ex supra hierarchia non nisi raro & quasi extraordinarie mittantur; Ita sentiunt Aelensis 2. part. q. 36. mem. 3. Scotus in 2. dist. 10. q. 1. Durandus q. 1. Argentina a. 1. Gabriel art. 2. Marsilius in 2. q. 7. art. 3. Molina 1. p. q. 112. disp. vn. & Gregorius de Valentia disp. 8. q. 6. pun. 2. Et indicat Athanasius serm. 3. cont. Arian. vbi ait: *Ad ministerium autem non unus, sed ex omnib⁹ plures ad manus præsto sunt, quos Dominus, si velit, amandet. Multi enim Archangeli, multi Throni, multa Potestatei, & Dominationes, milles millia, & decies millia centena millia ministrorum aſſtunt, & apparet, qui se promptos offerunt, ut emittantur.*

Et fundatur hæc sententia in cit. Heb. 1. Omnes sunt administratori spiritus, in ministerium misi. Accedunt peculiaria scriptura exempla. Sic enim Tob. 12. vers. 15. Raphael missus ad Tobiam, erat unus, ex septem, qui aſtant ante Dominum. Iſai. 6. vers. 6. dicitur, *Volauit ad me unus de Seraphin, & tetigit os meum.* Daniel 10. vers. 13. Ecce Michael unus de Principibus primis, venit in auditorium meum. Luc. 1. v. 26. Missus est Angelus Gabriel ad Mariam Virginem, quem vnum fuile èsupremis, Theologi complures sentiunt, cū Magistro in 2. dist. 10. post S. Bernardum homil. in Missus est, eti negent alij. Omitto Cherubinos ad custodiā paradisi positos Genef. 3. & alias quatuor, quos vidit Ezechiel cap. 10. in diuino ministerio occupatos.

6 Et esto, ob speciale rationem subiectæ materiæ, probabilis sit illa interpretatio S. Dionysij cap. 13. cœlest. hierarch. & S. Thomæ cit. q. 112. art. 2. ad 2. qua adductum ex Iſaiâ locum explicat, vel de aliquo inferiori Angelo, qui ab officio erga Prophetam exercito, dictus fuerit Seraphim; vel de ipso quidem Seraphino, sed per inferiorem Angelum, suum velut ministrū, operante; quod similiiter etiā de apparitione Seraphim S. Franciscico facta dici potest: minime tamē probatur, quod in Reuelationibus B. Amadei Raptu 4. legitur, *Raphael non in persona, sed in nuntio suo; id est, Angelo in infimo choro, comitatum esse Tobiam:* quod etiam ibidem assertur, de Michaele apparente in monte Gargano. Id enim nec sensui fidelium, nec scripturæ satis consonum videretur; quæ proprie interpretanda, vbi nullum sequitur absurdum. Nec ullus, quod sciam; ita historiā Tobia haec tenus intellexit: sed potius communis Ecclesiæ sensus videtur habere, ipsuſmet Raphaēlem, quisquis tandem eo nomine Angelus significetur, per se apparuisse, & vere fuile vnum de septem Angelis coram Deo aſſistentibus, non ad contemplandum solummodo ipsum, sed ad ministrandum, quasi extraordinem, vt dictum superius q. 1. dub. 6.

7 Secunda sententia est, Angelos aſſistentes & ministrantes proprie acceptos, qui scilicet re ipsa & missione extera ad homines mittuntur, ita distingui, vt illi e cœlis nunquam, sed solum isti ad ministrandum mittantur & abeant. Ita docent

S. Thomas cit. q. 112. a. 2. & 3. Caſtahus ibidē, item Albertus in 2. d. 10. artic. 3. Bonaventura att. 1. q. 2. Richardus art. 11. q. 2. Egidius q. 1. & 2. & Capreolus q. 1. Inter quos etiā S. Thomas, Egidius, Capreolus, Caitanus, & alij Thomista sentiunt, tres tantū esse ordines aſſistentiū, nempe Seraphim, Cherubim, & Thronos, alios vero sex ordines Angelorū ministrantes esse; etiā Richardus significet, etiam Dominationes mitti.

Fundamentum præcipuum huius sententia sumitur ex S. Dionysio cœl. hierarch. cap. 7. 8. 9. & 13. qui ita plane sentire videtur, quem sequitur Gregorius homil. 34. in Euang. vbi refert Dionysium sensisse superiora agmina ab intimis, (coelorum vel Dei) nunquam recedere. Addit rationem S. Thomas cit. artic. 2. Quia à constituto naturæ ordine, dispensatione diuina aliquando receditur quidē, sed solum propter superiorem ordinē gratiæ; at vero ordo gratiæ, quo nō iurit illa Angelorum, secundum varios gradus & ordines, distinctio, nō habet aliquę superiorē ordinē, propter quē ab eo recedatur. Accedit quod ordo naturæ plerumq; solum imputatur ob attestacionē & confirmationem fidei, qua de causa etiam conspicue in sensu incurrit; at vero imputatio illa ordinis inter Angelos constituti, cum sit inuisibilis, & nobis ignota, non potest ad hunc finem deseruire. Ex his duabus sententijs Vasquez disp. 244. cap. 2. neutram certam, aut aliquo probabilitatis momento altera superiore censem.

Equidem sentio cum auctoribus secundæ sententiae, non esse negandam distinctionem, inter Angelos ministrantes, & aſſistentes, qui nempe ex officio ad laudandum solum & contemplandum Deum, eiusque illuminationem recipiendam, quasi contemplatiū solum vitam agentes, Deo semper aſſistant; ea enim distinctio auctoritate S. Dionysij, Gregorij, & S. Thomæ satis probatur; quicquid nonnulli recentiores apud Suarez cit. lib. 6. cap. 10. num. 44. eam distinctionem plane ē medio tollere videantur.

Nihilominus existimo, cum auctoribus primæ sententiae, nihil obstare, quo minus præter consuetum ordinem, & ordinariam legem Dei, non nunquam aliqui etiam ex supra hierarchia, immo primo ordine eiusdem hierarchie mittantur. Ita docet etiā Suarez cit. cap. 10. à num. 45. Moneor non tam adductis scripture testimonijs & exemplis, sigillatim spectatis, quæ si aliquid probarēt, fere etiam nimium probare viderentur, nimurum non solum raro, sed etiā frequenter, & quasi ordinarii mitti quoq; suprema hierarchiæ Angelos, vt bene etiam notauit Suarez cit. cap. 10. num. 44. Sed primo, quia valde probabile est, saltem indeterminate vnum vel alterum exemplum esse ad rem accommodatum; idque de Gabriele nuntio B. Virginis mihi maxime est credibile, etiā nec illud sit certum. Secundo quia dum in Nativitate Christi dicitur Luc. 2. *factum esse cum Angelo multitudinem celestis exercitus,* valde probabile est, eam multitudinem aut omnes Angelos fuile complexam, aut ex omnibus Angelorū choris conflatam, iuxta illud Heb. 1. v. 6. *Et cum iterum*

intro-

introducunt primogenitum in orbem terræ, dicit, & adorant eum omnes Angeli eius. Quod etiā docet Chrysostomus in psal. 8. vbi ait: supernorum chororum Cherubim & Seraphim hoc est munus, Deum assidue laudare, & hymnis celebrare. Ex his Choris etiam in terra apparuérunt, cum vigilantibus pastoribus cantantes. Tertio idem multo certius est futurum in extremo iudicio, iuxta illud Matth. 25. v. 31. Cum venierit filius hominis, in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo. In huiusmodi ergo occasionibus, inquit Suarez cap. 10. num. 47. mihi pro indubitate est, assistentes Angelos descendere, ac proinde mitti; quia non veniunt nisi ex imperio & voluntate Dei.

Nec obstat ratio S. Thomæ; Tum quia ordo vniōnis hypostaticæ, superior est ordine gratiæ sanctificantis habitualis, qua ntitur illa distributio Angelorum: quid nūigitur saltem propter Verbum Incarnatum aliquando ea mutari possit? Tum quia etiam in ipso ordine gratiæ, ad ostendendum peculiarem fauorem erga electos, Deus aliquando consuetum ordinem immutat, vt inferius etiam de Angelis Custodibus dicetur, & patet in sanctificatione B. Virginis, & aliorum, facta in utero. &c.

Secundo queritur, An singulis hominibus suus sit Angelus Custos designatus. In qua re certiū est, ex illis Angelis, qui ad nos mittuntur, quosdā præsidij & custodia causa mitti, vt constat ex scriptura. Etenim Genes. 19. v. 15. Angelus eduxerunt Lot, & posuerunt extra ciuitatem, dicentes, salua anima tuam. Genes. 48. v. 16. Iacob ait, Angelus, qui eripuit me de cunctis malis. Idem habetur Tob. 12. v. 15. Act. 12. v. 15. & in Psal. 90. v. 12. dicitur, Angelus suis mandauit de te, vt custodianus te in omnibus vijs tuis. Quod optima ratione & conuenientissima diuinæ prouidentiæ dispositione accidit; quia per se alioqui cogitationes mortalium sunt timida, & incerte prouidentia nostra. Sap. 9. v. 14.

An vero singulis hominibus propriis ac peculiariis Custos Angelus à Deo sit attributus, olim quidem fuit dubitatum; afferentibus quibusdam, solum prædestinatis, in natuitate ipsorum; alijs solummodo sanctis, à die baptismatis, attribui Angelos custodes, vt refert Origenes tract. 5. in Math. & fere S. Thomas q. 113. a. 5. Magister quoque in 2. dist. 1. videtur dubitare, vtrum singulis hominibus singuli Angeli deputentur; an vero unus Angelus multorum simul hominum curam habeat; et si Suarez hic l. 6. cap. 17. n. 10. eum in meliorem partem interpretetur. Taceo Caluinum lib. 5. Instit. cap. 14. sect. 7. & in Psal. 90. sect. 7. vbi ait, tantū esse vulgi opinionē, singulis hominib⁹ singulos Angelos esse custodes.

Nihilominus vera & certa est etiam hac in re. Doctorum sententia, quam tradunt Scholastici omnes cit. dist. 7. & S. Thomas quæst. 113. art. 2 & 5. statim ab ipso momento natuitatis, singulis hominibus singulos & proprios Angelos custodes diuinitus destinatos adesse; qua proinde etiam sine magna temeritate negari non potest; recte Gregorius de Valentia d. 8. quæst. 6. pun. 3. Vasquez disp. 245. cap. 1. & Suarez lib. 6. cap. 17. num. 8. et si Molina q. 113. disp. vn. dicat, id non

esse de fide: sicut etiam Suarez ibidem num. 10. solum dicit, esse verisimilis vnum Angelum nunquam custodiare simul nisi vnum hominem.

Probatur primo satis aperte ex scriptura. Matt. 18. v. 10. dicitur, Angelis eorum semper vident faciem Patri. Et Act. 12. v. 15. fideles de S. Petro ex carcere educto Angelus, inquit, eis est. Vnde constat, tam ex Christi doctrina, quam ex Ecclesiæ primitiæ sensu, vnumquemque hominem suum proprium habere custodem.

Secundo idem docent SS. Patres communisensu. Optime Basilis lib. 3. cont. Eunom. Quod adit, inquit, singulis credentibus Angelus tanquam padagogus, & pastor vitam dirigens, nemo contradicet, qui memor fuerit verborum Domini, ubi dicit, Ne contemnatis vnum de pusillis istis; Nam Angelus eorum semper vident faciem Patri mei, qui in celis est. Et: Adredit Angelus Domini in circuitu itinerarium eum. Psal. 33. Et: Angelus, qui liberavit me à inventore meo. Gen. 48. & quecumque huiusmodi sunt.

Gregorius Nyssenus lib. de vita Moysis: Oculi, inquit, traditio est, verba sermo ad nos usque descendit, quo creditur, posteaquam in peccatum natura nostra lapsa est, non omnino à clementia diuina neglectam, nec absque suo patrocinio dimissam, sed Angelorum, qui natura incorporei sunt aliquem in administraculum cuique constitutum esse. Theodoretus in cap. 10. Daniel. Ex his inquit, docemur, singulis Angelis vniuersiisque nostrorum creditam esse curam, vt custodiani, tueantur, & a prædemoniis nos liberent insidias.

Et Hieronymus in cap. 18. Matth. Magna est dignitas animalium, vt unquam habeat ab ortu Natuitatis in custodiis sui Angelum delegatum. Idem aliterunt præter alios Chrysostomus homil. 60 in Matth. Athanasius lib. de communione. Eusebius lib. 3. de Præparat. Euang. c. 7. Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromat. & ante omnes Origenes homil. 23. in Lucam.

E quibus plerique vniuersim de hominibus loquuntur: aliqui vero etiā de fidelibus & baptizatis tantum loquantur, non tamen excludunt ceteros; sed indicant, in his non tam esse locum Angelo custodi, quam liberatori seu monitori. Ratio est. Quia cum homines etiam in individuo singuli sint quoad animam incorruptibles, & quod fuit vt eis, non minus, quam ceterarum rerum generibus atque speciebus, vt dicetur, singuli Angelii custodes adhiberentur.

Tertio queritur, quanam ratione in particulari fiat execucio huius custodiæ. De hac re breuiter notanda sunt sequentia. I. Custodiā incipere à natuitate; adeoque infantes non habent proprios Angelos custodes, nisi posteaquam in hanc lucem editi sunt; antea enim vnum quodammodo cum matribus estimantur, ac proinde non proprios. sed communes cum matribus custodes habent, vt docet S. Thomas cit. q. 113. a. 5. ad 2. etiā contrarium post Terrullianum lib. de anim. cap. 37. & Anselmum in Elucidario, sentiat Suarez hic l. 6. c. 17. n. 18. quod parum existimo probabile.

II. Munus Angelorum custodum in morte finiri, saltem vt nec in inferno, nec in celis locus custodia sit amplius, vt ex communi post S. Thomam quæst. 113. a. 4. docent ceteri; nec dissentit

Suarez cit. cap. 17. n. 11 et si contrarium significare videatur Iustinus lib. vlt. q. 30. Nihilominus verisimile est, Angelum custodem animas in gratia decedentes, & non plene purgatas, non descrere, donec ad beatitudinem perueniant, vt docet Suarez cit. cap. 17. n. 11. Certe quidem eas ab unoquoque Angelo custode saltem ad purgatoriū perduci; sicut & vndiqueaque sanctas & purgatas ad cœlum, satis colligitur ex historia Lazarī mendicī Luc. 16. & ex Patribus docet Suarez c. 19. n. 9. Imò etiam unumquemque Angelorum eas secum ad iudicium extremum ducit, quibus praeſuit, valde probabilitate afferit Origenes hom. 11. in Numer.

18 III. Christum Dominum non habuisse custodē Angelum, sed unum vel plures Angelos Ministros, vt docet S. Thomas q. 113. art. 4. ad 1. iuxta illud Matth 4.v. 11. *Et ecce Angeli accesserunt, & ministabant ei.* Et Ioann. 1.v. 5. *Videbitis cālum aperitum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.* Ratio est. Quia cum ipse esset penit⁹ impecabilis, & plenus scientia, & veritate, ipsiusque Angelis potenter, non indigebat Angelorum custodia. Secus est de B. Virgine, vti & de primo homine, etiam in statu innocentiae posito, alijsque tam veteris, quam noui testamenti hominibus viatoribus, ipsoque etiam Antichristo ex communī.

19 IV. Angelum custodē nunquam omnino dimittere clientē suū, quamdiu hæc vita durat, etiā si peccet, & peccata multiplicet: licet actuæ custodiū exercitium interdum remittat, propter eius incapacitatem & indispositionem, vt docet Sanctus Thomas q. 113. a. 6. & in 2. d. 11. q. 1. a. 4. ex communi Doctorum ibidem, eodemque modo intelligendi sunt Patres, quando dicunt, homines peccando à se Angelos profigare, vt videre est apud Origenem homil. 2. in Ierem. Basiliū in Psal. 33. Hieronymum & glossam in id Isai. 5. *Anferam semper eius,* Ambroſium in Psalm. 37. & Bernardum serm. 1. de S. Michaelē, & serm. 7. in Cant.

20 V. Neque tamen Angelos custodes, hominibus (eademque est ratio aliarum rerum inferiorum, quibus præſunt, vt dicetur) ita inseparabiliter affistere, vt nunquam plane ad cœlos, aut aliorum digrediantur; nam etiam absentes loco non defūnt, quoad effectū custodie; quia etiam dum sunt in cœlo, cognoscunt quid circa hominem agatur. Nec indigent (multa) morā temporis ad motum localēm, sed semper possunt adesse. vt bene docuit Sanctus Thomas cit. quæst. 113. a. 6. ad 3.

21 VI. An vero singulis hominibus etiam successiū evuentibus diuersi semper adstant custodes Angelī, incertum esse, affirmant nonnulli post Iustinū lib. vlt. q. 30. Negat Magister in 2. dīl. 11. cuius sententiam magis probat Suarez cit. cap. 17. n. 11. Mihi supposita multitudine sufficienti Angelorum, de qua actum est qu. 1. dub. 1. affirmativa magis probatur. Quia consentaneum est rationi, vt in eo munere obeundo, Angelī, qui alioquin sunt eiusdem conditionis, vicissim, sive potius successiū mutentur.

22 VII. Quamuis ordinariè Angelī custodes sint, ex infimo ordine infimæ hierarchiæ, vt tradit ex communi S. Thomas q. 113. a. 3. & apud antiquos

scriptores in confessō afferit Vasquez loc. cit. tamē nil videtur obſtare, quo minus extraordina-riè quandoque sint ex superiori ordine, si non ex superiori etiam hierarchiā, vt docet Gregorius de Valencia loc. cit. & fere Suarez cap. 18. nu. 10. & ſentient plures recentiores, quos sine cauſa reprehendit Vasquez cit. cap. 1. Idem perſuadent probata quorundam sanctorum historiæ, vt de S. Franciſca Romana habetur in eius historiæ & in Panegyri Valaderij, & de S. P. IGNATIO, in vita eiusdem apud Ribadeneiram. Hoc certum, communi quadam ratione, aut extra ordinem, etiam cæteros Angelos ſalutem hominis procurare. Vnde Origenes homil. 4. in Psal. 36. *Nunquam foliū eſt iustus, ſed ne unius quidem, aut duorum, vel trium tantummodo Angelorum ſocietate ſubmixta eſt, ſed exercitus ei virtutum praefo eſt.* Quod conſirmatur etiam ex historia Elifei 4. Reg. 6. v. 16.

23 VIII. Angelos custodes duodecim fere modis ſuorum Clientum ſalutem tum corporis, tū pra-cipue animæ, iuxta beneplacitum tamen diuinæ voluntatis procurare, vt ex Gabriele in 2. dīl. q. vn. recte notauit Gregorius de Valencia cit. d. 8. q. 6. pun. 3. Primo enim peccata clientum reprehendunt, iuxta illud Iud. 2. v. 1. *Ascendit Angelus Domini de Galgalis, ad locum flentium, & ait, Eduxi vos de Egypto, &c. & noluiſt audire vocem meam. Cur hoc feci?* II. Proinde ſuadēdo, & conſcientiæ morsibus pī-legendō à catenis peccatorum liberant, iuxta figurā Petri Act. 12. v. 7. III. Illecebras occaſionēſq; pec- candi remouent. IV. Dæmones arcent, eorumque conatus cohibent. Ita Tob. 12. v. 3. *Dæmon ab uxore meā compescuit.* V. Docent & illuminant Daniel. 9. v. 22. *Nunc egressus sum, ut docerem te, & intelligerē.* Quomodo autem Angelī poſſint homines docere & illuminare, conſtat ex dictis ſuprā q. 4. dub. 3. & 4. VI. Secreta Dei conſilia quandoque reuelant. Genes. 18. v. 17. *Num celare potero Abramam, quæ geſu-ruſ ſum.* VII. Consolantur afflitos. Tob. 5. v. 13. *Ferti animo eſto, in proximo eſt, ut à Deo curerū.* VIII. Conſir-mat & addunt animum ad progrediendum in via Dei. 3. Reg. 19. v. 7. *Surge & comedie; grandis enim tibi reſtat via.* IX. Pericula corporis depellunt, & in via feliciter deducunt. Tob. 5. v. 15. & c. 16. v. 4. X. Depellunt & proſfigant hostes etiam viſibiles. Isai. 37. v. 36. *Egressus eſt autem Angelus Domini, & percutiſt in eaſtri Aſſiriorum centum eſcoginta quinque milia.* XI. Vim tentationis infringunt, iuxta figuram Genes. 32. v. 25. XII. Offerunt preces ſuorū, & pro his peculiarier intercedunt. Tob. 12. v. 12. & Apocal. 8. v. 4. Quibus adde XIII. Quod ipſos etiam ſuos clientes nonnunquam caſtigant & pu-niunt, ſaltem poena medicinali, vt tradit Augustinus lib. 9. de ciuit. cap. 5. & fuiſus perſequitur. Suarez cit. lib. 6. cap. 19. n. 5. Plura de hac re vi-deri poſſunt apud Gerlonem trac. 8. ſuper Magnificat, part. 3. & apud Franciscum Albertinum in proprio opuſculo de hac re.

24 Postremo circa hoc ministerium Angelorum, notandum, Angelos, etiamsi vel maxime cupiant clientum ſuorum bonum promouere, non tamē proprie tristari, vel angri, etiamsi præter ipsorum vota ſecus accidat, cum habeant voluntatem diuinæ per omnia conſonam; vt docet S. Thomas

cit. a.

cit. q. 113. a. 7. quicquid in contrarium suo errori male innixus dixerit Origenes, de quo actum supra dub. 2. Alij vero Patres, aliter quandoque locuti, p̄ explicandi sunt, in sensu metaphorico, prout etiam de Deo ipso quandoq; loquitur scriptura. Certum est enim in beatitudine nullum locum esse tristitia, vt fusi docui tomo 2. disp. 1. q. 3. dub. 2.

²⁵ Quarto queritur, an etiam rebus alijs, ac praetereipue Regnis & Prouincij seu communitatibus singulis atque etiam substantijs inanimis, aut rationis expertibus Custodes aut Praesides Angeli sint deputati. Respondeo primo. Valde probabile esse, singulis saltem speciebus perfectis substancialium corruptibilium, singulos Angelos praesides ac veluti custodes esse designatis. Ita docent S. Thomas hic 113. a. 2. aliquique Theologi communiter, quicquid neget Caietanus ibidem, & colligitur ex scriptura Apocal 14. v. 18. vbi dicitur. *Et aliis Angelis existit de altari, qui habebat potestatem super ignem.* Quo loco idem tradunt Arethas, & Andreas Cæsariensis. Eodem spectat illud Apoc. 16. v. 5. *Et audiui Angelum aquarum dicentem, etc.* Idem docent communiter Patres, speciatim Origenes hom. 8. in Ierem. & 23. in Iosue, & Augustinus 1. 8. de Genes. ad lit. c. 24. & l. 8. 3. q. 79. vbi ait: *Vnaquam res visibilis in hoc mundo habet potestatem Angelicam sibi propria, sciat aliquis locus diuinus scriptura testatur.*

Etsi 1. 3. de Trinit. c. 4. sicut corpora creatioria, inquit, *& inferiora per subtiliora, & potentiora quodam ordinem regantur, ita omnia corpora per spiritum vita, & spiritus vita irrationalis, per spiritum vita rationalis, & spiritus desertor per spiritum pnum & insitum, & ille per ipsum Deum.* Quod maxime de individuis etiam colorum corporibus tradit Aristotle, & communis Philosophorum sensus; tametsi proprie custodes colorum non sint Angeli, cum cœli nulli corruptioni sint obnoxii, sed quodammodo Praesides & Procuratores.

Ex quibus etiam sumitur ratio. Quia inferiora Deus gubernat per superiora; & si cœlis singulis suis ex Angelis est motor attributus, qui vni cuidam certa parti cœli applicatus, totum cœlum circumferat, ut superius dictum, & magis patebit d. seq. q. 4. dub. 3. cur non & naturis ceteris, iuxta debitum naturæ cursum moderandis, præserit, cū, alioquin quotidiana facile corruptionis & perturbationis periculo subieciantur? Difficilem autem quandam locum Hieronymi, qui contrarium videtur, explicauimus supra d. 2. q. 8. dub. 3.

Respondet secundo, valde item probabile esse præter singulos Angelos custodes particularium personarum, alios quoque Angelos destinatos esse pro custodia & tutela Regnorum, Prouinciarum, aliarumque Communitatuum, præsertim Ecclesiasticarum & Religiosarum. Ita docent communiter recentiores, speciatim Gregorius de Valentia cit. disp. 8. q. 3. punct. 6. Molina quest. 113. disp. vn. Vasquez disp. 245. cap. 1. & Suarez hic lib. 6. cap. 17. à num. 22. ex communi Patrum sententia. Nam de regnis seu prouincijs ita docent Dionysius cap. 9. cœl. hierarch. Basilius lib. 3. cont. Eunom. Theodoreetus lib. 5. diuin. decret. cap. 7. Hilarius in Psalm. 129. Epiphanius hæresi

²⁶ 51. Augustinus q. 48. in Iudic. Gregorius lib. 17. Moral. cap. 8. vel 7. & optime Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromat. propè finem, *Per gentes;* inquit, *& ciuitates divisa sunt Angelorum præfectura.* Idem repetit lib. 7. initio. Idem sumitur ex scriptura Danielis 10. vbi fit menio Præcipis Persarum, & Græcorum, & Iudeorum; per quos intelliguntur Angeli ad custodiā earundem prouinciarum seu regnum destinati, vt etiam Hieronymus, & Theodoreetus ibidem notant; ex quo etiam loco præsens institutum probant citati Patres.

²⁷ De Episcopatibus singulis (eademque estratio aliarum eiusmodi Communitatuum) ita docent. Origenes lib. 1. Periarchon cap. 8. Hilarius citat. Psal. 129. Gregorius Nazianzenus orat. 32. Ambrosius in Lucam lib. 2. Hieronymus Michea 6. Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 85. & citati recentiores. Et colligitur ex Apocal. 1. 2. & 3. non quod Angeli eo loco propriè accipiuntur, cum Episcopos significant, sed quia eo ipso modo loquendi significatur, officio Episcoporum similia Angelorum munia respondere, à quibus sumpta est denominatio. Addit Suarez cit. cap. 17. num. 23. de hac re dubitandum non esse.

²⁸ Quinto queritur, vtrum inter Angelos praesides seu custodes nonnunquam sit, aut esse possit, ditentio, iuxta illud Daniel. 10. v. 13. *Principes regni Persarum restituti mihi vnginti & uno diebus: & ecce unus de Principibus primus venit in adiutorium meum:* quem locum de bonis, non malis Angelis intelligendum communī & verius sentiunt SS. Patres & interpres, speciatim S. Thomas hic quæst. 113. art. 8. Lyranus, Carthusianus, & Pererius post S. Dionysium cap. 9. cœl. hierarch. Theodoreetus in Danielem, Gregorium lib. 17. Moral. cap. 8. vel 7. & sequuntur Suarez lib. 6. cap. 19. num. 13. aliquique Scholastici communiter, et si de malis intelligent Hieronymus, Cassianus, Rupertus, & nonnulli alij. Respondeo cum sancto Thoma cit. q. 113. a. 8. ex communi, propriè & secundum absolutam voluntatem, nullam inter bonos Angelos esse discordiam; cum in diuinæ voluntatis beneplacito plane conueniant: secundum affectum tamen simplicem, & voluntatē conditionatam (si Deo placeret) nonnunquam diuersa volunt, & re ipsa etiam quodammodo diuersa, imo materialiter opposita tendit, quamdiu ipsis diuina voluntas in alterutram partem nondum est comperta. Quo quidem siebat, ut dum singuli ex illis Praesibus Angelis suo populo vellent esse quam optimè consultum, Angelus quidem Persarum apud Deum vrgeret diurniorum populi Hebraici in Babylonica captiuitate, commemorationem, quam Persis seu Chaldæis sciret esse proficuum; contra vero Angelus Iudeorum maturum eorum discessum vrgeret, pro eiusdem populi comodo & felicitate. De qua re plura Pererius lib. 12. in Danielem. Atque hæc de Angelorum natura, statu & officijs ad laudem bonorum, & confusionem malorum, communis autem Dei ac creatoris omnium gloriā, dicta sufficiant.